

SCRIPTORUM
VETERUM
NOVA COLLECTIO.





SCRIPTORUM VETERUM

NOVA COLLECTIO

E VATICANIS CODICIBUS EDITA

AB ANGELO MAIO

BIBLIOTHECAE VATICANAE PRAEFECTO.

TOMUS IV.

ROMAE

TYPIS VATICANIS

M. DCCC. XXXI.



Ex codice vaticano

LECTORI BENIVOLO

ANGELUS MAIUS

DE SYNODO INEDITA CONSTANTINOPOLITANA.

I. Ineditam graecae ecclesiae synodum, dogmatis gravitate venerabilem, patriarcharum et metropolitanorum numero insignem, Manuelis gloriosissimi caesaris praesentia et actibus cohonestatam, ex autographo, vetere, in ipsisque synodi penetralibus confecto codice, Deo favente, vulgamus. Est is codex graecus vaticanus 1176. membraneus in 4., litteris paulo grandioribus summaque sedulitate et calligraphia scriptus; quem quidem olim vidit Leo Allatius (1), sed ubinam is latitaret, nequaquam indicavit, nunc autem in vaticanae bibliothecae pluteis quaerenti mihi facile occurrit. Codicem esse autographum, docent ipsae episcoporum postremae subscriptiones, charactere proprio singulorum satis vario et difficili exaratae; quas ego quotquot erant superstites (extremum enim folium excidisse videtur) diligenter aere expressas lectoribus meis spectandas exhibui. Insuper hanc synodici codicis *αὐθεντίαν* demonstrant Manuelis imper. eiusque coniugis Mariae, quas ego item excudendas curavi, in fronte codicis auro et variis coloribus pictae imagines, quae nonnisi viventium principum fieri potuerunt: mortuo quippe Manuele, rerum statim publicarum summa conversio facta est, tyranno oborto Andronico, qui Mariam augustam illico occidit, pauloque post Alexium puerum, Manuelis heredem, pari scelere extinxit. Eadem synodus extat etiam in recentioribus vaticanae bibliothecae codicibus, nempe vat. 680, reg. 67. Separatim vero dogmaticum Manuelis imp. edictum scribitur in ottob. 309. Iam synodi huius historicam notitiam apud Cinnamum (2), nec non apud Choniatam (3), atque Ephraemium (4) legere licet: cetera vero quum ex ipsa lectione synodi, quam ego latinam feci, perquam lucide appareant, nolui hac super re verbosius praefari.

(1) De consens. lib. II. 12.
(2) Hist. VI. 2.
(3) Hist. VII. 5.
(4) Vit. Caesar. v. 4746. sqq.

DE CODICIBUS ARABICIS PERSICIS TURCICIS BIBLIOTHECAE VATICANAE.

II. Assemani duo, Stephanus Evodius et Iosephus Simonius, maronitae, septuaginta circiter abhinc annis, patrono et auspice Benedicto XIV. P. M., orientalium codicum vaticanorum catalogum conficiendum typisque imprimendum susceperunt. Praeclari consilii fructus extat tomus unus codicum hebraicorum anno MDCCLVI. Romae editus; duoque tomi codicum syriacorum an. MDCCLVIII. et IX. in aeterna urbe similiter evulgati. Quartus tomus, ut aiunt ipsi Assemani (1), arabicos codices complexurus erat. Reapse is tomus imprimi coeptus erat; namque eius folia priora decem, id est paginae octoginta, in 4. typis excusa supersunt, quae tamen nonnisi codices octodecim, decimique noni dimidiam partem continent, ut a me in hoc libro pag. 64. adnotatum reperies. Immo vero praedictorum decem foliorum unicum exemplar aetatem tulit, quod cum ms. catalogo vaticano copulatum fuit: reliqua omnia arabicorum foliorum exemplaria ex hominum iamdiu conspectu se subduxerunt. Et causa quidem abrumpendae editionis, mors ipsius editoris fuit; folia vero coeptae editionis absumpta fuisse arbitror in luctuoso illo incendio, quod anno MDCCLXVIII. Assemanorum cubicula invasit, de quo ego damno alibi locutus sum (2). Nisi enim ita accidisset, vix fieri poterat, ut ex tanto inceptorum exemplarium numero, id solum superesset, quod in bibliotheca vaticana depositum fuerat.

III. Catalogi arabicorum codicum auctor, quamquam in exemplari ms. vaticano nominatim non appellatur, sine dubio Stephanus Evodius Assemanus est; is videlicet qui bibliothecae quoque mediceae codices orientales, nec non chisianam bibliothecam descripsit, et acta martyrum orientalium romanis typis vulgavit. Rei certissimum argumentum est, quod in hoc arabicorum vaticanorum catalogo, non semel auctor ad suum, ut ait, mediceorum codicum syllabum provocat: Iosephi vero Simonii Assemani bibliothecam orientalem ut

(1) Catalog. T. I. praef. p. XVII.

(2) Coll. vat. T. III. part. 2. p. 166.

alienum librum saepe appellat, et quandoque etiam reprehendit. Etsi igitur hebraicorum syriacorumque catalogum coniunctâ operâ Assemani duo construxerunt; in arabico tamen unus Stephanus Evodius laborandum sibi putavit. Sed quae rerum humanarum conditio est, ex apographo manu partim auctoris exarato complura folia antiquitus exciderunt, quae recentior quidam (Antonius, ut audio, Assemanus, scriptor arabicus vaticanus, nuper denatus) paucioribus multo verbis levique prorsus manu supplevit, nempe a codice XXIII. usque ad codicem XLIX. Atque hic rursus recentior auctor catalogum, quem Stephanus Evodius imperfectum reliquerat, a codice CCCXCI. usque ad cod. DXVI. continuavit, sane breviter et parum curiose, ita ut etiam arabicos omnes textus ubique praetermiserit, nomina vero arabica, quae latine scribit, diversis saepenumero sonis pronunciaverit. Iam a codice DXVIII. usque ad cod. DCIV. nulla descriptio in catalogi tomum relata fuerat; sed tamen permultae schedulae repertae sunt codicibus additae, quibus cuiusque codicis argumentum perbreviter denotabatur. Mediocris demum arabicorum codicum numerus sine ulla descriptione schedave iacebat, quos ego non sine amicorum ope declarandos curavi. Atque hactenus vaticani pertingunt Arabum codices.

IV. Ceteri qui in vaticana bibliotheca sunt arabici codices, id est a DCV. ad DCCLXXXVII. ex assemaniana domo proveniunt; scilicet hi ex bibliotheca Iosephi Simonii Assemani Tyri archiepiscopi, itemque Stephani Evodii Assemani, cum aliis diversarum linguarum codicibus iussu Clementis XIII. P. M. coëmpti fuerunt, ut in syngrapha aestimationis apud nos superstite lego. Neque incommodum est adnotare (docente nos codice DCXLIX. p. 579) duos fuisse Iosephos Simonios Assemanos; alterum seniorem, theologici cuiusdam tractatus auctorem; qui anno MDCLXXV. archiepiscopus Tripoleos in Syria creatus fuit: iuniorem alterum, prioris ex fratre nepotem, celeberrimum bibliothecae vaticanae praefectum, qui bibliothecam orientalem, kalendarium universale, monumenta italicae historiae, corpus iuris orientalis vulgavit, et minutiora opuscula plurima, etsi pleraque inedita, elaboravit: ac senili demum aetate archiepiscopus Tyri consecratus, Romae an-

no MDCCLXVIII. octogenarius obiit: cui successit in bibliothecae vaticanae praefectura consobrinus eius vel nepos Stephanus Evodius Assemanus, ad quem apamensis ecclesiae infulae delatae fuerunt. Iamvero codices assemanianos, quorum sine dubio pars maxima in Iosephi Simonii archiepiscopi Tyri aere fuit, utrum ipse possessor, an potius Stephanus Evodius descripserit, definire liquido non queo: sed tamen quia in hoc assemanianorum codd. catalogo quoticscumque Iosephi Assemani (iunioris) mentio fit, is ceu aliena quaedam persona semper appellatur, Stephanum potius, quam Iosephum, huius quoque catalogi auctorem esse reor. Porro hi codices assemaniani seriem alteram arabicorum in bibliotheca vaticana constituunt; quam ego in hac mea editione continuam feci, ut omnium arabicorum bibliothecae vaticanae codicum summa constaret, adiunctis tamen notis quoque numeralibus assemanianis, quas reapse adhuc codices in vaticanis pluteis conservant. Atque ego confecti catalogi gloriam sic Stephano Evodio tribuo, ut de antiquioribus bibliothecae vaticanae scriptoribus, doctis sane viris et laboriosis, qui primi hunc laborem exantlaverunt, silere omnino non queam. Etenim vir cl. Abrahamus Ecchellensis, et deinde Io. Matthaeus Naironus, (qui duumviri illustrandis etiam sacris orientalium rebus facem Assemanis praetulerunt) arabicorum nostrorum catalogum antiquitus contexuerunt, quae lucubratio apud nos adhuc superest cum hoc titulo: *catalogus codicum mss. linguarum orientalium vaticanae bibliothecae, nempe linguae arabicae* etc. *inceptus ab Abrahamo Ecchellensi, et absolutus a Io. Matthaeo Nairono Banesio maronitis, in eadem bibliotheca scriptoribus an. MDCLXXXVI.* Antiquus sane hic catalogus haud indignus suis auctoribus est; ceterum multo parcior verborum est, quodque magis interest, nonnisi CLXXXVII. codices comprehendit, quorum LXIX. christiani argumenti sunt, reliqui mahometani.

V. Quomodo autem tanta codicum deinceps arabicorum accessio facta sit, licet cognoscere tum ex prologo catalogi hebraicorum, tum ex bibliotheca orientali, tum denique ex ipso, quem nunc vulgamus syllabo arabicorum. Nimirum Clemens XI. magnorum spirituum clarissimique nominis pontifex, codices arabicos Abrahami Ecchellensis et Fausti Naironi, nec non Petri de Valle

nobilissimi per orientem peregrini, bibliothecae vaticanae acquisivit. Insuper idem Pontifex Assemanos duos Eliam atque Simonium nec non Andream Scandar ad conquirendos per orientem arabicae aliarumque linguarum codices misit; qui sane homines pro sua gentili eruditione, proque suppeditatis a Pontifice opibus, ingentem codicum acervum adduxerunt. Nonnulli item arabici cum svecae reginae bibliotheca sub Alexandro VII. accesserunt. His addendi sunt arabici codices quos Clemens Caracciolus, et Dominicus Sirletus, aliique vel neophyti vel scriptores, in vaticana bibliotheca exaraverunt: item arabici amidenses, beroeenses et carsciunici ab Assemano in bibl. or. commemorati: tum et illi quos S. Congregatio de propaganda fide obtulit: tum quos Maronitarum, nec non neophytorum collegia urbana, et coenobium S. Petri in monte aureo suppeditarunt: et quos Innocentius XIII, Benedictus XIV, et Aloysius Carafa adtribuerunt. Postremo, ut dixi, sub Clemente XIII. arabicos codices Iosephi et Stephani Assemanorum centum circiter et octoginta adepti sumus. Ergo Stephanus Assemanus quum et antiquum catalognm nimis per se ieiunum angustisque finibus circumscriptum videret, et tantus codicum numerus supervenisset, universum catalogum sibi rursus marte proprio concinnandum esse iudicavit. Utinam vero Iosephus Assemanus bibliothecam suam orientalem, vita comite, absolvisset! vel certe utinam materiam eius operis plurimam, quam diuturno studio congesserat, flamma vorax non consumpsisset! Etenim ut vulgatus a me lucubrationum praedicti Assemani syllabus (1) singillatim demonstrat, is e duodecim, quos paraverat, bibliothecae orientalis tomis, decimum scriptoribus arabicis christianis, undecimum ac duodecimum arabicis mahometanis destinaverat: quibus sane voluminibus universum arabicarum litterarum thesaurum explicavisset. Nunc in illis editis quatuor, nonnisi syriacos scriptores videmus.

VI. Ex iis tamen, quae retro dixi, satis constat catalogum arabicorum a Stephano Evodio Assemano, haud omnibus numeris fuisse absolutum. Certe cum ego ad vaticanam bibliothecam accessi, fasciculos mss. huius catalogi dissolutos reperi ac prope

(1) Coll. vat. T. III. part. 2. p. 166.

incerta sede vagantes: quos quum sedulo collegissem, unoque volumine colligandos curassem, tum demum huius lucubrationis defectus apparuerunt, qui aliena recentioreque manu expleti utcumque fuerant. Assemanorum latinitatem in scriptis eorum editis satis bonam expolitamque videmus: ea tamen in hoc arabicorum catalogo haud ubique sibi constabat; tum quia fortasse ultima manus non accesserat; tum quia, ut audivi, solebant Assemani, quia se orientales esse meminerant, italo alieni, ante editionem, latinitatem suam emendandam perpoliendamve committere. Ego quidem huius catalogi latinitatem saepe intactam ferme reliqui, neque de omnimoda puritate laborandum esse arbitratus sum: ceteroqui in aliquot partibus, praesertim vero a diverso auctore lucubratis, ne vel obscurus vel insolitus vel aliquando impurissimus sermo videretur, elocutionem pro meo editoris iure reformavi. Typographicam quoque dispositionem, compendii causa, saepe variavi: quam enim Assemanus per creberrima et minuta capita instituerat, ea chartam spatiosius iusto occupavisset.

VII. Sed illud gravius ac defensione quodammodo indigentius est, quod arabicos textus, qui in parte catalogi ms. extabant, retenta tantummodo interpretatione latina, cunctos expulimus. Cur id, inquam, dicet aliquis? Primum quia vaticana typographia nondum arabicis formis instructa est: vel igitur in aliena officina imprimendus liber erat, vel differenda editio, vel sine typis arabicis, quod malui, peragenda. Sed fac nos voluisse typos arabicos adhibere: tum demum assemaniana lucubratio multo gravius et operosius reformanda fuisset. Etenim, ut dixi, codices a XXIII. ad XLIX, rursusque a CCCXCI. ad DCIV; et denique ipsi codices assemaniani CLXXXIII, videlicet summatim codices CCCCXXII (quae est pars catalogi plus dimidia) in ms. exemplari arabicis litteris prorsus carent. Quid quod noster ipse Stephanus Assemanus, quum catalogum orientalium mediceorum Florentiae ederet, textus orientales, typorum defectu, praetermisit; nec nisi Romae titulos deinde orientalibus formis appinxit? Sed ille enimvero meus non brevis labor neque exigua molestia fuit, quod arabicum catalogum Assemanus sine alphabetico indice (quae res prorsus necessaria

est) reliquerat: itaque is catalogus necessitatibus quoque bibliothecae vaticanae prope inutilis erat; quandoquidem expetitus aliquis auctor in immenso ms. volumine sine ullo indice expiscandus erat. Ergo patienter indicem ipse confeci, quantum ex imperfecto catalogo vitiisque variis et rerum ac nominum corruptionibus obsito, confieri poterat: de qua re plura iam verba non faciam, ne meos videar labores praedicare: verumtamen hanc operam ii demum aestimabunt, qui parem aliquando laborem experti sunt.

VIII. Age vero in hoc edendo catalogo, quam utilitatem philologis suppeditemus, perspicuum ut arbitror per se est. Nihil enim ultra modestam veritatem dicimus, si hac nostra editione novos uberrimosque eruditionis omnigenae fontes aperire adfirmamus, unde diu multumque philarabes praesertim homines haurire, suosque singuli hortulos irrigare affatim poterunt. Atque ut duplicem arabicorum codicum classem, quemadmodum Assemanus distinxit, summis labris delibem; in christianis quidem codicibus primo occurrunt utriusque testamenti libri, quorum arabicae saepe versiones, ab edita illa in polyglottis prorsus differunt, diversosque habent auctores atque aetates: de quibus biblicis Arabum versionibus pro sua infinita peritia locuturus erat Iosephus Simonius Assemanus toto bibliothecae orientalis quinto volumine, si id lucem aspexisset. Atque haec versionum antiquarum varietas quantopere ad sacram criticen conferat, nemo non videt. Neque carent hi codices eruditis prolegomenis, cum iudicio de priscis interpretibus, variis editionibus, diversis lectionibus, sacrorum librorum canone, aliisque huiusmodi regulis et doctrinis. Accedunt uberes et plurimi commentarii ad libros biblicos, cum eruditis quaestionibus; quae scripta partim e graecis auctoribus derivantur, partim vero orientis gemmae sunt, et quidem pleraeque incognitae, neque ad usum ornamentumque occidentalium ecclesiarum adhuc expositae.

IX. Sequitur alter theologicus locus, concilia scilicet orientalium episcoporum, peregrina nobis, et in europaeis linguis numquam audita. Iam haec tot concilia, cum suis canonibus atque doctrinis, quis non videt quanti intersit cognoscere? Rem egre-

2 *

giam Iosephus Sim. Assemanus molitus erat, dum octavum bibliothecae orientalis volumen colligendis conciliis sermone arabico scriptis deputaverat: qui reapse tomus assemanianus e vaticanis plerumque codicibus consarcinandus erat. Nunc is labor et ea cura studiosum quemvis philarabem manet; siquis nempe ad Harduini, Labbaei, Mansii, Coletique gloriam adspirat. Tertius est locus theologicus, missalia tot diversorum rituum, pontificalia, sacerdotalia, diaconalia, sacramentalia, liturgiae seu anaphorae plurimae priscorum patrum, patriarcharum, atque ecclesiarum; in quibus constans apostolica traditio cognoscitur de sacratissima missa celebranda, de sacramentis conferendis, de precandi ratione, de sacris ordinibus eorumque natura ac numero. Neque parum conferunt ad confirmandam apostolicam traditionem, neotericosque haereticos pudore adficiendos, rituales illi nationum arabice loquentium libri, ubi tot ecclesiasticae preces, caerimoniae, consecrationes, benedictiones, puta lustralis aquae, instrumentorum, vestium, mensae, infirmorum, peregrinantium, sponsorum, puerperarum, daemoniacorum, beluarum, agrorum, fructuum; item mortuorum exequiae et expiationes et alia huiusmodi plurima exhibentur: quae omnia quum in oriente pariter atque occasu, et in remotissimis cunctis Christianorum regionibus usum obtinuerint, quin tamen ipsorum initia satis possint reperiri; sequitur ut merito credamus, ea ab apostolicis usque temporibus partim saltem provenire. Neque minus protegendae ecclesiasticae, prout apud nos est, disciplinae prosunt tractatus illi de ieiunio puta, paupertate evangelica, votis officiisque monasticis, caelibatu, et de sacrarum imaginum, praesertim crucis beataeque Deiparae, veneratione.

X. Iam in antiquorum Patrum, seu homiliis, seu epistulis, aliisve tractatibus et catechesibus christianae sapientiae nervos contineri exploratum est. Porro in vaticanis Arabum codicibus quanta huiusmodi materia sit, primo statim intuitu palam fit; partim graecorum patrum in arabicam linguam conversorum (neque solum ex eorum numero qui graece cogniti sunt, verum etiam ex deperditis atque incognitis) partim vero orientalium, quorum arabica scripta inedita plerumque sunt: eaque non solum ob aliquem eloquentiae

spiritum commendabilia sunt, sed multo magis ob dogmatum confirmationem, doctrinaeque et disciplinae christianae declarationem. Sed enim orthodoxis dogmatibus constabiliendis rectius favent illae Arabum apologiae, controversiae, quaestiones, polemicique tractatus, quibus adversus Mahometanos, Iudaeos, haereticos, catholica veritas propugnatur. At sunt multi tractatus, quibus ipsi haeretici vel inter se digladiantur, vel interdum cum orthodoxis pugnam conserunt. Esto. Numquam sane error liquidius detegitur, numquam ipsa veritas clarius innotescit, quam cum controversiarum ventis, ceu triticum a palea scoriaque, secernitur. Qui vero orientalium dogmata cognoscere apprime studet, is professiones illas perlegat christianae fidei, quae in codicibus nostris abundant.

XI. Superest illa pars eruditionis, quae in historia cognoscenda versatur. Sunt quippe in his codicibus complura chronica, patriarcharum episcoporumque catalogi, rerum illustrium narrationes. Profecto pars non ignobilis ecclesiasticae historiae haereseologia est, quae in his codicibus permulta conspicitur: ibi enim subtiliter edisseruntur haereses, monophysismus praecipue, monothelismus, ac nestorianismus, cum suis quaeque minoribus sectis atque divortiis: neque fere alibi curiosa haec multiplexque haereseologia, nisi in orientalium scriptis perspici potest: occidentales enim auctores, quantumlibet in suis docti et sagaces, in orientis saepenumero rebus infantes caecique sunt. Quid vero hagiologia? nonne plurimis divorum hominum ditescit nominibus, quae in tot menologiis seu synaxariis aut kalendariis ecclesiarum orientalium arabice scriptis occurrunt? Et quamquam in his haeretici etiam scribuntur homines apud suas sectas sanctitatis gloriam adepti, falsos tamen divos veris non officere aequum est. (Quare et oramus lectores nostros ut sanctitatis titulis, si hi aliquando immerito in nostris codicibus sunt, nequaquam offendantur, sed eos partium studio generatos arbitrentur.) Interim vero sacrae duliae hostes, qui nempe obsequium sanctis viris denegant, suae forsitan sententiae pigebit, prae tanta et tam concordi ac vetere nationum orientalium erga divos veneratione. Qui denique biogra-

phiam aut martyriorum historiam tractant, ex his thesauris valde ditescent: cui rei iam praeivit exemplo noster ipse Stephanus Evodius Assemanus, duobus editis martyrum orientalium voluminibus.

XII. Theologiam orientales scriptores, etsi diversa a nobis methodo, graviter tamen et docte versaverunt: itaque multi tractatus eiusmodi, praesertim de Trinitate et de Verbi divini oeconomia, in arabicis codicibus sunt, cum antiquorum ineditis haud raro auctoritatibus. Romanorum insuper, sive catholicorum, valde interest scire, quali per omne tempus obsequio Petri cathedram oriens prosecutus sit: id quod in multis epistularum testimoniis a patriarchis episcopisque orientalibus ad romanos Pontifices missarum cumulate cognoscitur. Denique quanta seges auctorum ad bibliothecam sacram arabicam accedat, nemo non videt. Neque porro hi christiani nostrorum codicum auctores res tantummodo sacras loquuntur, sed historiam quoque profanam, annales praesertim chalipharum, scribunt; medicinam, grammaticam, lexicographiam, poësim non infeliciter tractant. Postremo palaeographiae arabicae in christianis codicibus perrarum monumentum est, codex nempe LXXI, cuphicis litteris saeculo VIII. scriptus: aliique permulti insuper codices seriem quamdam ac successionem arabicae scripturae per omne aevum demonstrant.

XIII. Iam ut de codicibus profanis dicamus, populorum quidem orientalium nullum aeque atque Arabes in cunctis doctrinarum generibus semet exercuisse, in confesso est: quare et Arabum lingua sive propter imperii vastitatem sive ob scribentium innumeram multitudinem immensa propemodum et politissima evasit. Quis nescit, Arabes Asiam prope universam occupavisse usque ad Indos atque Scythas? Africam praeterea, Europam meridionalem, insulasque in omni mari quam plurimas? Nunc vero loquuntur arabice Africa ab Aegypto usque Tingin atque Aethiopiam; Asia usque ad Persidem: in religiosis autem Mahometanorum libris regnat adhuc arabismus, quantum illa infansta superstitio patet, quae tantam orbis antiqui partem inquinat. Iam etsi huius linguae bona et copiosa apud Europaeos lexica sunt, in hoc tamen vaticanorum codicum numero, amplissima seges dictionum

novarum elegantiarumque est, in qua philarabes laute pascantur. Prima classis alcoranorum est, calligraphia, numero, splendore, et commentariorum comitatu praenobilis. Accedunt permultae preces moslemicis populis familiares: item tractatus ascetici, ethici, apolegetici, rituales; quodque magis fortasse interest, pandectae iuris sacri atque civilis, ad alcorani normam exacti. Sunt enim Mahometanis Theodosii veluti sui, sunt Iustiniani, Alarici, Caroli, ac Basilii: sunt iuris consulti Ulpiani quodammodo, Pauli, Papiniani, ac Triboniani: sunt variae prudentium sectae vel scholae, quales in iure romano extitisse scimus: sunt denique canonici quasi iuris auctores Gratiani, ut ita dicam, Barbosae, ac Van-Espenii.

XIV. Quid cetera persequar doctrinarum artiumve genera? Extra dubitationis aleam est, scriptores arabicos de humani generis historia prope singulariter esse meritos: atque hoc potissimum nomine sapientes nostri arabicorum codicum interpretationem exoptant. Et quoniam rebus praesertim aegyptiacis praesens aetas delectatur, ecce in vaticanis arabicis nulla fere regio plures quam Aegyptus historicos habet, qui eius climata, provincias, urbes, dynastias, reditus annuos, praefectos, soli naturam, reliqua omnia, nobis edisserunt. In reliqua historia seu naturali seu civili, in biographia, in chronicis, habent Arabes Plinios suos, Diodoros, Laërtios, Eusebios, Livios, Floros, Eutropios, atque Victores. Sunt apud Arabes conviviorum stromatumque scriptores, Athenaei, Clementes, Apicii: item auctores hippiatrici, ornithologi, botanici: scriptores de vino, de floribus, aliisque huiusmodi. Sunt apud illos bibliographi, quos inter Haphidus plus decem et octo millia conscriptorum operum numerat. Astronomiam vero, geographiam, logicam, dialecticam, mathematicam, medicinam, grammaticam, lexicographiam, peculiari cum laude excoluerunt; quarum rerum omnium in vaticanis codicibus monumenta sunt. Poësim item in codicibus nostris permultam Arabes exhibent, theologicam, mysticam, ethicam, iocosam, lugubrem, satyricam, epigrammaticam, cum accuratis de hac facultate tractatibus; itemque de re rhetorica, ita ut artigraphi arabes et declamatores, Hermogenas nobis in mentem revocent, Aphthonios, et Quinti-

lianos: neque caret Lucianis suis ars Arabum dialogistica. Postremo fabulae, sive moris veteris sive romanenses, apologi, adagia, sententiae, aenigmata, lusus, mirum quantum abundant. Quamquam nec Arabum litterae quisquiliis suis et quasi purgamentis carent, veluti libellis onirocriticis, physiognomicis, alchimicis: item de astrologia iudiciaria, de multiplici divinatione, de superstitiosa medicina, de amuletis.

XV. Arabicos codices vaticanos, de quibus hactenus verba feci, mediocris numerus persicorum turcicorumque subsequitur. In persicis pretiosus eminet pentateuchus, cuius elocutio ab illa interpretatione differt, quae in waltonianis polyglottis prostat. Sunt etiam persice scripti psalmi, sunt evangelia. In alienis a christiana religione est alcoranus; sunt lexica, sunt grammaticae, diversique argumenti opera; praecipueque carmina multa, ideo philologis ut reor expetenda, quia Persae in toto oriente principatum poëseos tenere dicuntur. In voluminibus turcicis tres nobiles historiae sunt, nempe duae domus othomanicae, tertia turcarum Aegypti praefectorum. Et quidem othomanica Aascikii historia, iudice cl. Hammero, permirae raritatis est. Mitto de reliquis turcicis verba facere, quia in brevi syllabo legentium oculis facile occurrunt. Porro persicorum item ac turcicorum catalogus Stephanum Evodium Assemanum parentem habet, cuius ipsum autographum superest. Is etiam indicem his persicis turcicisque, utpote paucis, addidit: qui tamen a me reformandus fuit, ut editioni meae responderet, insuperque nonnullis partibus cumulandus. Atque haec rerum farrago est, quam in nostra editione catalogi indicisque arabicorum persicorum turcicorumque bibliothecae vaticanae codicum, philologi nanciscentur. Quibus utinam copiis frui velint, qui has linguas peritius callent, et curandis late interpretationibus, copiosisve excerptis faciendis, fructum reconditum ad communem utilitatem proferant! Me certe illorum hominum prope piget, qui idiomatum orientalium scientiam, quam sibi tribuunt, in minutis tantummodo consectandis etymologiis, in epigraphis aliquot explicandis, vel aliis huiusmodi curiositatibus versandis, expromunt.

ΣΥΝΟΔΟΣ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΡΗΤΟΥ

ΟΤΙ Ο ΠΑΤΗΡ ΜΟΥ ΜΕΙΖΩΝ ΜΟΥ ΕΣΤΙΝ.

Ἔκθεσις τῶν πραχθέντων ἐπὶ τῇ ζητήσει τῆς ἐξηγήσεως τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ εὐαγγελίῳ ἐμφερομένου ῥητοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ, ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστί· δηλοῦσα καὶ τὰ πρότερον μὲν λαληθέντα παρὰ τῶν τὸ τοιοῦτον ῥητὸν διαφόρως ἑρμηνευόντων, τὰς προκομισθείσας τε χρήσεις τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ τὰ μετὰ τοῦτο κυρωθέντα, ἀλλὰ καὶ τὰ μετὰ τὴν κύρωσιν τῆς ἀληθοῦς ἑρμηνείας συνενεχθέντα· καὶ ἐπὶ τούτοις, τὸ τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως πορφυρογεννήτου καὶ αὐτοκράτορος ῥωμαίων, κυροῦ Μανουὴλ τοῦ κομνηνοῦ εὐσεβέστατον ἴδικτον.

ΠΡΑΞΙΣ Α.

α. Ἤδη τοῦ ἐπὶ τῷ εἰκοστῷ τῆς αὐτοκρατορίας τρίτον χρόνον ἀνύοντος Μανουὴλ τοῦ ἐκ κομνηνῶν τὰ τῆς βασιλείας σκῆπτρα διέποντος, ὃν πορφύρα μὲν ἐκ μη-

SYNODUS

HABITA PROPTER ILLUD DICTUM

QUIA PATER MEUS MAIOR ME EST.

Expositio eorum quae gesta sunt ob controversiam de interpretatione sententiae, quae in evangelio prolata legitur a vero Deo et servatore nostro Iesu Christo, videlicet *pater meus maior me est.* Recitatur autem quicquid antea dictum fuit ab iis qui varie sententiam illam interpretati sunt: atque in medium adferuntur sanctorum patrum auctoritates: tum ea quae deinde decreta fuerunt; nec non illa quae post veram interpretationem decreto constitutam, acciderunt. Postremo potentis sanctique regis nostri porphyrogeniti, Romanorum imperatoris, domini Manuelis Comneni, religiosissimum edictum ponitur.

ACTIO PRIMA.

1. Tertio iam et vigesimo anno imperii sceptrum tenente Manuele Comneno, Christi anno MCLXVI
quem in ipso partu purpura excepit, sapientia ad vitale lumen protraxit, forti-

τρικῶν ὠδίνων παρέλαβε, φρόνησις δὲ ἐμαιεύσατο, καὶ ἀνδρεία ἐτιθηνήσατο, καὶ πίστις εὐσεβείας ἠνδρώσατο· ὃν κατὰ τὸν Δαβὶδ θεὸς ἐξελέξατο, ὡς κατ' ἐκεῖνον πραότατον κατὰ τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν εὑράμενος, καὶ πρὸς τὴν τοῦ πατρικοῦ στέφους διαδοχὴν τῶν ἐν αὐταδέλφοις πρωτογεννήτων προέκρινε (1), καὶ ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν τοῖς κατ' ἐχθρῶν τροπαίοις ἐσέμνυνε· τότε δὴ τότε ζητημά τι πρὸς μέσην ἐκκλησίαν ἐνέπεσεν· ὃ καὶ κατὰ τοὺς τοῦ πυρὸς σπινθῆρας ἀπὸ βραχέων ἀρξάμενον τοῖς τῶν ἐξ ἑτέρας πρὸς ἑτέραν τιθέσεων πνεύμασιν, ἐπὶ πυρσὸν κατέληξεν ἐναέριον, καὶ οὐκέτι μόνον περὶ τοὺς ἀρχιερατικοὺς σταθμοὺς ὑπανήπτετο, ἀλλ' ἤδη καὶ τὸν τῶν ἱερωμένων κατάλογον ἐπενέμετο· καὶ οὐ τοῦτον μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅσους τῶν ἐντελῶν αὐχεῖ τὰ βασίλεια, σύγκλητόν τε ἅμα, καὶ τοὺς ἄλλως τὰ λαμπρὰ περιπολοῦντας ἀνάκτορα. εἰ καὶ μὴ πάντας εἶχεν ἐκτεφρωμένους καὶ λυομένους, ἀνθρακιζομένους δέ τινας μᾶλλον, τῷ τῆς ἀληθείας ἔρωτος ἐμπυρεύματι· οὐ μέχρι δὲ τούτου τὰ τῆς φλογὸς περιΐστατο, ἀλλά γε καὶ τὸν ἀγελαῖον ὄχλον καὶ σύρφακα τῆς ἑαυτοῦ πυρκαιᾶς ἐτίθετο πάρεργον· τὸ δὲ ζήτημα, περὶ τῆς τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φωνῆς ἀρχῆς ἐκ πρώτης προὐβέβλητο· ἣν τῇ τοῦ πάθους νυκτὶ τοῖς μαθηταῖς ὁμιλῶν παρὰ τῷ εὐαγγελιστῇ Ἰωάννῃ καὶ θεολόγῳ λέγων εὑρίσκεται· "εἰ ἠγαπᾶτέ με, ἐχάρητε ἄν, ὅτι εἶπον πορεύομαι πρὸς

tudo aluit, fides verae religionis ad perfectam actatem perduxit; quem ut Davidem Deus elegit, quia aeque mansuetissimum esse cognovit, et ad paterni diadematis obtinendam hereditatem maioribus natu fratribus antetulit, atque ab orientalibus plagis usque ad occasum relatis de hoste trophaeis condecoravit; hoc, inquam, anno quaestio per ecclesiam coorta est, quae veluti ignea favilla tenui nata principio, augentibus hinc inde contrariarum partium spiritibus, in excelsam facem evasit; neque solum episcopales sedes corripuit, verum etiam monasticos coetus invasit; neque hos tantummodo sed etiam magistratus et aulicos, senatum simul et omnes qui regio in palatio versabantur. Cuncti videlicet mira pertinacia et fervore ardentissimo ad veritatis rapiebantur vestigationem. Neque hactenus contentionis flamma substitit, sed ad popularem quoque turbam plebisque fecem devenit. Initium quaestionis fuit ex dicto veri Dei et servatoris nostri Iesu Christi, quem in passionis nocte discipulos adloquentem apud evangelistam Iohannem
Ioh. XIV. 23. theologum haec dicere comperimus: *si diligeretis me, gauderetis utique*,

(1) Manuelem inter Iohannis II Comneni imp. filios natu minimum, propter maiores regias dotes, praelatum fuisse testamento patris ut imperium adipisceretur, dicit praeter alios historicos Ephraemius v. 4048. Collect. vat. T. III. part. I. p. 100.

„ τὸν πατέρα· ὅτι ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστι·„ πῶς οὖν καὶ κατὰ τίνα τρόπον καὶ οἵαν τὴν ἐκδοχὴν, μείζων αὐτοῦ ὁ πατὴρ ὠνόμασαι, διηπόρητο (1).

β. Οἱ μὲν οὖν ἐνστατικώτατα ταύτην ῥηθῆναι τὴν φωνὴν ἐγνωμάτευον, κατὰ μόνην αἰτίαν τῆς ἀχρόνου καὶ ἀϊδίου καὶ ἀξίας τῆς αὐτοῦ θεότητος, πρώτης γεννήσεως, καὶ τόν δέ τινα τῶν θεοφόρων ἁγίων εἰς μέσον παρῆγον οὕτω ταύτην τὴν φωνὴν ἐκλαβόμενον· καὶ οὐκ ἀνεκτὸν ὅλως ἡγοῦντο, καὶ κατὰ τὸ ἐν Χριστῷ ἀνθρώπινον μείζονα παρ' αὐτοῦ τὸν πατέρα ῥηθῆναι, ὡς ἀνθρώπου τελείου ὄντος μετὰ τῆς τελείας θεότητος, καθὼς τισι τῶν ἁγίων τῆς ἐκκλησίας διδασκάλων ἐξείληπται· τοῖς δὲ, καὶ κατὰ τοῦτο δὴ τὸ ἀνθρώπινον λεχθῆναι τὸ, ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστὶν, ἐδόκει ἑρμηνεύεσθαι· ἀλλ' ὅτι μὲν κατὰ τὸ αἴτιον μόνον εἰρῆσθαι ταύτην ἐμάνθανον, οἱ διδόντες τὸ, καὶ κατὰ τὸ ἐν αὐτῷ ἀνθρώπινον λέγεσθαι, πολλὰ κατὰ τῶν οὕτω φρονούντων συνῆγον ἐντεῦθεν τὰ ἄτοπα· καὶ ἐξελέγχειν τούτους ἐπεχείρουν, ὡς οὐχὶ καὶ ἄνθρωπον τέλειον τὸν αὐτὸν Χριστὸν δογματίζοντας· ὥσπερ δὲ καὶ πρὸς μίαν ἀνακραθέντα φύσιν, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς μονοφυσίταις οἷον συμπνέοντας· ὅτι δὲ καὶ κατὰ τὸ ἐν τούτῳ ἀνθρώπινον λέγεσθαι τοῖς τῷ τοιῷδε λόγῳ προστιθεμένοις, ἐκεῖνοι πάλιν κατήκουον, διαιρεῖν αὐτοὺς τὸν ἕνα Χριστὸν ἐπεβόωντο, καὶ τὰ Νεστορίου φρονεῖν, καὶ εἰς δύο τέμνειν υἱοὺς τὸν ἕνα καὶ ἀδιαίρετον·

quod dixi vobis me ire ad patrem; quia pater meus maior me est. Ambigebatur itaque, quanam ratione quove sensu maior Christo pater appellaretur.

2. Alii quidem pertinacissime verba haec pronuuciata adfirmabant, quatenus pater causa fuit aeternae et absque principio et venerandae filii divinitatis in prima nativitate: et aliquem ex sanctis patribus pro se proferebant, qui id dictum sic fuerat interpretatus: ueque ferendum omnino iudicabant, sicuti aliquot ecclesiastici doctores intellexerant, Christum nempe, etiam ob suam humanitatem, maiorem appellavisse patrem, quandoquidem Christus perfectus simul homo Deusque est. Alii contra secundum humanam quoque naturam intelligenda putabant verba *pater meus maior me est*: verumtamen iidem hi, qui etiam secundum humanam uaturam dictum illud fuisse putabant, multa absurda de iis diffamabant, qui tantummodo propter vim paternam filii causativam, sic locutum Christum docebant: eosque accusabant, ceu si Christum perfectum hominem uon agnoscerent; vel ex una concretum natura crederent, ideoque cum monophysitis conspirarent. Vicissim autem ii, qui verba illa etiam de homino intelligebant, redargui se cernebant, tamquam si unicum Christum dividerent, atque, ut Nestorio placuit, duos filios introducerent,

(1) Hanc quaestionem propositam fuisse ab ipso Manuele imp., ait Ephraemius v. 4765, quem auctorem legesis narrantem de concilio hoc ipso ob eam rem coacto. Adi praeterea Nicetam Choniatam hist. VII. 5.

καὶ τοιούτοις λόγοις καὶ ἀντιθέσεσι τὸ τῆς ἁγνῆς ἐκκλησίας ἓν σῶμα καὶ ἀδιάσπαστον, διχῆ διαιρεθὲν ἐσχίζετο, μικροῦ δὲ διΐστατο· τῷ δὲ συναπέῤῥαγε καὶ τὰ περὶ τὴν σύγκλητον καὶ τὸν πολὺν πάντα δῆμον, τῶν μὲν τούτοις τῶν δ' ἐκείνοις συμφρονούντων, καὶ συνῳδὰ φθεγγομένων καὶ ἀντικινουμένων τοῖς ἕτερα λέγουσιν· ἀγυιαὶ ταῦτα εἶχον καὶ λεωφόροι καὶ στενωποὶ καὶ οἶκοι, περιλαλούμενα· ἔστι δὲ οἷς καὶ ἄλλως τὸ ῥητὸν ἐφηρμήνευτο, ὡς τοῦ σωτῆρος οἷον ὑποδυομένου τὸ τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως πρόσωπον (1)· ἀλλὰ δὴ καὶ κατὰ μόνον τὸν τῆς κενώσεως τρόπον εἴτουν συγκαταβάσεως· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ὅτε ἡ τοῦ κυρίου σὰρξ καθ' ἑαυτὴν νοεῖται οὕτως, ὥσπερ εἰ μὴ δὲ τῇ θεότητι ἥνωτο· καὶ ἄλλ' ἄττα προβαλλομένοις, ἅπερ δὴ ταῦτα μετὰ τὴν ἀληθῆ τοῦ ζητουμένου γνῶσιν καὶ τὴν τῆς ἐκκλησίας ἕνωσιν, καθυπεβλήθησαν ἀναθέματι.

γ. Οὕτω δὴ τῆς ἐκκλησίας κυμαινομένης ταῖς τοῦ πονηροῦ πνεύματος αὔραις, φιλονεικοῦντος ἐκρῆξαι τὰ τῆς πίστεως πήγματα, τῆς ἀκρογωνίου πέτρας Χριστοῦ τοῦ τὰ διεστῶτα συνάψαντος, οὐκ ἠμέλησεν ὁ τῆς κοσμικῆς μεγάλης ὁλκάδος κυβερνήτης προβεβλημένος ἡμέτερος βασιλεύς· οὐδ' ἐπενύσταξεν οὗτος ὁ φυλάσσων τὸν νεόλεκτον Ἰσραὴλ τὸν καὶ θεὸν ὁρῶντα τῷ τῆς σαρκὸς προβλήματι σκιαζόμενον, καὶ τῷ αὐτῷ θεῷ καθορώμενον καὶ σωζόμενον· ἀλλ' ὡς βασιλεὺς

eum unus reapse sit atque individuus. Atque his sermonibus et contradictionibus unum atque individuum castae ecclesiae corpus bifariam scindebant: resque iam parum a manifesto schismate aberat. Namque inter se dissidebat senatus, plebisque multitudo, dum alii aliis adhaererent; et cum his conspirarent, illis contradicerent: atque ita fora, viae, vici, aedes, variis sermonibus personabant. Nonnulli etiam aliter dictum illud interpretabantur, ceu si Servator quodammodo gereret naturae nostrae humanae personam; solumque intelligebant extenuationis humilitatisque modum: carnem denique solam per se spectabant, ceu si ne divinitati quidem esset coniuncta; aliaque huiusmodi effutiebant, quae post veram rei controversae cognitionem ecclesiaeque concordiam revocatam, anathemate perculsa sunt.

3. Quum hac tempestate iactaretur ecclesia mali spiritus flabris perflantibus, nitentibusque fidei firmamentum dissolvere, id est angularem lapidem Christum qui distantia coniungit; haud socordem se praestitit rex noster, mundani magni navigii delectus gubernator; neque dormitavit hic custos novi Israëlis qui Deum humana carne contectum vidit, atque ab ipso Deo visitatus servatusque

(1) Hinc Victorinus comm. in epist. ad Galat. cap. VI. v. 14. (Collect. vat. T. III. part. II. p. 49) ait: *catholicum Christus corpus ad omnem hominem habuit: omne quod passus est catholicum fecit, id est ut omnis caro in illo crucifixa sit.*

τῆς εἰρήνης καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐπιστημονάρχης ἐθῶν τε καὶ πράξεων (1), φιλοπονώτερον περὶ ταῦτα καὶ φροντιστικώτερον διατίθεται· οὐδὲν μὲν ἧττον καὶ τῶν ὁσημέραι παρεμπιπτουσῶν κατὰ τὰς ὀμβριμαίας σταγόνας κοσμικῶν φροντίδων ἀντιποιούμενος, ὅλον ἦν ὅμως ἑαυτὸν συντείνας, ἐφ' ᾧ τὸ μὲν νοσοῦν ὑγιῶσαι, καὶ τὸ διαρραγὲν ἀρτιῶσαι· καὶ πρὸς μίαν αὖθις τὰ πάντα συναγαγεῖν ὁλομέλειαν· ἐντεῦθεν καὶ ὅσα παρὰ διαφόρων θεοφορουμένων καὶ θεολόγων ἀνδρῶν, περὶ τοῦ προκειμένου σκοποῦ συνεγράφησαν, συλλεγῆναι καὶ συγγραφῆναι στοιχηδὸν διετάξατο· καὶ δὴ καὶ τὰς τοιαύτας τῶν ἁγίων τούτων χρήσεις ἑκάστῳ τῶν τε ἁγιωτάτων πατριαρχῶν ἐκδοθῆναι διεκελεύσατο, ναὶ μὴν καὶ τοῖς τηνικαῦτα συνειλεγμένοις λογάσι τῆς θείας καὶ ἱερᾶς συνόδου, καὶ δι' αὐτῶν παντὶ τῷ τῆς ἐκκλησίας πληρώματι· ἃ καὶ κατὰ ῥητὸν οὕτως ἔχουσι.

δ. Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ δαμασκηνοῦ (2).

Τῶν ἀνθρωποπρεπῶς ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ λεγομένων εἴτε ἐν ῥήμασιν εἴτε ἐν πράγμασι, τρόποι εἰσὶν ἕξ· τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν κατὰ φύσιν οἰκονομικῶς πέπρακταί τε καὶ λέγεται· οἷον ὁ ἐκ παρθένου τόκος, ἡ καθ' ἡλικίαν αὔ-

fuit: verum tamquam rex pacis, et ecclesiasticae disciplinae actionumque sapiens moderator, magno labore studioque ad id negotium incubuit. Et quamquam orbis universi curas, imbrium instar, in se quotidie ruentes sustineret, nihilo tamen minus toto animo dedit operam ut aegra sanaret, disiecta sarciret, atque ad unitatem cuncta rursus membra reduceret. Quamobrem sententias etiam complurium inspiratorum theologorumque hominum super hoc proposito scriptas colligi ordinatimque in libro disponi curavit: atque has divorum auctoritates singulis sanctissimis patriarchis exhiberi iussit, itemque aliis delectis per id tempus congregatisque in divina sacraque synodo viris, perque hos ipsos universo deinceps ecclesiae populo. Patrum igitur sententiae erant hae.

4. S. Iohannis damasceni.

Eorum, quae humano more de servatore Christo praedicantur, sive dicta sive gesta fuerint, sex modi sunt. Quaedam enim ex illis naturaliter ratione carnis adsumtae facta dictaque sunt: velut partus ex virgine, atque aetatis in-

(1) Mallem id reservatum pontificibus et episcopis, quorum istud sacrum officium et potestas est. Et quidem graecus Ephraemius haud unum dilaudat byzantinum imperatorem, propterea quod nihil in ecclesiastica disciplina novaverant.

(2) De fide orthodoxa lib. IV. cap. 18. edit. Lequinii T. I. p. 286. Carptim tamen haec desumit excerptorum auctor.

ξησίς τε καὶ προκοπή, ἡ πεῖνα, ἡ δίψα, ὁ κόπος, ὁ ὕπνος, τὸ δάκρυον, ἡ τῶν ἥλων τρῆσις, ὁ θάνατος, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὅσα φυσικὰ καὶ ἀδιάβλητα πάθη τυγχάνουσιν· ἐν τούτοις γὰρ ἅπασι μίξις μὲν ἐστὶ τοῦ θείου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον· πλὴν τοῦ σώματος ἀληθῶς εἶναι πιστεύεται, οὐδὲν τούτων τοῦ θείου πάσχοντος, δι' αὐτῶν δὲ τὴν ἡμῶν οἰκονομοῦντος σωτηρίαν· τὰ δὲ, κατὰ προσποίησιν· τὸ ἐρωτᾷν ποῦ τεθείκατε Λάζαρον, ἡ προσευχή, τὸ ὑπαναχωρεῖν· τούτων γὰρ οὔτε ὡς θεὸς, οὔτε ὡς ἄνθρωπος ἔχρηζε· πλὴν ἀνθρωπρεπῶς ἐσχηματίζετο πρὸς ὅπερ ἡ χρεία καὶ τὸ λυσιτελὲς ἀπῄτει· οἷον τὴν προσευχὴν, διὰ τὸ δεῖξαι ὡς οὐκ ἔστιν ἀντίθεος· καὶ ὡς αἴτιον αὐτοῦ τιμῶν τὸν πατέρα· τὸ ἐρωτᾷν, οὐκ ἀγνοῶν, ἀλλ' ἵνα δείξῃ ὡς κατ' ἀλήθειαν ἐστὶν ἄνθρωπος μετὰ τοῦ εἶναι θεός· τὸ ὑπαναχωρεῖν, ἵνα διδάξῃ μὴ προπετεύεσθαι μὴ δὲ ἑαυτοὺς προδιδόναι· τὰ δὲ κατ' οἰκείωσιν· ὡς τὸ, θεέ μου θεέ μου ἱνατί με ἐγκατέλιπες· καὶ τὸ, αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ πατρί· οὔτε γὰρ ὡς θεὸς οὔτε ὡς ἄνθρωπος ἐγκατελείφθη ποτὲ ὑπὸ τοῦ πατρός· οὔτε ἁμαρτία, οὔτε κατάρα γέγονεν, οὔτε ὑποταγῆναι χρῄζει τῷ πατρί· καθὸ μὲν γὰρ θεὸς, ἴσος ἐστὶ τῷ πατρὶ, καὶ οὐδὲ ἐναντίος οὐδὲ ὑποτεταγμένος· καθὸ δὲ ἄνθρωπος, οὐδέποτε ἀνήκοος γέγονε τοῦ γεννήτορος· τὸ ἡμέτερον

crementum et profectus, fames, sitis, defatigatio, lacrimae, somnus, clavorum fixura, mors, aliaque similia, quae naturales et inculpatae passiones sunt. In his enim omnibus manet quidem divinae naturae cum humana coniunctio; corporis tamen ea vere esse creduntur: quippe cum divinitas nihil horum pertulerit, sed per ea salutem nobis procurarit. Quaedam dissimulandi modo, ut cum de Lazaro quaerit: *ubi posuistis eum?* Cum orat, et cum se subducit. His enim neque ut Deus neque ut homo opus habebat: verum humano more illud praetexebat, quod necessitas atque utilitas exposcebat. Nimirum idcirco, puta, precabatur, ut se minime Deo adversari ostenderet; utque patrem, velut sui causam, honore adficeret. Interrogabat, non quod ignarus esset; sed ut se, quamquam Deus manebat, hominem quoque vere esse demonstraret. Haec denique ipsi causa secedendi erat, ut nos doceret pericula temere non adire, nec nos ipsos ultro prodere. Quaedam rursus dicuntur per adsumptionem: ut illud, *Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti?* Item, *ipse filius patri subiicietur.* Nec enim quatenus Deus nec quatenus homo, a patre unquam derelictus fuit: nec peccatum, nec maledictum factus est, nec patri subiici opus habet. Etenim quatenus Deus est, aequalis est patri, non autem adversarius, nec subiectus: quatenus autem homo, nunquam adversus patrem contumax fuit. Ex quo se-

τοίνυν οἰκειούμενος πρόσωπον, καὶ μεθ' ἡμῶν τάσσων ἑαυτὸν, ταῦτα ἔλεγε· τὰ δὲ, διὰ τὴν κατ' ἐπίνοιαν διαίρεσιν· ἐὰν γὰρ τῇ ἐπινοίᾳ διέλῃς τὰ τῇ ἀληθείᾳ ἀχώριστα, ἤγουν τὴν σάρκα ἐκ τοῦ λόγου, ἡ σὰρξ δούλη ἦν καὶ ἀγνοοῦσα· ἀλλὰ διὰ τὴν πρὸς τὸν θεὸν λόγον καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, οὔτε δούλη ἦν, οὔτε ἠγνόει· οὕτω καὶ θεὸν ἑαυτοῦ τὸν πατέρα ἐκάλεσε· τὰ δὲ, διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς φανέρωσίν τε καὶ πίστιν· ὡς τὸ, πάτερ δόξασόν με τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι, παρὰ σοί· αὐτὸς γὰρ, δεδοξασμένος ἦν τε καὶ ἔστιν· ἀλλ' ἡμῖν οὐκ ἦν φανερωθεῖσα καὶ πιστωθεῖσα ἡ δόξα αὐτοῦ· τὰ δὲ, κατὰ τὴν τοῦ ἰουδαϊκοῦ προσώπου οἰκείωσιν· καὶ μετὰ τῶν ἰουδαίων ἀριθμῶν ἑαυτόν· ὡς πρὸς τὴν σαμαρεῖτιν φησίν· ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε· ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν· ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν ἰουδαίων ἐστίν.

ε. Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου ἐκ τοῦ δευτέρου λόγου τοῦ περὶ υἱοῦ (1).

Τὸ γὰρ δὴ λέγειν ὅτι τοῦ κατὰ τὸν ἄνθρωπον νοουμένου μείζων, ἀληθὲς μὲν, οὐ μέγα δέ· τί γὰρ τὸ θαυμαστὸν, εἰ μείζων ἀνθρώπου θεός;

quitur eum, nostri adsumpta persona, partes nostras suspiciendo, his verbis usum esse. Quaedam autem per excogitatam mente praecisionem dicuntur. Nam si ea quae revera disiungi nequeunt, hoc est carnem a Verbo, cogitando seiunxeris, caro serva erat et ignara: verum eadem ob hypostaticam cum Deo Verbo coniunctionem id habuit, ut nec serva esset nec ignara. Eadem de causa patrem Deum suum vocavit. Quaedam vero aiebat, ut se nobis manifestaret, nostramque firmaret fidem. Veluti cum dixit: *pater clarifica me claritate quam habui, prius quam mundus esset, apud te.* Etenim ipse quidem et tunc clarificatus erat, et nunc clarificatur: nequaquam tamen nobis claritas eius patefacta comprobataque erat. Postremo interdum ita loquebatur, tamquam Iudaeorum personam adscivisset, se in eorum numerum adscribendo; ut cum samaritanae ait: *vos adoratis quod nescitis; nos adoramus quod scimus: quia salus ex Iudaeis est.*

5. S. Gregorii theologi ex oratione secunda de filio.

Dicere autem, quod pater maior Christo sit, quatenus hic homo intelligitur; verum id quidem est, haud tamen magnum. Quid enim mirum, si Deus homine maior est?

(1) Edit. Maurin. T. I. orat. XXX. ff. 7.

ϛ. Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, ἐκ τοῦ διαλεκτικοῦ λόγου, ὃν ἐποιήσατο ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν ἁγίᾳ πρώτῃ μεγάλῃ συνόδῳ, πρὸς τὸν Ἄρειον (1).

Ἀθανάσιος εἶπε· τίνες οὖν κοπιῶσιν, ἄνθρωποι ἢ ἄγγελοι; Ἄρειος εἶπεν· ἄγγελοι ἀσώματοι τυγχάνουσι, πρὸς τὸ διακονοῦντας αὐτοὺς, καμάτου πεῖραν μὴ λαβεῖν· ἀνθρώπου δὲ τὸ κάμνειν ἴδιον διὰ τὴν τοῦ σώματος βαρεῖαν ὁλκήν· Ἀθανάσιος εἶπεν· ὁ οὖν κύριος πῶς ἐκοπίασε; γέγραπται γὰρ, Ἰησοῦς δὲ κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ἐκαθέζετο· Ἄρειος εἶπεν· συνήγαγές με, ὡς ἠθέλησας ἐκ τοῦ παραδείγματος τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅτι οὐχ ὡς θεὸς λόγος ἐκοπίασεν, ἀλλ' ἵνα φανῇ ὅτι σάρκα, ἣν οὐκ εἶχε πρότερον ὁ λόγος ὢν θεὸς, ταύτην ἀνέλαβεν· διὰ τοῦτο τῇ σαρκὶ συνεχώρησε πάσχειν τὰ ἴδια, ἵνα φανῇ ὅτι σάρξ ἐστιν. Ἀθανάσιος εἶπε· μέμνησο, ὅτι προωμολόγηται ὅτι πανταχοῦ πάρεστιν ὁ λόγος καὶ θεός. Ἄρειος εἶπεν· ἀραρότως. Ἀθανάσιος εἶπεν· εἰ οὖν πανταχοῦ πάρεστι, τίνος ἕνεκεν ἔφασκεν, ὁ πατήρ μου ὁ πέμψας με, μείζων ἐστίν. Ἄρειος εἶπεν· παρακαλῶ σε, μὴ ὀκνήσῃς ἀποκαλύψαι τὸ κάλυμμα ἀπὸ τοῦ γράμματος ἐν τάχει· λίαν γὰρ ἀνιῶμαι. Ἀθανάσιος εἶπεν· τίς ἐστιν ὁ κε-

6. S. Athanasii ex disputatione quam habuit in sancta prima nicaena magna synodo adversus Arium.

Athanasius dixit: quinam igitur fatigantur; homines ne, an angeli? Arius dixit: angeli incorporei sunt, ut cum ipsi ministrant, nullum lassitudinis experimentum percipiant. At hominis proprium est fatigari, propter gravem nempe corporis molem. Athanasius dixit: quomodo ergo fatigatus est Dominus? Scriptum enim est: *Iesus vero fatigatus ex itinere, sedebat.* Arius dixit: ut voluisti, eo me, angelorum hominumque exemplo, adduxisti, ut fatear Verbum non ut Deum fatigatum esse; sed ut appareret carnem hanc, quam antea Verbum et Deus non habebat, adsumsisse: idcirco carni quae sibi erant propria pati permisit, ut carnem esse evidens fieret. Athanasius dixit: memor sis, concessum iam esse Verbum et Deum ubique existere. Arius dixit: recte admodum. Athanasius dixit: si igitur ubique praesens est, quanam de causa ait, *pater meus, qui misit me, maior me est?* Arius dixit: obsecro te, ne graveris velum a littera quam cito detrahere. Valde enim angor animo. Athanasius

(1) Edit. Maurin. T. II. p. 210. Porro vides graecam saeculi XII. synodum agnovisse ut genuinum Athanasii opus, quod postea Maurini aliique critici inter spuria athanasiana confidenter collocaverunt.

κοπιακώς· ἄνθρωπος, ἢ ὁ θεὸς λόγος; Ἄρειος εἶπεν· ἄνθρωπος. Ἀθανάσιος εἶπεν· οὐκοῦν σόν ἐστι τὸ νοῆσαι λοιπόν. Ἄρειος εἶπεν· κατελαβόμην σου τὸν νοῦν ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, ὅτι τοῦ θεοῦ λόγου πανταχοῦ παρόντος, δῆλον ὅτι διὰ τὴν σάρκα εἶπεν, ὁ πατήρ μου ὁ πέμψας με μείζων ἐστίν, τὴν βαδίζουσαν καὶ κοπιῶσαν, καὶ ἀπὸ τόπου εἰς τόπον ἕτερον πορευομένην· ἀληθῶς ὀρθῶς ἔχει τοῦτο.

ζ. Τοῦ ἁγίου Ἀμφιλοχίου ἐκ τοῦ κατὰ Ἀρειανῶν λόγου (1).

Διὰ τοῦτο γὰρ πῆ μὲν ἀνηγμένους, πῆ δὲ ταπεινοὺς φθέγγομαι λόγους· ἵνα διὰ μὲν τῶν ὑψηλῶν, τοῦ ἐνοικοῦντος λόγου ἀποδείξω τὴν εὐγένειαν· διὰ δὲ τῶν ταπεινῶν, τῆς ἐνοικουμένης σαρκὸς γνωρίσω τὰ ἀσθενῆ. Καὶ πάλιν. Πῆ μὲν ἐμαυτὸν ἴσον λέγω τῷ πατρὶ· πῆ δὲ, μείζονα τὸν πατέρα· οὐ μαχόμενος ἐμαυτῷ, ἀλλὰ δεικνὺς ὡς θεός εἰμι καὶ ἄνθρωπος· θεὸς μὲν, ἐκ τῶν ὑψηλῶν· ἄνθρωπος δὲ, ἐκ τῶν ταπεινῶν· ἀλλὰ μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία, ὅτι εἶπον ὑμῖν, ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστί· μείζων γάρ ἐστι τοῦ πορευομένου πρὸς αὐτὸν, οὐ τοῦ ὄντος ἐν αὐτῷ· ὡς γὰρ θεός εἰμι ἐν τῷ πατρί· ὥστε ὡς ἄνθρωπος

dixit: quis fatigatus est, homo ne, an Deus Verbum? Arius dixit: homo. Athanasius dixit: tuum igitur iam est intelligere. Arius dixit: percipio quid tuo hoc responso intelligas, nempe, cum Deus Verbum ubique adsit, prorsus constare ipsum propter carnem dixisse, *pater meus, qui misit me, maior me est.* Caro enim gradiebatur et fatigabatur, et a loco in locum migrabat. Certe id recte se habet.

7. S. Amphilochii ex sermone adversus Arianos.

Idcirco nunc sublimi nunc humili oratione utor; nempe ut sublimi, inhabitantis Verbi nobilitatem demonstrem; humili autem, comitantis carnis infirmitatem significem. Et iterum. Modo me patri aequalem, modo patrem maiorem dico: neque ipse mihi repugno, sed me Deum hominemque demonstro; Deum, sublimitate sermonis; hominem, humilitate. Neque tamen cor vestrum turbetur, quia dixi vobis, *pater meus maior me est*: maior enim est illo qui ad eum vadit, non illo qui in ipso est: nam quatenus Deus sum, in patre sum; quatenus autem homo, ad patrem vado. Illo igitur maior pater est, qui

(1) In S. Amphilochii reliquiis apud Combefisium p. 149 citatur idem hic titulus; sermo vero ipse periit; ita tamen ut particula quaedam vaticani huius fragmenti occurrat etiam apud praedictum Combefisium p. 146. cum titulo: *in illud, pater maior me est.*

πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα· ἐκείνου οὖν μείζων ὁ πατὴρ, τοῦ πορευομένου πρὸς αὐτὸν, οὐ τοῦ ἀεὶ ὄντος ἐν αὐτῷ· καὶ ἵνα συντόμως εἴπω, μείζων ἐστὶ καὶ ἴσος· ἴσος τοῦ ἐκ πέντε ἄρτων δῆμον ὁλόκληρον κορεννύντος· μείζων τοῦ ἐρωτῶντος ποῦ τὸν Λάζαρον τεθείκατε· ἴσος τοῦ τὸν Λάζαρον ἀνιστῶντος λόγῳ· μείζων τοῦ λέγοντος τίς μου ἥψατο· ἴσος τοῦ τὰς ἀκινήτους πηγὰς τῆς αἱμοῤῥούσης ξηράναντος· μείζων τοῦ καθεύδοντος ἐπὶ τῇ πρύμνῃ· ἴσος τοῦ ἐπιτιμῶντος τῇ θαλάσσῃ· μείζων τοῦ κρινομένου ἐπὶ Πιλάτου· ἴσος τοῦ κρίσεως ἐλευθεροῦντος τὸν κόσμον· μείζων τοῦ ῥαπιζομένου, μείζων τοῦ συσταυρουμένου λῃσταῖς· ἴσος τοῦ τὸν λῃστὴν δικαιοῦντος δωρεάν· μείζων τοῦ γυμνουμένου τὴν ἐσθῆτα· ἴσος τοῦ στολίζοντος τὴν ψυχήν· μείζων τοῦ ποτιζομένου ὄξος· ἴσος τοῦ τὸ οἰκεῖον οἰνοχοοῦντος αἷμα (1)· μείζων τοῦ λυομένου ναοῦ· ἴσος τοῦ καὶ μετὰ τὴν λύσιν τὸν οἰκεῖον ἐγείραντος ναόν· ἐκείνου μείζων, τούτου ἴσος. Καὶ πάλιν. Οὐκέτι πολλὰ λαλήσω μεθ᾽ ὑμῶν· ὁρᾷς αἱρετικὲ, τίνος μείζων ἐστὶν ὁ πατὴρ, τοῦ λέγοντος οὐκέτι πολλὰ λαλήσω μεθ᾽ ὑμῶν· οὐ τοῦ λέγοντος οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς· μεθ᾽ ὑμῶν γάρ εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας· ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρήσει οὐδέν· ὁρᾷς τίνος ἐστὶ μείζων, τοῦ κρινομένου ἐπ᾽ ὄψεσιν ἀρχόντων, οὐ τοῦ ποιήσαντος τὴν οἰκουμένην· ἐγείρεσθε ἄγωμεν ἐντεῦθεν·

ad ipsum vadit; non illo qui semper in ipso est. Atque ut verba ad compendium conferam, maior simul est atque aequalis: maior sciscitante quot panes habetis; aequalis populum universum quinque panibus saturanti: maior interrogante ubinam Lazarum posuistis; aequalis Lazarum iussu suscitanti: maior dicente quis me tetigit; aequalis perpetuum haemorrhoissae fluxum sistenti: maior dormiente in puppe, aequalis mare increpanti: maior eo quem damnavit Pilatus; aequalis ei qui mundum damnatione liberat: maior eo qui alapam crucemque sustinuit cum latronibus; aequalis ei qui latronem gratis iustificavit: maior eo qui veste nudatus fuit; aequalis ei qui animam ornat: maior eo cui propinatur acetum; aequalis ei qui proprium sanguinem ex vino facit: maior eo qui dissolutionem templi (id est corporis sui) passus est; aequalis ei qui suum templum (id est corpus) suscitavit; illo inquam maior, huic aequalis. Et iterum. Haud pluribus verbis vos morabor. Cernis, haeretice, quonam maior sit pater, eo nimirum qui ait, iam plura vobiscum non loquar; non eo qui dicit, non relinquam vos orphanos; etenim vobiscum sum cunctis diebus usque ad saeculi consummationem. Venit princeps huius mundi, neque in me quicquam invenit. Cernis quonam sit maior; illo scilicet qui coram principibus damnatus fuit, non eo qui mundum fecit. Surgite, eamus

(1) Notemus de eucharistica transubstantiatione testimonium catholicum ecclesiastici patris valde nobilis, qui saeculo quarto post Christum florebat.

ὁρᾷς τίνος ἐστὶ μείζων ὁ πατὴρ, τοῦ λέγοντος ἄγωμεν· οὐ τοῦ λέγοντος ἐνοικήσω ἐν ὑμῖν καὶ ἐμπεριπατήσω· ἐγὼ εἰμὶ ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή. ὁρᾷς τίνος ἐστὶ μείζων ὁ πατὴρ, τοῦ λέγοντος ἐγὼ εἰμὶ ἡ ἄμπελος· οὐ τοῦ λέγοντος, ἐγὼ ἐφύτευσα ἄμπελον ἀληθινήν.

η. Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τοῦ εἰς τὰ βαΐα λόγου (1).

Ὅμως εἰ καὶ ἡνώθη καθ' ὑπόστασιν τῷ λόγῳ ἡ λογικὴ ἡμῶν φύσις, ἀλλ' οὐκ ἰσώθη· πῶς γὰρ ἰσωθήσεται τῷ προαιωνίῳ τὸ πρόσφατον; ἢ πῶς ὁμοιωθήσεται τῷ ἀνάρχῳ τὸ ἔναρχον; Καὶ μετ' ὀλίγα. Πῶς φησὶν ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν; τῇ ἄνω πρὸ αἰώνων γεννήσει· πῶς ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστι; τῇ κάτω ἐκ παρθένου γεννήσει.

θ. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ εἰς τὰς βασιλίσσας λόγου (2).

Πῶς οὖν ἠλάττωται παρ' αὐτοὺς ἀγγέλους, ὁ πρὸς αὐτῶν προσκυνούμενος, ὁ σύνεδρος πατρί; ἀλλ' ἔστι σαφὴς ἡ πρόφασις· καθίκετο γὰρ ἐν τοῖς τῶν ἀν-

hinc. Quonam maior est pater? nempe dicente, eamus; non dicente, habitabo vobiscum et inambulabo. Ego sum vitis vera. Cernis quonam maior sit pater; nimirum dicente, ego sum vitis; non dicente, ego veram vitem plantavi.

8. S. Cyrilli ex homilia in ramos palmarum.

Sed quamvis rationalis natura nostra personaliter Verbo unita fuit, non tamen est aequata. Qui enim fieri potest, ut temporale exaequetur aeterno; id quod habuit initium, ei quod sine initio est? Et paulo post. Quomodo, inquit, ego et pater unum sumus? ob caelestem scilicet ante saecula nativitatem. Quomodo pater meus maior me est? ob terrenum ex virgine ortum.

9. Eiusdem ex sermone ad Reginas.

At quomodo is angelis minor evasit, qui ab illis adoratur, unaque cum patre regni solium obtinet? In promptu est responsio: nam corpore,

(1) Edit. paris. T. V. part. II. p. 497. 498. (2) Edit. cit. T. V. part. II. p. 133. D.

θρωπότητος μέζοις, καὶ τὸ ἀποθνήσκειν πεφυκὸς σῶμα λαβὼν, ἴδιόν τε αὐτὸ ποιησάμενος, ἐν αὐτῷ πέπονθε ἑκὼν, καὶ ταῖς ἀνωτάτω δόξαις στεφανοῦται διὰ τὸ πάθος, ὡς δι᾽ αὐτοῦ καταργήσας τὸν θάνατον, καὶ ἄπρακτον ἀποφήνας τὴν φθορὰν· ἅτε δὴ καὶ ὑπάρχων ἀφθαρσία καὶ ζωή· ὅταν οὖν Ἰησοῦν ὀνομάζῃ, καὶ ἠλαττῶσθαι λέγῃ παρὰ τοὺς ἀγγέλους αὐτὸν, οὐκ ἄνθρωπον ἀνὰ μέρος καὶ ἰδικῶς, ἀλλ᾽ αὐτὸν νοοῦμεν τὸν μονογενῆ, παραχωροῦντα τοῦ προύχειν οἰκονομικῶς τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις· ὅτι ἀληθείᾳ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ τῆς ἐκείνων ὑπεροχῆς ἡττώμενος· τὰ δὲ τῆς ὑπεροχῆς τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις, ὅτι καὶ ἔξω σαρκὸς, καὶ τοῦ τεθνάναι κρείττους εἰσί· γεγονότος ἐν τούτοις τοῦ υἱοῦ διὰ τὴν ἑκούσιον κένωσιν· ἀλλ᾽ ὁ βραχὺ παρ᾽ ἀγγέλους ἠλαττωμένος, διά γε τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μέζον, ἐν ὑπεροχῇ θεότητος ὢν, προσκυνεῖται παρ᾽ αὐτῶν, καὶ ἐνίδρυται θώκοις, οὓς περιστᾶσιν ἐκεῖνοι δοξολογοῦντες ἀεὶ, καὶ τῶν δυνάμεων αὐτὸν ὀνομάζοντες κύριον.

1. Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου κατὰ Ἀρείου, καὶ εἰς τὸν εὐαγγελισμόν, οὗ ἡ ἀρχὴ, τῇ προτέρᾳ κυριακῇ (1).

Ἐὰν εἴπῃ, ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, αὐτοῦ ἀκούετε· ἐὰν

quod mori posset, adsumpto, ad humanae naturae infirmitates se ipsum demisit, in eoque veluti proprio spontaneam mortem sustinuit. Ob eam porro mortem et passionem, summae gloriae coronam promeruit; quippe qui ipsa vita et incorruptio est, et mortem abolevit, et corruptionem omni vi spoliavit. Cum Iesum ergo nominat, et angelis minorem praedicat, non simpliciter nos hominem, seorsumque ac per se positum, mente concipere oportet; sed ipsummet unigenitum propter incarnationis ordinem potiores partes angelis deferentem. Nam qui excellentiae illorum cedere praedicatur, is vere homo factus dignoscitur. Illa autem sanctorum angelorum eminentia in hoc praecipue posita est, et quod carne sunt immunes, et quod morti non sunt obnoxii: his autem infirmitatibus propter voluntariam exinanitionem subiectus fuit filius. Verum enimvero, qui propter humanae naturae conditionem paululum infra angelos minoratus dicitur, is in deitatis excellentia existens, ab illis adoratur, considetque in iis maiestatis thronis, quos illi venerabundi undequaque cingunt, indefesso laudum praeconio illum extollentes, ac virtutum dominum appellantes.

10. S. Iohannis Chrysostomi contra Arium, et in annunciationem Deiparae, homilia quae incipit, *praecedente dominica*.

Si dixerit *ego et pater unum sumus*, ipsum audite. Si dixerit *ego in*

(1) Hanc homiliam inter spurias collocat Montfauconius T. XI. p. 858. At Graeci certe sub Manuele Comneno genuinam existimabant.

εἴπῃ ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα, αὐτοῦ ἀκούετε· οὐ γὰρ δὴ ψεύδεται ἡ ἀλήθεια· ἐὰν εἴπῃ, ὁ πέμψας με πατὴρ μείζων μου ἐστὶ, τοῦτο μὴ θροήσητε· οὐ γὰρ θεότητα πρὸς θεότητα λέγει, ἀλλ' ὅτι θεότης τῆς ἀνθρωπότητος μείζων· πρὸς τὸ μεῖζον τὸ ἔλαττον ἁρμόζεται.

ια. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν ἑρμηνειῶν τῆς πρὸς ἑβραίους ἐπιστολῆς(1).

Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον φησὶ βλέπομεν Ἰησοῦν διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου· εἶτα χρηστὰ πάλιν, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον· εἶδες, πῶς αὐτῷ πάντα ἥρμοσε· τὸ γὰρ βραχὺ, τίνι ἂν, ἢ αὐτῷ ἁρμόσειε μᾶλλον τῷ τρεῖς ἡμέρας ἐν ᾅδῃ γενομένῳ μόνας; ἀλλ' οὐχ ἡμῖν τοῖς ἐπιπολὺ φθειρομένοις. Εἶτα πάλιν παρακατιὼν λέγει. Εἰ γὰρ ὁ προσκυνούμενος ὑπ' ἀγγέλων φησὶν, ἠνέσχετο βραχύ τι παρ' ἀγγέλων ἔχειν διὰ σὲ, πολλῷ μᾶλλον σὺ, ὁ τῶν ἀγγέλων ἐλάττων, πάντα φέρειν ὀφείλεις.

patre et pater in me est, ipsum audite. Si dixerit, *qui vidit me*, *vidit patrem*, ipsum audite; veritas enim non mentitur. Si dixerit, *qui misit me pater*, *maior me est*, id vos ne terreat: neque enim divinitatem divinitati opponit; sed ait divinitatem maiorem humanitate; res minor ad maiorem refertur.

11. Eiusdem ex interpretatione epistulae ad Hebraeos.

Aliquantulum infra angelos minoratum videmus, inquit, Iesum propter mortis passionem. Deinde rursus bona adiecit, gloria et honore coronatum. Viden ut cuncta ad hominem accommodavit? Nam illud *aliquantulum*, cuinam magis quam ei congruerit qui tres tantummodo dies in inferis mansit? Certe nobis haudquaquam qui ad longum tempus corrumpimur. Deinde progrediens ait. Nam si is qui adoratur, inquit, ab angolis, sustinuit quiddam minus habere quam angeli propter te; multo magis tu qui es minor angelis, debes omnia propter ipsum perferre.

(1) Edit. Montf. T. XII. homil. IV. p. 41. A.

ιβ. Ἐκ τῆς ὁμιλίας τοῦ ἁγίου Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου εἰς τὸ, ὁ ἀποστείλας με πατὴρ, μείζων μου ἐστίν (1).

Εἰπὲ κατὰ ποῖον λόγον λέγεις τὸν πατέρα μείζονα τοῦ υἱοῦ· οὐκ ἐγώ φησι λέγω, ἀλλὰ τῷ λέγοντι πείθομαι· οὗτος γάρ ἐστιν ὁ εἰπὼν, ὁ ἀποστείλας με πατὴρ, μείζων μου ἐστίν· εἰ τῷ λέγοντι πείθῃ, παῦσον καὶ σὺ τὴν μάχην, κἀγὼ συστελῶ τὴν γλῶσσαν· καὶ δῶμεν τῷ υἱῷ τὸν οἰκεῖον λόγον ἑρμηνεῦσαι· εἰπὲ γοῦν δέσποτα· διατί ποτὲ μὲν λέγεις ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· ποτὲ δὲ, ὁ ἀποστείλας με πατὴρ μείζων μου ἐστίν; εἰ μείζων, πῶς ἴσος; εἰ ἴσος, πῶς μείζων; τὰ δύο λέγω· ἐπειδὴ καὶ μείζων μου ἐστὶ καὶ ἴσος· κατὰ τὴν θεότητα, ἴσος· κατὰ τὴν οἰκονομίαν, μείζων· ἴσος αὐτοῦ εἰμὶ, ἐπειδὴ ἐξ αὐτοῦ ἐγεννήθην· μείζων μου ἐστὶν, ἐπειδὴ ἐκ τῆς παρθένου ἐγεννήθην.

ιγ. Ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Λέοντος πάπα Ῥώμης τῆς λεγομένης στήλης ὀρθοδοξίας (2).

Οὕτως οὐ τῆς αὐτῆς ἐστι φύσεως τὸ λέγειν, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν·

12. Ex homilia sancti Amphilochii episcopi iconiensis in illud *qui misit me pater, maior me est.*

Dic mihi quonam sensu ais patrem filio maiorem? Haud ego, inquit, dico, sed dicenti credo. Ipsemet enim ait, *qui misit me pater, maior me est.* Si dicenti credis, iam tu a contentione desiste, et ego quoque linguam cohibebo, ipsique filio permittamus proprii sermonis interpretationem. Ain ergo, Domine; cur modo dicis, *ego et pater unum sumus*; modo autem, *qui misit me pater, maior me est?* Si maior, quomodo aequalis? si aequalis, quomodo maior? Ego, inquit, utrumque adfirmo: nam et maior me est, et mihi aequalis: nempe secundum divinitatem, aequalis; secundum incarnationem, maior. Ego aequalis illi sum, quatenus ab eo genitus: maior ille me est, quatenus ego ex virgine natus sum.

13. Ex epistula S. Leonis papae romani, quae dicitur columna rectae fidei.

Ita non eiusdem naturae est dicere, *ego et pater unum sumus*: et dice-

(1) Titulus hic extat apud Combefisium p. 145. Verum ipsa materia codicis vaticani est inedita. Immo vero idem sermo videtur, qui supra dicitur contra Arianos. Etenim locus citatus apud nos p. 9, dicitur apud Combefisium ex sermone in illud *pater maior me est.*

(2) Edit. Ballerin. T. I. p. 823.

ϗ τὸ λέγειν, ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστίν· εἰ δὲ τὰ μάλιστα γὰρ ἐν τῷ δεσπότῃ Ἰησοῦ Χριστῷ, τοῦ θεοῦ ϗ τοῦ ἀνθρώπου ἓν ἐστὶ πρόσωπον, ὅμως ἕτερόν ἐστιν ἐκεῖνο ἐξ οὗ ἐν ἑκατέρῳ κοινόν ἐστι τὸ τῆς ὕβρεως· ϗ ἕτερον, ἐξ οὗ κοινὸν τὸ τῆς δόξης καθέστηκεν· ἐξ ἡμῶν μὲν γάρ ἐστιν αὐτῷ ἡ ἐλάσσων τοῦ πατρὸς ἀνθρωπότης· ἀπὸ δὲ τοῦ πατρὸς ἐστὶν αὐτῷ ἡ μετὰ τοῦ πατρὸς ἴση θεότης.

ιδ. Ἐκ τῶν δεκαὲξ κεφαλαίων τῶν κατὰ τῶν μονοφυσιτῶν τοῦ ἁγίου Ἀναστασίου τὸ ἕβδομον.

Οἱ φιλοσόφως μᾶλλον ἢ ἀσόφως λέγοντες ὅτι ἀπεθεώθη ϗ ἰσώθη ἡ σάρξ τῷ θεοῦ λόγῳ, εἰπωσιν ἡμῖν εἰ ἄρα ϗ ἀψηλάφητος ϗ ἀόρατος ϗ ἀπερίγραπτος μετὰ τὴν ἕνωσιν ἡ σάρξ τῷ θεῷ λόγῳ· εἰ ἢ τοῦτο, φαντασία πάντως ϗ δόκησις ἡ οἰκονομία· εἰ δ' οὐ ταῦτα ἴσχει ἡ σάρξ, πῶς ἰσώθη τῷ ἀπεριγράπτῳ (1);

ιε. Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Νύσσης ἐκ τοῦ λόγου αὐτοῦ τοῦ περὶ θεότητος υἱοῦ ϗ ἁγίου πνεύματος ϗ εἰς τὸν Ἀβραάμ (2).

Ὅταν οὖν ἀποφαίνηται ὁ λόγος ὅτι οὐ δύναται ποιεῖν, δῆλον ὅτι οὐ-

re, *pater maior me est.* Quamvis enim in domino Iesu Christo Dei et hominis una persona sit; aliud tamen est, unde in utroque communis est contumelia, alind unde communis est gloria. De nostro enim illi est minor patre humanitas; de patre illi est aequalis cum patre divinitas.

14. S. Anastasii capitulum septimum ex XVII. adversus Monophysitas.

Qui philosophice vel potius insipienter aiunt carnem factam esse divinam aequatamque Dei Verbo, dicant nobis utrum haud contrectabilis quoque, invisibilis, et incircumscripta post coniunctionem cum Dei Verbo caro evaserit. Quod si ita est; incarnatio quidem nihil aliud nisi phantasia spectrumque est. Sin vero has qualitates caro non habet, quomodo aequata est incircumscripto atque invisibili?

15. S. Gregorii nysseni ex sermone de divinitate filii sanctique spiritus, et de Abrahamo.

Quum igitur Verbum dicit, *se non posse facere*, perspicuum est non deitati u-

(1) His saepe similia sunt in hodego apud Anastasium, praesertim cap. XIII.

(2) Edit. paris. T. III. p. 471. C.

καὶ τῇ θεότητι τοῦ μονογενοῦς τὴν ἀδυναμίαν προστίθησιν, ἀλλὰ τῇ ἀσθενείᾳ τῆς ἡμετέρας φύσεως προσμαρτυρεῖ τὸ ἀδύνατον· ἀσθενὴς δὲ ἡ σάρξ, καθὼς γέγραπται, ὅτι τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής· οὐκοῦν δι' ἀμφοτέρων ἀληθεύει ἡ θεία γραφὴ, καὶ τὸ μεῖζον ὁμολογοῦσα, καὶ τὸ ἴσον μὴ ἀρνουμένη· ὅταν γὰρ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον ὁ λόγος βλέπῃ, μείζονα ὁμολογεῖ τοῦ διὰ σαρκὸς ὁρωμένου τὸν μὴ ὁρώμενον· ὅταν δὲ πρὸς τὸ θεῖον χειραγωγῇ τὴν διάνοιαν, ἀργεῖ τοῦ μείζονος καὶ τοῦ ἐλάττονος ἡ συγκριτικὴ αὕτη ἀντιπαράθεσις· καὶ ἀντὶ τούτου ἑνότης κηρύττεται, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· τὰ δὲ παρηλλαγμένα κατὰ τὸ ἄνισον, ἓν εἶναι οὐ δύναται.

ις. Τοῦ ἁγίου Αὐγουστίνου.

Ἐπίγνωθι τὴν διττὴν φύσιν τοῦ Χριστοῦ· τὴν θείαν δὴ λέγω, τὴν ἴσην ὑπάρχουσαν τῷ πατρί· καὶ τὴν ἀνθρωπείαν, ἧς μείζων ἐστὶν ὁ πατήρ (1).

ιζ. Τοῦ Δαμασκηνοῦ κεφ. ρ. (2)

Καὶ σεσάρκωται τοίνυν ὁ λόγος, καὶ τῆς οἰκείας ἀϋλότητος οὐκ ἐξέστη-

nigeniti filii impotentiam attribuere; sed imbecillitatem nostrae naturae impotentem esse testari. Infirma autem caro est, quemadmodum scriptum est: *spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* Ergo per utraque verum dicit divina scriptura, dum et maiorem patrem confitetur, et aequalem filium non negat: nam ubi Verbum humanam spectat naturam, eum qui non cernitur, maiorem eo dicit esse qui per carnem cernebatur: sed ubi mentem ad divinitatem ducit, desinit haec maioris et minoris comparatio; proque his unitas praedicatur, *ego et pater unum sumus.* At ea quae per inaequalitatem variant, unum esse non possunt.

16. S. Augustini.

Agnosce geminam substantiam Christi; divinam scilicet, qua aequalis est patri; humanam, qua maior est pater.

17. Damasceni capitulum centesimum.

Et caro igitur Verbum factum est, et naturam suam materia expertem non

(1) Vestiganti mihi occurrit hic locus apud Aug. in Ioh. tract. LXXVIII. 3. Ibi tamen est *agnoscamus*, non *agnosce*.

(2) In editione Lequinii, de fid. orth. lib. III. cap. 7. T. I. p. 215.

κε· καὶ ὅλος σεσάρκωται, καὶ ὅλος ἐστὶν ἀπερίγραπτος· σμικρύνεται σωματικῶς καὶ συστέλλεται, καὶ θεϊκῶς ἐστὶν ἀπερίγραπτος· οὐ συμπαρεκτεινομένης τῆς σαρκὸς αὐτοῦ τῇ ἀπεριγράπτῳ αὐτοῦ θεότητι· ὅλος μὲν οὖν ἐστι θεὸς τέλειος· οὐχ ὅλον δέ ἐστι θεός· οὐ γὰρ μόνον θεὸς, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος· καὶ ὅλος τέλειος ἄνθρωπος· οὐχ ὅλον δέ ἐστιν ἄνθρωπος· οὐ μόνον γὰρ ἄνθρωπος, ἀλλὰ καὶ θεός.

ιη. Ἐκ τοῦ πρώτου βιβλίου τῶν θησαυρῶν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τοῦ ἑνδεκάτου κεφαλαίου (1).

Ὅταν λέγῃ Χριστὸς ἑαυτοῦ τὸν πατέρα μείζονα, ἔσται πάλιν τῇ ἀνθρωπότητι πρέπων ὁ λόγος· οὐ τῆς θείας οὐσίας αὐτοῦ κατηγόρημα, ὡς ἐν ἐλάττοσι κειμένης, ἢ ἐν οἷς ἐστὶν ὁ γεννήσας αὐτόν. Καὶ πάλιν προϊών. Ἴσος ἄρα τῷ πατρὶ καὶ ὁμοούσιος ὁ υἱός· οἰκονομικῶς δὲ εἰρῆσθαι πιστεύομεν ἐπὶ τοῦ πατρὸς τὸ μεῖζον· ὅταν γὰρ ἐνανθρωπήσας φαίνεται, τότε καὶ τοῦτο φησὶν ὡς ἄνθρωπος.

ιθ. Τοῦ αὐτοῦ ἐν ἑβδόμῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν λόγῳ.

Ἀνθρωπότητι γὰρ καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν ἀπορρήτως συνενηγμένος ὁ

amisit. Totum incarnatum est, et totum est incircumscriptum. Minuitur corporaliter et contrahitur, divinitus autem manet infinitum: neque vero eius caro extenditur ad eiusdem divinitatis infinitatem. Totus igitur est Deus perfectus; neque tamen eius universitas est Deus: non enim tantummodo est Deus, verum etiam homo. Totus perfectus est homo; non tamen eius universitas est homo: neque enim tantummodo est homo, verum etiam Deus.

18. Ex primo libro thesaurorum S. Cyrilli cap. XI.

Cum Christus dicit, patrem maiorem se esse, sermo hic humanitati illius convenit, non autem divinam eiusdem essentiam laedit, quasi inferior sit genitore suo. Et infra. Aequalis igitur est et consubstantialis patri filius. Incarnationis vero causa credimus patrem maiorem a filio vocatum. Cum enim humanitatem adsumpsit, tum etiam ut homo hoc dixit.

19. Eiusdem in septimo sermonum ad Hermiam.

Humanitati per nexum hypostaticum ineffabiliter coniunctum Dei Verbum,

(1) Edit. cit. T. V. part. I. p. 85. A, et p. 86. B.

ἐκ θεοῦ λόγος νοεῖται Χριστός· ἀνωτέρω μὲν ἀνθρωπότητος, ὡς φύσει θεὸς καὶ υἱός· ὑφιζάνων δέ τι βραχὺ τοῦ ἐν δόξῃ θεοπρεποῦς, ὡς ἄνθρωπος· τοιγάρτοι ποτὲ μὲν ἔφασκεν· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· καὶ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· ποτὲ δὲ αὖ πάλιν, ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστίν.

κ. Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου ἐκ τοῦ πρώτου τοῦ περὶ υἱοῦ λόγου (1).

Σὺ δέ μοι καταρίθμει πρὸς ταῦτα, τὰ τῆς ἀγνωμοσύνης ῥήματα· τὸ, θεός μου καὶ θεὸς ὑμῶν· τὸ, μείζων· τὸ, ἔκτισε· τὸ, ἡγίασε. Καὶ μετ' ὀλίγα. Τούτων γὰρ ἕκαστον, οὐ χαλεπὸν καὶ κατὰ μέρος ἐπεξιόντα ἐξηγεῖσθαί σοι πρὸς τὸ εὐσεβέστατον· καὶ ἀνακαθαίρειν τὸ ἐν τοῖς γράμμασι πρόσκομμα· εἴ γε προσπταίεις ὄντως, ἀλλὰ μὴ ἑκὼν κακουργεῖς· ἑνὶ δὲ κεφαλαίῳ τὰ μὲν ὑψηλότερα πρόσαγε τῇ θεότητι καὶ τῇ κρείττονι φύσει παθῶν καὶ σώματος· τὰ δὲ ταπεινότερα, τῷ συνθέτῳ καὶ τῷ διὰ σὲ κενωθέντι καὶ σαρκωθέντι.

κα. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Τίς οὖν ἀντερεῖ λόγος κτίσμα μὲν λέγεσθαι τὴν σοφίαν κατὰ τὴν κάτω γέννησιν, γέννημα δὲ κατὰ τὴν πρώτην καὶ πλέον ἄληπτον;

Christus intelligitur: superior quidem humanitate, utpote nstura Deus et filius: minoratus autem aliquantum infra gloriam Deo dignam, utpote homo. Quamobrem modo dixit, *qui vidit me, vidit patrem.* Item, *ego et pater unum sumus.* Modo autem *pater meus maior me est.*

20. S. Gregorii theologi ex sermone primo de filio.

Tu vero mihi illas vecordium hominum voces enumera: *Deus meus et Deus vester*, et *maior*, et *creavit*, et *sanctificavit.* Et paulo infra. Haec enim singula singillatim persequi, pioque sensu explicare, minime difficile est; atque offendiculum illud, quod in litteris existit, removere; si modo vere offendis, et non potius de industria peccas. Ut autem summatim dicam, tu quidem sublimiora dicta divinitati, passionibusque et corpore experti naturae, adtribue; humiliora autem composito homini tuique causa exinauito et incarnato.

21. Eiusdem ex eodem sermone.

Quaenam ergo ratio vetat, quominus creaturam Sapientiam dicamus secundum terrestrem nativitatem; filium autem secuudum primam magisque incomprehensibilem?

(1) Edit. Maurin. T. I. orat. XXIX. ff. 18.

κβ. Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ πρὸς τοὺς λέγοντας, ἡ ὑπόστασις τοῦ Χριστοῦ κτιστὴ, ἢ ἄκτιστος. Κεφ. ρκζ. (1)

Η ὑπόστασις τοῦ Θεοῦ λόγου, πρὸ τῆς σαρκώσεως, ἁπλῆ ἦν καὶ ἀσύνθετος καὶ ἀσώματος καὶ ἄκτιστος· σαρκωθεῖσα δὲ αὕτη, γέγονε καὶ τῇ σαρκὶ ὑπόστασις· καὶ γέγονε σύνθετος ἐκ θεότητος, ἧς εἶχεν ἀεὶ, καὶ ἐξ ἧς προσείληφε σαρκός· καὶ φέρει τῶν δύο φύσεων τὰ ἰδιώματα, ἐν δυσὶ γνωριζομένη ταῖς φύσεσιν· ὥστε καὶ αὐτὴ μία ὑπόστασις, ἄκτιστός τε ἐστὶ τῇ θεότητι, καὶ κτιστὴ τῇ ἀνθρωπότητι, ὁρατή τε καὶ ἀόρατος· ἐπεὶ ἀναγκαζόμεθα διαιρεῖν τὸν ἕνα Χριστὸν, δύο τὰς ὑποστάσεις λέγοντες, ἢ τὴν τῶν φύσεων ἀρνεῖσθαι διαφορὰν· καὶ τροπὴν εἰσάγειν καὶ σύγχυσιν.

κγ. Τοῦ αὐτοῦ κεφάλαιον ρς περὶ τῶν ἰδιωμάτων τῶν φύσεων (2).

Τέλειον δὲ θεὸν ὁμολογοῦντες τὸν αὐτὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τέλειον ἄνθρωπον, φαμὲν τὸν αὐτὸν πάντα ἔχειν ὅσα ὁ πατὴρ πλὴν ἀγεννησίας· καὶ πάντα ἔχειν ὅσα ὁ Ἀδὰμ ὁ πρῶτος, δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας· ἅτινά

22. S. Iohannis damasceni ad eos qui rogant, sit ne Christi persona creata an increata.

Dei Verbi persona, ante carnem adsumptam simplex erat, nec composita, corpore expers, et increata. Ex quo autem carnem suscepit, carni quoque persona facta est, compositaque evasit ex divinitate, quam numquam non habuit, et ex carne quam adsumsit: geritque adeo duplicis naturae proprietates, utpote quae in duabus naturis noscitur. Quo fit ut una eademque persona et divinitatis ratione increata sit, et creata ratione humanitatis; visibilis simul et invisibilis. Nam alioqui in eas angustias adducemur, ut vel unum eundemque Christum dividamus, duas personas adserendo; vel naturarum distinctionem inficiantes, conversionem aut confusionem inducamus.

23. Eiusdem capitulum CXVI. de naturarum proprietatibus.

Eundem porro dominum nostrum Iesum Christum, et perfectum Deum, et perfectum hominem praedicantes, hoc profitemur, eundem et omnia habere, quae pater habet, excepta ingeniti proprietate; et omnia item, quae primus

(1) Edit. Lequin. de fid. orth. lib. IV. cap. 5. (2) Oper. cit. lib. III. cap. 13.

ἐστι σῶμα καὶ ψυχὴ λογική τε καὶ νοερά· ἔχειν δὲ αὐτὸν καταλλήλως ταῖς δυσὶ φύσεσι διπλᾶ τὰ τῶν δύο φύσεων φυσικὰ ἰδιώματα· δύο θελήσεις φυσικὰς, θείαν τὲ καὶ ἀνθρωπίνην· καὶ ἐνεργείας δύο φυσικὰς, τήν τε θείαν καὶ τὴν ἀνθρωπίνην· καὶ αὐτεξούσια δύο φυσικὰ, θεῖον τὲ καὶ ἀνθρώπινον· καὶ σοφίαν καὶ γνῶσιν, θείαν τὲ καὶ ἀνθρωπίνην· ὁμοούσιος γὰρ ὢν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, αὐτεξουσίως θέλει καὶ ἐνεργεῖ ὡς θεός· ὁμοούσιος δὲ καὶ ἡμῖν, αὐτεξουσίως θέλει καὶ ἐνεργεῖ ὡς ἄνθρωπος ὁ αὐτός· αὐτοῦ γὰρ τὰ θαύματα, αὐτοῦ καὶ τὰ παθήματα.

κδ΄. Ἐκ τῆς δευτέρας ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Λέοντος πάπα Ῥώμης πρὸς Λέοντα τὸν βασιλέα, ἧς ἡ ἐπιγραφὴ, τῷ ὑπερενδοξοτάτῳ καὶ γαληνοτάτῳ υἱῷ αὐγούστῳ Λέοντι, Λέων ἐπίσκοπος.

Τῷ ἀληθεῖ τοῦ θεοῦ καὶ ἀνθρώπου υἱῷ τοῦ τε λόγου καὶ τῆς σαρκὸς, ἓν ὑπάρχει πρόσωπον, ὅπερ ἀχωρίστως, καὶ ἀδιαιρέτως κοινὰς ἔχει τὰς πράξεις· δεῖ νοεῖν ὅμως αὐτῶν τῶν ἔργων τὰς ποιότητας· καὶ τῇ κατανοήσει τῆς εἰλικρινοῦς πίστεως δεῖ καθορᾷν, ἐπὶ ποῖα μὲν ἡ τῆς σαρκὸς προάγεται ταπεινότης, ἐ-

Adam, excepto solo peccato; hoc est, corpus et animam ratione et intelligentia praeditam: quin habere etiam eum, uti duabus naturis consentaneum est, duplices naturarum duarum naturales proprietates; hoc est, duas naturales voluntates, divinam et humanam: duas item naturales operationes, divinam et humanam; duas naturales arbitrii libertates, divinam et humanam: ac denique sapientiam et scientiam duplicem, divinam et humanam. Nam cum eiusdem ac pater substantiae sit, libere vult et agit ut Deus: rursus quum consubstantialis sit nobis, libere item vult et agit, ut homo. Ipsius enim miracula sunt, ipsius quoque passiones.

24. Ex secunda S. Leonis papae romani ad Leonem imperatorem epistula, cuius est inscriptio: *gloriosissimo et tranquillissimo filio augusto Leoni, Leo episcopus.*

In vero Dei atque hominis filio, Verbi et carnis una persona est, quae inseparabiliter atque indivise communes habet actiones. Intelligendae tamen sunt ipsorum operum qualitates, et sincerae fidei contemplatione cernendum est, ad

(1) Edit. Ballerin. T. I. p. 1366.

πὶ ποῖα ᾗ τὸ ὕψος τῆς θεότητος ἐπικλίνεται· καὶ τί μέν ἐστιν, ὅπερ ἡ σὰρξ οὐ πράττει δίχα τοῦ λόγου· τί δὲ εἴη ὅπερ ὁ λόγος χωρὶς τῆς σαρκὸς οὐκ ἐργάζεται· δίχα μὲν γὰρ τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως οὐδ᾽ ἂν ἡ παρθένος συνέλαβεν, οὐδὲ ἔτεκεν· δίχα δὲ τῆς ἀληθείας τῆς σαρκὸς, οὐκ ἂν κεκαλυμμένη τοῖς ῥάκεσιν ἔκειτο νηπιότης· καὶ δίχα μὲν τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως, οὐκ ἂν προσεκύνησαν οἱ μάγοι τὸ παιδίον, τὸ ὑπὸ τοῦ μηνύοντος ἀστέρος δηλούμενον· δίχα δὲ τῆς ἀληθείας τῆς σαρκὸς, οὐκ ἂν ἐκελεύετο τὸ παιδίον εἰς Αἴγυπτον μεταφέρεσθαι, καὶ τοῦ κατὰ τὸν Ἡρώδην ὑπεξάγεσθαι διωγμοῦ· καὶ δίχα μὲν τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως, οὐκ ἂν ἔλεγεν ἡ φωνὴ τοῦ πατρὸς, ἐξ οὐρανῶν ἀφεθεῖσα, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα· δίχα δὲ τῆς ἀληθείας τοῦ σώματος, οὐκ ἂν προσεμαρτύρατο ὁ Ἰωάννης· ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· καὶ δίχα μὲν τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως, οὐκ ἂν ἐγένετο τῶν τε ἀσθενούντων ἡ ῥῶσις, καὶ τῶν τεθνεώτων ἡ ζωοποίησις· δίχα δὲ τῆς ἀληθείας τῆς σαρκὸς, οὔτε τροφὴ τῷ νηστεύοντι, οὔτε μὴν ὕπνος ἀναγκαῖος ὑπῆρχεν τῷ κοπιάσαντι· καὶ τὸ δὴ πέρας, δίχα μὲν τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως, οὐκ ἂν ἑαυτόν ὁ κύριος ἴσον τῷ πατρὶ τυγχάνοντα ὡμολόγει· δίχα δὲ τῆς ἀληθείας τοῦ σώματος, οὐκ ἂν ὁ αὐτὸς ἔλεγεν μείζονα εἶναι ἑαυτοῦ τὸν πατέρα· ὁπότε καὶ ἡ καθολικὴ πίστις ἑκάτερον δέχεται, καὶ ἑκάτερον ἐκδικεῖ, ἥτις κατὰ τὴν ὁμολογίαν τοῦ μακαρίου ἀποστόλου Πέτρου, ἕνα Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, καὶ ἄνθρωπον πιστεύει καὶ λόγον· εἰ καὶ τὰ μάλιστα τοίνυν ἐξ

quae provehatur humilitas carnis, et ad quae inclinetur altitudo deitatis: quid sit quod caro sine Verbo non agit, et quid sit quod Verbum sine carne non efficit. Sine Verbi enim potentia nec conciperet virgo nec pareret; et sine veritate carnis obvoluta pannis infantia non iaceret. Sine Verbi potentia non adorarent Magi puerum, stella indice declaratum; et sine veritate carnis non iuberetur in Aegyptum transferri puer, et ab Herodis persecutione subduci. Sine Verbi potentia non diceret vox patris missa de caelo, *hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*; et sine veritate carnis non protestaretur Ioannes, *ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Sine Verbi potentia non fieret redintegratio debilium, et vivificatio mortuorum; et sine veritate carnis nec cibus ieiuno, nec somnus esset necessarius fatigato. Postremo sine Verbi potentia non se Dominus patri profiteretur aequalem; et sine veritate carnis non idem diceret patrem se esse maiorem: cum catholica fides utrumque suscipiat, utrumque defendat, quae secundum confessionem beati apostoli Petri, unum Christum Dei vivi filium, et hominem credit et

ἐκείνης τῆς ἀρχῆς, ἀφ' ἧς ἐν τῇ γαστρὶ τῆς παρθένου ὁ λόγος γέγονε σάρξ, τοῦτ' ἔστι σάρκα ἔλαβεν, οὐδ' ἔτι οὖν ἦν διαιρέσεως μεταξὺ τῆς ἑκατέρας μορφῆς· καὶ δι' ἁπάσης αὐξήσεως σωματικῆς, ἑνὸς προσώπου αἱ τοῦ παντὸς χρόνου πράξεις γεγόνασιν· ὅμως αὐτὰ ταῦτα, ἅπερ ἀχωρίστως γεγένηται, κατ' οὐδεμίαν ἐπιμιξίαν συγχέομεν· ἀλλὰ ποίας εἴη μορφῆς, ἐκ τῆς τῶν ἔργων ποιότητος αἰσθανόμεθα.

κε. Ἀθανασίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας τοῦ ὁμολογητοῦ (1).

Ὅσαι τοίνυν ταπειναὶ λέξεις καὶ ἔργα, εἰς τὸ σῶμα τοῦ υἱοῦ γεγραμμένα νόει· ὅσα δὲ ἔνδοξα γράμματα, εἰς τὴν τοῦ λόγου θεότητα· ὅταν πεινᾷ μετὰ τὸ νηστεῦσαι, τοῦ σώματος ἐλάττωμα· ἡνίκα δὲ ἐκ πέντε ἄρτων τοὺς πεντάκις χιλίους ἄνδρας, χωρὶς παιδίων καὶ γυναικῶν τρέφει, καὶ δώδεκα κοφίνους πλήρεις κλασμάτων περισσεύει, τῆς θεότητος τοῦ λόγου τὸ ἔργον· ἡνίκα δὲ ἐπὶ τὸ προσκεφάλαιον ἐν τῷ πλοίῳ κοιμᾶται, ἀναπαύσεως σωματικῆς ἔργον· ὅταν περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἀπειλῇ τοῖς κύμασι καὶ τοῖς ἀνέμοις σιώπα πεφίμωσο, εὐθὺς ἀκούει παρὰ τῶν ἐν τῷ πλοίῳ μεθ' ὅρκων ὁμολογούντων, ἀληθῶς θεοῦ υἱὸς εἶ· ὅταν ἑστὼς πρὸς τῷ μνήματι Λα-

Verbum. Quamvis itaque ab illo initio, quo in utero virginis Verbum caro factum est, nihil umquam inter utramque formam divisionis extiterit, et per omnia incrementa corporea unius personae fuerint totius temporis actiones; ea ipsa tamen, quae inseparabiliter facta sunt, nulla permixtione confundimus; sed quid cuius formae sit, ex operum qualitate sentimus.

25. S. Athanasii episcopi alexandrini confessoris.

Cunctas igitur humiles dictiones de filii corpore scriptas existima: gloriosas autem dictiones ad Verbi divinitatem refer. Cum esurit post ieiunium, corporis est infirmitas: cum autem quinque panibus virorum quinque millia, absque pueris mulieribusque, saturat, et duodecim cophinos fragmentis implet, hoc a Verbi divinitate procedit. Cum in navi capite reclinato dormit, id corporalis requiei proprium est: cum autem ambulans supra mare fluctibus ventisque imperans ait, *sile obmutesce*, statim audit navis socios cum sacramento adfirmantes, *vere filius Dei es*. Cum sepulchro Lazari adstans lacrimatur;

(1) Sequentibus similia legebam etiam in spurio, ut dicitur, opere S. Athanasii de fide sua, quod extat latine in edit. Maurin. T. II. p. 628. Item paria habet Nicetas aquileiensis in opusculo *de ratione fidei* a me divulgato.

ζάρυ δακρύῃ, καὶ ὁπηνίκα πάσχειν ἔμελλε, λέγῃ περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου, καὶ ἀδημονῇ· καὶ τὸ μὲν πνεῦμα τῆς θεότητος πρόθυμον εἰς πᾶσαν οἰκονομίαν λέγῃ, τὴν δὲ σάρκα ἀσθενῆ, τοῦ σώματος ἀσθένεια, τὸ λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν· ὅταν κελευστικῶς λέγῃ, Λάζαρε δεῦρο ἔξω· καὶ ἀνέστη ζῶν ὁ νεκρὸς τετραήμερος ἤδη λελυμένος, ὃ οὐκ ἐγένετο ἀπ᾽ ἀρχῆς τῆς κτίσεως, τῆς θεότητος τὸ σημεῖον.

κϛ. Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἀπὸ τοῦ θ λόγου τοῦ περὶ τῆς ἐν πνεύματι λατρείας. Κεφ. ϛ. (1)

Οὐκοῦν οὐκ ἰσοστατήσει τῆς θεότητος ὑπεροχαῖς τὸ ἀνθρώπινον· πολλοῦ γε καὶ δεῖ· τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν ὡς καθ᾽ ἡμᾶς γεγονὼς καὶ νοούμενος· ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστί· καί τοι κατὰ φύσιν θεότητος ἰσομέτρως ἔχων, καὶ τῆς τοῦ τίκτοντος ὑπεροχῆς οὐχ ἡττώμενος.

κζ. Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου (2).

Ἢ γὰρ οὐχὶ γέγραπται περὶ αὐτοῦ, ὡς ὑφιζήσειεν ἄν, κατά γε τὸ

et eum passioni proximus dicit, *tristis est anima mea usque ad mortem atque taediat*; et divinitatis quidem spiritum ad omne opus incarnationis paratum ait, carnem autem infirmam; haec est videlicet corporis infirmitas, quae tristatur atque taediat; cum vero imperative dicit, *Lazare veni foras*, surgitque redivivus qui quatriduanus iam foetebat (cuiusmodi res ab orbe condito numquam acciderat), haec divinitatis demonstratio est.

26. S. Cyrilli ex libro septimo operis de adoratione in spiritu.

Non igitur aequare poterit divinitatis excellentiam humana natura; id enim fieri minime potest. Itaque, ut qui nostri similis factus esset, talisque intelligeretur, dicebat: *pater maior me est*: eum tamen idem ex natura divinitatis aequalis sit, et nihilo inferior excellentia genitoris.

27. S. Cyrilli.

Nonne de ipso scriptum est, inferiorem esse, quod ad humanitatem ad-

(1) Edit. cit. T. I. p. 317. D. (2) De Trinitate dialog. VI. T. V. part. I. p. 624. D.

ἀνθρώπινον καὶ τὴν ἀμείνω φύσιν, τουτέστι τὴν εὐαγγελικὴν, καὶ τῆς ἐκείνων εὐκλείας νοοῖτ' ἂν ἡττᾶσθαι βραχύ; ἀληθές· ἔφη γὰρ ὁ Παῦλος· τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον· εἶτα τί παθόντες εἰπέ μοι, καί τοι τὴν ἀμείνω φύσιν λαχόντες οἱ τὴν ἄνω στείβοντες πόλιν, καὶ ἀπλανῆ που πάντως καὶ ἀπαραλόγιστον τὴν ἐπὶ Θεῷ γνῶσιν πεπλουτηκότες, τὸν ἐν μείονι φύσει καὶ κατόπιν ἥκοντα τῆς ἐνούσης εὐκλείας αὐτοῖς, ἐποιοῦντο προσκυνητόν; φράσαις ἂν ὦ ἑταῖρε· καὶ μὴν καὶ τοῦτο γε ἔστιν ἤδη σόν· οὐκοῦν, εἴπερ ἐστὶν ὁ αὐτὸς ἐλάττων τε ἅμα, καὶ ἐν τοῖς ἀσυγκρίτως ὑπερκειμένοις, ἀπονεμοῦμεν εὐκρινῶς, τῇ μὲν ἀνθρωπότητι τὸ χωροῦν ἐπ' αὐτῇ πρεπόντως, τὸ ἔλαττον· παρὰ πολὺ γὰρ ἀγγέλων, ἀνθρώπου φύσις· τῇ δὲ ὑπὲρ πάντα θεότητι, τὸ ὑπερκεῖσθαι τε καὶ ὑπεραίρειν τὰ γενητὰ καὶ πάσης ἐπέκεινα λογικῆς οὐσίας καὶ παντὸς ὀνόματος διάττειν οὐσιωδῶς· εἰ δὲ δὴ καὶ δίχα σαρκὸς, καὶ οὔπω τοῖς καθ' ἡμᾶς οἷον συμπλακεὶς ὁ λόγος, τό γε ἐν ἐλάττοσι κεῖσθαι καὶ αὐτὸν ἀνεικότως ἀποφέροιτο τῶν ἀγγέλων, μείων μὲν ἔσται τῶν ἰδίων κτισμάτων· καὶ πρός γε τούτῳ προσκυνητής· οὐδὲν ἐπαμύνοντος ἢ ὑπερδικοῦντος ἔτι τοῦ παρ' ἡμῖν λόγου· εἰ δὲ δὴ ταυτὶ φάναι τε καὶ φρονεῖν δυσσεβές τε ἅμα καὶ σφαλερώτατον· μείων δὲ, ὅτι καὶ ἄνθρωπος· ἕψεταί που πάντως ἐκεῖνο νοεῖν· προσκυνητὴς γάρ ἐστι ὅτι καὶ ἄνθρωπος.

tinet, praestante angelorum natura; infraque horum gloriam paulo minoratum? Ita est. Dixit enim Paulus: *eum autem qui modico quam Angeli minoratus est, videmus Iesum, propter passionem mortis, gloria et honore coronatum.* At quid causae sit, cur licet praestantiorem naturam nacti supernae civitatis incolae, et certissima atque indubitata prorsus Dei cognitione praediti, illum qui natura inferior est, et ipsorum gloriae cedit, adorandum fecerint, expone quaeso. Equidem tuae iam sunt hae partes. Igitur, si est idem et inferior simul, et incomparabiliter excellens, facile tribuemus humanitati id quod inferius est, quod in eam congrue cadit (multum enim distat ab angelis natura hominis): deitati vero omnia superanti, supereminere et attolli supra res creatas, et ultra omnem rationalem substantiam et omne nomen quod nominatur, substantialiter excedere concedemus. Sin autem etiam absque carne, et nondum humanitati velut insertum Verbum, ipsis quoque angelis inferius esse censeatur, minus quidem erit ipsum suis creaturis, ac praeterea adorator; nec ei iam succurret aut patrocinabitur demum nostra defensio. Quod si haec dicere ac sentire impium est simul ac fallacissimum; minor autem est, quoniam et homo est; utique sequetur id esse cogitandum, scilicet adoratorem esse, quatenus homo est.

κη. Τοῦ αὐτοῦ (1).

Ἐπειδὴ δὴ καὶ τὴν ἀποστολικὴν κατεξανιστᾶσι ῥῆσιν, ὡς ἐπ' ἀνθρώπου κοινοῦ προενηνεγμένην, φέρε λέγωμεν ἑλόντες ἀπ' ἀρχῆς τῶν γεγραμμένων μέχρι καταλήξεως τῆς ἀποχρώσης τῷ λόγῳ· γέγραπται τοίνυν· τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον. Καὶ μετ' ὀλίγα. Ἰδοὺ γὰρ ἰδοὺ καὶ μάλα σαφῶς ἠλαττῶσθαι λέγων αὐτὸν παρὰ τοὺς ἀγγέλους διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, κατεστέφθαι γε μὴν δι' αὐτὸ τιμῇ τε καὶ δόξῃ, καθίστησιν ἐμφανῆ τὸν ἐφ' ᾧ ποιεῖται τοὺς λόγους· δῆλον δὲ ὅτι τὸν μονογενῆ· μετεσχηκέναι γάρ φησιν αὐτὸν αἵματος καὶ σαρκὸς παραπλησίως ἡμῖν.

κθ. Τοῦ Χρυσοστόμου (2).

Ἀλλὰ καὶ περιφέρων τὴν σάρκα, ἀφίησιν αὐτὴν τὰ τῆς φύσεως ἐλαττώματα ὑπομεῖναι, καὶ διψῆσαι, καὶ καθεσθῆναι, καὶ κοπιάσαι· τέλος δὲ καὶ ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἐρχόμενος, ἀφίησιν αὐτὴν τὰ τῆς σαρκὸς παθεῖν· διὰ τοῦτο καὶ

28. Eiusdem.

Quum autem apostolico dicto insultent, perinde ac si ad vulgarem aliquem hominem referretur, age totam sententiam ab initio repetamus, quatenus ad institutum sermonem pertinet. Scriptum itaque est: *eum autem qui modico quam angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis gloria et honore coronatum.* Et paulo infra. Ecce enim, et quidem apertissime quum dicat minoratum infra angelos propter passionem mortis, atque ob id coronatum esse gloria et honore, manifeste illum ostendit de quo verba facit, nimirum unigenitum: participem enim ait factum esse carnis et sanguinis perinde ac nos.

29. Chrysostomi.

Sed carne adsumpta, sinit eam naturae infirmitates perferre, videlicet et sitire, et requiescere, et laborare: denique ad crucem deveniens, sinit carnem quae sunt propria eiusdem perpeti. Proptereaque et sudoris rivi ex ea de-

(1) Dialog. quod unus est Christus T. V. part. I. p. 763. B.

(2) Sequentium apud Chrysostomum verborum sedem vestigandam per otium eruditis permitto.

κρουνοὶ ἱδρώτων κατεφέροντο ἐξ αὐτῆς· καὶ ἄγγελος ηὑρίσκετο αὐτὴν ἐνισχύων· καὶ λυπεῖται, καὶ ἀδημονεῖ· καὶ γὰρ πρὶν ἢ ταῦτα εἰπεῖν, φησὶν ἡ ψυχή μου τετάρακται· καὶ περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου.

λ. Τοῦ αὐτοῦ.

Ὁ δὲ Χριστὸς σῶμα καθαρὸν ἁμαρτημάτων εἶχεν, οὐ φυσικῶν ἀναγκῶν ἀπηλλαγμένον· ἐπεὶ, οὐδὲ σῶμα ἦν.

λα. Τοῦ ἁγίου Ἀμβροσίου (1).

Ὡς ἄνθρωπος οὖν ἐνδοιάζει, ὡς ἄνθρωπος ἐκταράττεται· οὐ ταράττεται γὰρ ἡ δύναμις οὐδὲ ἡ θεότης αὐτοῦ, ἀλλ' ἡ ψυχὴ ταράττεται καὶ σπαράττεται κατὰ τὴν τῆς ἀνθρωπίνης σαθρότητος πρόληψιν.

λβ. Τοῦ αὐτοῦ (2).

Ὁ οὖν ἴσος ἐν τῇ Θεοῦ μορφῇ, ἐλάσσων ἐν τῇ προσλήψει τῆς σαρ-

fluebant, et angelus apparuit illam confortans; et tristatur et maesta est. Nam et ante quam haec diceret, *anima*, inquit, *mea turbata est.* Item *tristis est anima mea usque ad mortem.*

Eiusdem.

30. Christo autem corpus erat peccatis purum, non tamen naturalibus necessitatibus alienum. Alioqui corpus non fuisset.

Sancti Ambrosii.

31. Ut homo ergo dubitat, ut homo turbatur. Non turbatur eius virtus, non turbatur eius divinitas; sed turbatur anima: turbatur secundum humanae fragilitatis adsumptionem.

Eiusdem.

32. Aequalis ergo in Dei forma, minor in susceptione carnis et hominis pas-

(1) Ex opere de fide lib. II. cap. VII. 56. (2) Lib. cit. cap. VIII. 70.

κὸς, καὶ τῷ πάθει τοῦ ἀνθρώπου· πῶς γὰρ ἠδύνατο ἡ αὐτὴ φύσις ἐλάττων εἶναι καὶ ἴση; πῶς δὲ ἐὰν ἐλάττων ἐστὶ, τὰ αὐτὰ ποιεῖ ὁμοίως ἅπερ ὁ πατὴρ ποιεῖ; καὶ γὰρ τίνα τρόπον ἡ αὐτὴ ἐνέργεια διαφόρου ἐστὶ δυνάμεως; μή τι οὕτως δύναται ἐνεργεῖν ὁ ἥττων, καθ' ὃν τρόπον ὁ μείζων; ἢ μία ἐνέργεια δύναται εἶναι, ὅπου διάφορος οὐσία ἐστί; τοίνυν λάβε τὸν Χριστὸν κατὰ τὴν θεότητα, μὴ δύνασθαι ἐλάττονα λέγεσθαι.

λγ. Τοῦ ἁγίου Ἀγάθωνος(1).

Καὶ ἐν ὅσῳ δείκνυσιν ὁ μέγας Ἀμβρόσιος, μὴ δύνασθαι διαφόρου δυνάμεως μίαν ἐνέργειαν ὑπάρχειν, μὴ δὲ τὴν ἐλάσσονα δύνασθαι ἐνεργεῖν τὰ τοῦ μείζονος, οὔτε ὅπου διάφορος οὐσία ἐστὶ, μίαν δύνασθαι νοεῖσθαι τὴν ἐνέργειαν, ἀποδείκνυσι φανεροῖς μηνύμασι, τὸ μὴ δύνασθαι μίαν φυσικὴν ἐνέργειαν ἔχειν τὴν θεότητα καὶ τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ Χριστοῦ· εἰ καὶ ἑνὸς προσώπου εἶναι γινωσκομένων, καὶ μετὰ τῆς ἀλλήλων κοινωνίας ἐνεργεῖν θεωροῦνται· ὅπου τοίνυν μείζων καὶ ἐλάττων ἐνέργεια λέγεται, οὐ περὶ μιᾶς, ἀλλὰ περὶ δύο φυσικῶν τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ ἐνεργειῶν φανεροῦται (2). — Καὶ ταῦτα μὲν εἶπεν ἐπικυροῦσα ἡ ἕκτη

sione. Nam quomodo eadem posset minor esse aequalisque natura? Quomodo autem si minor est, eadem similiter facit quae pater facit? Nam quemadmodum eadem operatio diversae esset potestatis? Numquid sic potest minor, quemadmodum maior operari? aut una operatio potest esse, ubi diversa substantia est? Itaque accipe Christum secundum divinitatem, minorem non posse dici.

Sancti Agathonis.

33. Et dum ostendit magnus Ambrosius, non posse diversae potestatis unam operationem existere, nec minorem posse operari quod magnam; nec ubi diversa substantia est, unam posse operationem intelligi, demonstrat manifestis indiciis, quod non possit unam naturalem operationem habere divinitas et humanitas Christi, licet unius personae esse noscantur, et alterum cum alterius communione operari cernantur. Ubi itaque maior et minor dicitur operatio, non de una sed de duabus naturalibus unius Christi operationibus intimatur. — Atque haec quidem sexta synodus decreto firmavit, quae videlicet sanctus Ambrosius scripserat. Quinta vero synodus tum huic sententiae tum reliquis sanctorum

(1) Ex concil. III. constantinop. ed. Coleti T. VII. p. 686. D.

(2) Hactenus extat textus apud citatum concilium.

σύνοδος τὰ περὶ τοῦ ἁγίου Ἀμβροσίου γραφέντα· ἡ δέ γε πέμπτη σύνοδος ταῦτα ἐξεφώνησε περὶ αὐτῆς καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων τῶν τότε συνελθόντων, ὅτι δεχόμεθα πάντα τὰ παρ' αὐτῶν περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως, εἰς κατάκρισιν τῶν αἱρετικῶν ἐκτεθέντα. Καὶ μετά τινα. Καὶ εἴ τις ἑαυτὸν τῆς ἐν αὐτοῖς κοινωνίας χωρίσει τὰ ἐναντία φρονῶν, ὁ τοιοῦτος ἑαυτὸν ἀλλοτριῶν καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ τοῖς αἱρετικοῖς συναριθμῶν, δικαίως ὑπὸ τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας κατακρίνεται καὶ ἀναθεματίζεται (1).

λδ. Ἀπὸ τῶν συνοδικῶν ὧν ἔπεμψεν ἐν Ῥώμῃ ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν Σωφρόνιος πατριάρχης Ἱεροσολύμων περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας τριάδος Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ κυρίου ἡμῶν.

Ἡμεῖς ἕνα Χριστὸν καὶ υἱὸν τὸν σαρκωθέντα λόγον πρεσβεύομεν· καὶ μίαν αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν λέγομεν σύνθετον· καὶ ἐν δυσὶν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν ταῖς φύσεσι θελήμασί τε καὶ ἐνεργείαις· καὶ δύο τὰς αὐτοῦ θεοῦ λόγου γεννήσεις πιστεύομεν· μίαν μὲν τὴν ἐκ θεοῦ καὶ πατρὸς, ἣν ἄχρονον καὶ ἀΐδιον οἴδαμεν· τὴν δευτέραν τὴν ἐκ τῆς θεοτόκου μητρὸς, ἣν καὶ πρόσφατον καὶ χρονικὴν ἐπιστάμεθα· καὶ τὰ τῶν φύσεων φάσκομεν σώζεσθαι ἴδια· τουτέστι δύο φυσικὰ θελήματα, καὶ δύο φυσι-

patrum congregatorum sic acclamaverat: recipimus cuncta, quae ab ipsis circa rectam fidem prolata sunt ad haereticorum condemnationem. Et paulo post. Et si quis ab horum consensu semet abstrahit, contraria sentiens, hic quoniam recta fide se abalienat haereticisque connumerat, merito a sancta Dei ecclesia damnatur atque anathemati subiicitur.

34. Ex synodicis quae Romam misit sanctus pater noster Sophronius patriarcha Hierosolymorum, de dominica incarnatione, et quod sit unus ex Trinitate Iesus Christus filius Dei et dominus noster.

Nos unum Christum et filium, incarnatum nempe Verbum, adserimus; et unicam eius subsistentiam compositam dicimus, et duas eius confitemur naturas, voluntates atque operationes. Duas quoque eiusdem Verbi Dei nativitates credimus, unam quidem ex Deo patre quam intemporalem et sempiternam scimus; ex Deipara matre alteram, quam et nuperam et temporalem cognoscimus. Et naturarum

(1) Ex concil. cit T. VII. p. 897—899.

κὰς ἐνεργείας· καὶ ὁμοούσιον ὡς θεὸν τῷ πατρὶ τὸν αὐτὸν ἀναγράφομεν· καὶ ὁμοούσιον τῇ μητρὶ καὶ ἡμῖν τὸν αὐτὸν ὡς ἄνθρωπον φάσκομεν· ὁρατὸν αὐτὸν καὶ ἀόρατον· κτιστὸν τὸν αὐτὸν ὡσαύτως καὶ ἄκτιστον· σῶμα τὸν αὐτὸν καὶ ἀσώματον· ἁπτὸν τὸν αὐτὸν καὶ ἀνέπαφον· περιγραπτὸν τὸν αὐτὸν καὶ ἀπερίγραπτον· ἐπίγειον τὸν αὐτὸν καὶ οὐράνιον· σάρκα τὸν αὐτὸν ἐψυχωμένην λογικῶς καὶ θεότητα· πρόσφατον τὸν αὐτὸν καὶ ἀΐδιον· ταπεινὸν τὸν αὐτὸν καὶ ὑπέρτατον· καὶ ὅσα διττῆς ἀμερίστως εὑρίσκεται φύσεως· καὶ τὰ μὲν ὑψηλὰ, ὑπῆρχεν ἀεὶ, ὡς φύσιν ἔχων ἀΐδιον· τὰ δὲ ταπεινὰ δι' ἡμᾶς ἐν χρόνῳ ἐσχάτῳ ἀτρέπτως ἐγένετο· ὡς φύσιν προσλαβὼν τὴν ἀνθρώπειον· καὶ ἔστιν ἓν καὶ δύο, ὁ αὐτὸς γνωριζόμενος· ἓν μὲν, κατὰ τὴν ὑπόστασιν καὶ τὸ πρόσωπον· δύο δὲ, κατὰ τὰς φύσεις αὐτὰς καὶ τὰς φυσικὰς αὐτῶν ἰδιότητας· λέγω δὲ θελήματος καὶ ἐνεργείας· ἐνεργούσης ἑκατέρας μορφῆς, μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας, ὅπερ ἴδιον ἔσχηκε· τοῦ μὲν λόγου κατεργαζομένου τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ τοῦ λόγου μετὰ τῆς κοινωνίας τοῦ σώματος· τοῦ δὲ σώματος ἐκτελοῦντος ἅπερ ἐστὶ τοῦ σώματος· κοινωνοῦντος αὐτῷ τοῦ λόγου, τῆς πράξεως· καὶ τὸ μὲν αὐτῶν, διαλάμπει τοῖς θαύμασι· τὸ δὲ, ταῖς ὕβρεσιν ὑποπέπτωκε.

proprietates servari dicimus, duas nempe physicas voluntates, et duas physicas operationes. Et quatenus Deus est, consubstantialem ipsum patri adfirmamus: matri autem nobisque consubstantialem, quatenus homo est, eundem pronunciamus; visibilem pariter et invisibilem, creatum et increatum, corporeum et incorporeum, contrectabilem et incontrectabilem, circumscriptum et incircumscriptum, terrenum et caelestem, carne cum rationali anima praeditum et simul divinitate, nuperum et sempiternum, humilem et excelsum, et quaecumque duplicis inseparabiliter reperiuntur naturae. Et sublimia quidem is semper habuit, utpote sempiterna natura praeditus; humilia vero propter nos extremis temporibus immutabiliter adscivit, propter adsumptam humanam naturam. Quare unus simul esse deprehenditur atque duo: unus quidem secundum subsistentiam atque personam, duo vero secundum ipsas naturas ac naturales earum proprietates, videlicet voluntatis et operationis. Utraque enim forma cum mutua communione operatur quod proprium sui est: ita ut Verbum operetur quod Verbi proprium est cum corporis communione; corpus autem quae sunt propria peragit, non sine Verbi cooperatione. Porro ex his unum prodigiis coruscat, alterum contumelias perpetitur.

λε. Τοῦ ἁγίου Βασιλείου εἰς τὸ, ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος(1).

Ἐνταῦθά μοι ἐπισκήπτουσιν οἱ αἱρετικοὶ καὶ φασίν· εἰ ἄμπελος μὲν ὁ σωτὴρ, κλήματα δὲ ἡμεῖς, γεωργὸς δὲ ὁ πατὴρ, τὰ δὲ κλήματα ὁμοφυῆ τῇ ἀμπέλῳ, ἡ δὲ ἄμπελος οὐχ ὁμοφυὴς τῷ γεωργῷ, ὁμοφυὴς ἄρα ἡμῖν ὁ υἱὸς, καὶ μέρος ἡμεῖς αὐτοῦ· οὐχ ὁμοφυὴς δὲ τῷ πατρὶ ὁ υἱὸς, ἀλλὰ κατὰ πάντα ἀλλότριος· πρὸς οὓς ἐροῦμεν· οὐ τῆς θεότητος αὐτοῦ, ἀλλὰ τῆς σαρκὸς εἴρηκεν ἡμᾶς ὁ Χριστὸς κλήματα· κατὰ τὸν εἰπόντα, ἡμεῖς γὰρ ἐσμὲν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ καὶ μέλη ἐκ μέρους· καὶ πάλιν, οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν, μέλη Χριστοῦ ἐστίν; οὐκ εἰς τὴν θεότητα οὖν τοῦ λόγου ἀλλ᾽ εἰς τὴν ἀνθρωπίνην αὐτοῦ παρουσίαν ἀναφέρω τὸ, ἐγὼ ἡ ἄμπελος· ἡμεῖς γὰρ κατὰ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου συγγενεῖς ἐσμέν· καὶ αὐτὸς διὰ τοῦτο εἶπεν, ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου· καὶ ὥσπερ ἐστὶ τὰ κλήματα ὁμοούσια τῆς ἀμπέλου καὶ ἐξ αὐτῆς, οὕτως καὶ ἡμεῖς ὁμογενῆ τὰ σώματα ἔχοντες τῷ σώματι τοῦ κυρίου, ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ λαμβάνομεν· κἀκεῖνο ῥίζαν ἔχομεν εἰς τὴν ἀνάστασιν καὶ τὴν σωτηρίαν· ὁ δὲ πατὴρ εἴρηται ὁ γεωργός· αὐτὸς γὰρ εἰργάσατο διὰ τοῦ λόγου τὴν ἄμπελον, ἥτις ἐστὶ τὸ ἀνθρώπινον τοῦ σωτῆρος· καὶ αὐτὸς δι᾽ αὐτοῦ τοῦ λόγου τὴν εἰς βασιλείαν ἡμῖν ὁδὸν ἡτοίμασεν.

35. S. Basilii in illud *ego sum vitis.*

Heic me invadunt haeretici, aiuntque: si vitis est Servator, nos palmites, agricola autem pater; rursus si palmites eiusdem naturae sunt, cuius vitis; vitis autem non est agricolae consubstantialis; filius quidem eiusdem est naturae cuius nos, sumusque nos ipsius pars: non autem filius eiusdem est naturae cuius pater, sed omnino alienus. Quibus respondebimus, vocatos nos esse non deitatis illius palmites, sed carnis; secundum eum qui dixit: *nos enim sumus corpus Christi et membra ex parte*. Et rursum: *nescitis quod corpora vestra, membra Christi sunt?* Non igitur ad Verbi divinitatem, sed ad humanum eius adventum verba refero *ego sum vitis*. Nos enim secundum corpus cognati sumus Domini. Et ipse propterea dixit, *nunciabo nomen tuum fratribus meis*. Et sicuti palmites consubstantiales sunt viti ex eaque procedunt, sic et nos homogenea corpora habentes corpori Christi, ex eius plenitudine accipimus; idque habemus veluti radicem resurrectionis atque salutis. Pater vero dicitur agricola: ipse enim per Verbum excoluit vitem, quae est ipsius Servatoris humanitas: ipse demum per idem Verbum viam nobis ad regnum munit.

(1) Adversus Eunomium lib. IV. ed. Garnerii T. I. p. 291.

λϛ. Τοῦ Χρυσοστόμου ὁμιλία κζ εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην ἅγιον εὐαγγέλιον (1).

Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν καὶ οὐ πιστεύετε, πῶς ἐὰν εἴπω ὑμῖν τὰ ἐπουράνια πιστεύσετε; καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ· υἱὸν δὲ ἀνθρώπου ἐνταῦθα, οὐ τὴν σάρκα ἐκάλεσεν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς ἐλάττονος οὐσίας, ὅλον ἑαυτὸν ἵν᾽ οὕτως εἴπω ὠνόμασε νῦν· καὶ γὰρ τοῦτο ἔθος αὐτῷ, πολλάκις μὲν ἀπὸ τῆς θεότητος, πολλάκις δὲ ἀπὸ τῆς ἀνθρωπότητος, τὸ πᾶν καλεῖν.

λζ. Ἐφ᾽ ἱκανὸν δὲ τῆς τῶν τοιούτων χρήσεων γινομένης κατεξετάσεως, καὶ πρότερον μὲν πολλάκις ὁ φιλοθεώτατος οὗτος ἡμῶν βασιλεὺς συνδιεσκοπεῖτο περὶ τοῦ πράγματος· ὅτε μέν τισι τούτων, ὅτε δ᾽ ἐκείνων, διομιλούμενος· ἔστι δ᾽ οὗ καὶ κοινῇ τῶν τινὰς περὶ τούτων διαφερομένων ἐπεκκαλούμενος, καὶ τῆς ὀρθοτομουμένης καὶ εὐσεβοῦς ἑρμηνείας ἀντιποιούμενος, ἣν ἐκ χειλέων προήνεγκεν αὐτίκα τοῖς λεγομένοις οὕτως ἐπιβαλὼν, ἐκ πρώτης τῆς τοῦ ζητήματος ἀκροάσεως· ὥστε ποτε καὶ τοιῷδε τῷ ἐπιχειρήματι χρήσασθαι· ἐπεὶ γάρ τισιν ἐδόκει κατὰ τὸ τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως πρόσωπον τὴν τοιαύτην φωνὴν ἐκλαμβάνεσθαι, τότε δὴ οὗτος ὁ θεόσοφος βασιλεὺς τῷ μεγάλῳ καὶ θεολογικωτάτῳ Ἀθανασίῳ προσεντυ-

36. Chrysostomi ex homilia XXVII. in sanctum Iohannis evangelium.

Si terrena dixi vobis, et non creditis; quomodo si dixero vobis caelestia, credetis? Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis qui est in caelo. Filium hominis hic non carnem vocavit, sed a minore substantia se totum, ut ita dicam, nominavit. Solet enim saepe a divinitate, saepe item ab humanitate se totum vocare.

37. Postquam satis hae patrum auctoritates perpensae fuerunt; in primis quidem ac saepenumero Deo dilectissimus noster rex hoc negotium cum ceteris expendebat, modo hos modo illos adloquens. Interdum vero et gregatim aliquot qui sententiis dissidebant convocans, rectam religiosamque interpretationem defendebat; quam ipse ore suo statim illis significabat, quia vix audito controversiae initio, sic rem ipse sibi persuaserat. Quare aliquando sic etiam argumentatus est. Quum enim nonnullis videretur ad generalem hominum naturam trahenda esse evangelici dicti interpretatio; Caesar superno lumine instructus in magni summique theologi Athanasii dialo-

(1) Edit. Montfauc. T. VIII. p. 153. 154.

χῶν διαλεγομένῳ πρὸς Ἄρειον, καὶ τοῦτον ἀνατρέπειν σπουδάζοντι, εἰς ἀνίσους φύσεις τὴν ὁμοούσιον ἁγίαν διαιροῦντα τριάδα, καὶ δευτερεύοντα τοῦ πατρὸς, τὸν μονογενῆ υἱὸν εἶναι λέγοντα, καὶ ταύτῃ δὴ τῇ φωνῇ πρὸς παράστασιν τῆς οἰκείας αἱρέσεως ἀποχρώμενον, τὰς ἐκείνου συλλαβὰς εἰς μέσον παρῆγε, πρὸς Ἄρειον λέγοντος (1). Τίς ὁ κεκοπιακώς; ἄνθρωπος ἢ Θεὸς λόγος; Ἄρειος εἶπεν, ἄνθρωπος. Ἀθανάσιος εἶπεν, οὐκοῦν σόν ἐστι τὸ νοῆσαι λοιπόν. Ἄρειος εἶπε, κατελαβόμην σου τὸν νοῦν ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ· ὅτι τοῦ Θεοῦ λόγου πανταχοῦ παρόντος, δῆλον ὅτι διὰ τὴν σάρκα εἶπεν, ὁ πατὴρ ὁ πέμψας μείζων μου ἐστὶ, τὴν βαδίζουσαν καὶ κοπιῶσαν καὶ ἀπὸ τόπου εἰς τόπον πορευομένην· ἀληθῶς ὀρθῶς ἔχει τοῦτο. Καὶ οὕτω μὴ κατὰ τὴν θείαν οὐσίαν ταῦτα παθεῖν τὸν Χριστὸν ἑρμηνεύοντος, ἀλλὰ καθ᾽ ἣν ἐφόρεσε σάρκα τοῖς φυσικοῖς καὶ ἀδιαβλήτοις ὑποκειμένην πάθεσι, καὶ τοῦτον δὴ τὸν Ἄρειον συνιέντα τῶν λεγομένων ἔχοντος, καὶ τὸ μείζονα λέγεσθαι τὸν πατέρα ὡς ἀνθρώπου τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ συντιθέμενον· κἀντεῦθεν ἀναμφιλέκτως καὶ ἰσχυρῶς ἐπεπέραινε, μὴ κατὰ τὴν κοινὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων, λέγειν τὸν μέγαν Ἀθανάσιον εἰρῆσθαι παρὰ τοῦ Χριστοῦ τὸν πατέρα μείζονα· πῶς γὰρ ἂν καὶ ὁ ἀντικαθιστάμενος Ἄρειος τὸ περὶ ταῦτα τὶ τυγχάνων δεινῶν, καὶ ἀκριβολογεῖν εἰδὼς τὰ λεγόμενα, τὸν μέγαν τοῦτον ἄνδρα ἐδέξατο περὶ ἑτέρου

gum cum Ario habitum incidit, ob illum coarguendum qui sanctam consubstantialemque trinitatem in naturas impares dividebat, inferioremque patri unigenitum filium dicebat, atque hoc ipso evangelico dicto ad suae haereseos propugnationem abutebatur. Athanasii ergo ipsa verba Caesar in medium attulit, adversus Arium disputantis. " Quis fatigatus est, homo ne
" an Deus Verbum? Arius dixit, homo. Athanasius dixit: tuum igitur iam
" est intelligere. Arius, inquit: percipio quid tuo hoc responso intelligas;
" nempe, cum Deus Verbum ubique adsit, palam esse ipsum propter car-
" nem dixisse, *pater meus, qui misit me, maior me est.* Haec enim gra-
" diebatur et fatigabatur, et a loco in locum migrabat. Certe id recte se habet ". Atque ita Athanasius interpretabatur, non secundum divinam substantiam haec Christum passum fuisse, sed secundum quam induerat carnem naturalibus sine peccato obnoxiam passionibus. Habuitque in his consentientem Arium, concedentemque maiorem dici patrem Christo quatenus homo est. Atque hinc valide invicteque concludebat Caesar, nequaquam ad generalem hominum naturam retulisse magnum Athanasium Christi dictum pater maior est. Qui enim fieri poterat, ut adversarius Arius in his rebus acutissimus, et in sermonibus ventilandis sollertissimus, pateretur magnum hunc virum de a-

(1) Recole p. 8.

ἀτόμως διαλεγόμενον, κἀκείνου λέγοντα τὸν πατέρα μείζονα, ὁ περὶ Χριστοῦ συζητῶν; καὶ τούτου ὡς μονογενοῦς υἱοῦ κατὰ τὴν φύσιν λέγων εἶναι τὸν πατέρα μείζονα; ταυτὸν γὰρ ἂν ἦν τοῖς κατὰ τὴν παροιμίαν ἄμας μὲν ἐκζητοῦσιν, ἀπαρνουμένας δὲ τὰς σκάφας μανθάνουσι (1), καὶ μὴ πρὸς τὴν ἀπόκρισιν δυσχεραίνουσιν· οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ ἄλλως οἱ τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου τῷ Ἀρείῳ τούτῳ τῷ ἐπωνύμως κατὰ τοῦ μονογενοῦς λόγου μανίαν ἐναπεκρούσαντο· τῇ τούτου ὑποστάσει κατὰ τὴν θείαν οὐσίαν προσάπτοντος τὴν τοῦ ἔκτισέ με φωνήν· καὶ τὴν τοῦ, πιστὸν τῷ ποιήσαντι αὐτόν· καὶ τὴν τοῦ, τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν· εἰ μὴ τὰς τοιαύτας φωνὰς τῷ τοῦ Χριστοῦ ἀνθρωπίνῳ ἀπένειμαν· περὶ γὰρ τῆς θείας φύσεως, τὸ, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος παρήγαγον· καὶ τὸ, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ ὅσα τούτοις παρόμοια.

λη. Ἐπὶ δὲ τῷ τοιούτῳ ἀρίστῳ καὶ ἀποδεικτικῷ τοῦ λόγου ἐπιχειρήματι, καὶ ταύτην ὁ θειότατος ἐπῆξε βασιλεὺς τὴν ἐπὶ τοῖς προκειμένοις συγκρότησιν· καταλεπτύνων οἷον καὶ ἰσχνολογῶν τὰς τῶν ἁγίων φωνὰς ὅπως κατὰ καιρὸν ὡς ἔδει παρελαμβάνοντο· ὅτι γὰρ ἔφασκεν εὑρίσκονταί τινες τῶν τῆς ἐκκλησίας ὑπερμάχων πατέρων, τὴν τοιαύτην φωνὴν κατὰ τὸ αἴτιον τῆς ἀνωτάτω γεννήσεως ἐξηγούμενοι, τότε δὴ περὶ τῆς τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ ὑποστάσεως θεολογοῦντες τοῦτο διδάσκουσι, τοὺς ἑτεροδοξοῦντας ἐπιστομίζοντες, διαφορὰν ἐπὶ τῆς

ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ· καὶ εἰς αἰῶνα ἑτοιμάσαι τὸ σπέρμα αὐτοῦ· καὶ πληρῶσαι πάντα τὰ τοῦ αὐτοῦ καρδίας αἰτήματα· καὶ πάντα τὰ ἔθνη δουλεύσουσιν αὐτῷ· καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ ὑπεραρθείη ὑπὲρ τὸν Λίβανον· καὶ τέλος τῆς βασιλικῆς προσωνυμίας τούτῳ μὴ γένοιτο· ἐκ τοῦ ἐπιγείου ταύτης μετὰ μακροὺς ἡλίου κύκλους, ἐπὶ τὴν ἐν οὐρανοῖς ἀκατάλυτον βασιλείαν μεταχωρήσαντι.

ΤΕΛΟΣ.

ε. *Sequuntur subscriptiones autographae.*

Ὁ ταπεινὸς μοναχὸς Λουκᾶς καὶ ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης.

Ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος τῆς μητροπόλεως Καισαρείας Καππαδοκίας Στέφανος.

Ὁ τῆς ἁγιωτάτης μητροπόλεως Ἐφέσου ἀρχιεπίσκοπος ταπεινὸς Νεῖλος.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Ἡρακλείας Μιχαήλ.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Κυζίκου Βασίλειος.

Ο εὐτελὴς μητροπολίτης Νικομηδείας Μιχαήλ.

eius sicut dies caeli, atque in sempiternum praeparet semen eius, omnesque cordis eius petitiones compleat; cunctae gentes serviant ei; et eiusdem fructus supra Libanum exaltetur, et rex numquam appellari desinat: donec ex hoc terrestri, post longos solis anfractus, ad caeleste immortale regnum commigret.

FINIS.

5. *Subscriptiones autographae.*

Humilis monachus Lucas miseratione Dei archiepiscopus Constantinopoleos nova Romae.

Humilis archiepiscopus metropoleos Caesareae Cappadociae Stephanus.

Sanctissimae metropoleos Ephesi archiepiscopus humilis Nilus.

Humilis metropolita Heracleae Michaël.

Humilis metropolita Cyzici Basilius.

Humilis metropolita Nicomediae Michaël.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Νικαίας Γεώργιος.
Ὁ μητροπολίτης Ἀμασείας Λέων. (1)
Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Γαγγρῶν Ἰωάννης.
Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Κλαυδιουπόλεως Ἰωάννης.
Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Μωκησοῦ Λουκᾶς.
Ὁ ἀρχιεπίσκοπος τῆς μητροπόλεως Κρήτης Ἰωάννης.
Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Πατρῶν Θέων.
Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Φιλίππων Ἐπιφάνιος. (2)
Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Ἱεραπόλεως Γεώργιος.
Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Δυῤῥαχίου Μιχαήλ.
Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Αἴνου Ἰωάννης.
Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Ἀπαμείας Ἰσαάκιος.
Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Ναζιανζοῦ εἰ καὶ ἀνάξιος Νικηφόρος.
Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Ἀβύδου Μιχαήλ.
Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Μεθύμνης Νικόλαος.
Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Λακεδαιμονίας Νικήτας.

Humilis metropolita Nicaeae Georgius.
Humilis metropolita Amaseae Leo.
Humilis metropolita Gangrorum Iohannes.
Humilis metropolita Claudiopoleos Iohannes.
Humilis metropolita Mocesi Lucas.
Archiepiscopus metropoleos Cretae Iohannes.
Humilis metropolita Patrarum Theon.
Humilis metropolita Philipporum Epiphanius.
Humilis metropolita Hierapoleos Georgius.
Humilis metropolita Dyrrachii Michaël.
Humilis metropolita Aeni Iohannes.
Humilis metropolita Apameae Isaacius.
Humilis metropolita Nazianzi, quamquam indignus, Nicephorus.
Humilis metropolita Abydi Michaël.
Humilis metropolita Methymnae Nicolaus.
Humilis metropolita Lacedaemoniae Nicetas.

(1) Atqui in praecedentibus, Amaseae metropolita dicitur *Nicetas*; et sic alia quoque in his autographis subscriptionibus nonnulla nomina a suprascriptis differunt. Videtur igitur concilii amanuensis mendose interdum scripsisse; neque enim ipsi episcopi nomina propria ignorabant; neque tam brevi synodi intervallo mutatos episcopos reor.

(2) Retro *Iohannes*.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Μιλήτου Νικήτας.
Ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος Παρίου Νικόλαος.
Ὁ ταπεινὸς ἀρχιεπίσκοπος Προικοννήσου Ἰσαάκιος.
Ὁ ταπεινὸς ἀρχιεπίσκοπος Σηλυβρίας Θεόδουλος.
Ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος Κίου Μιχαήλ.
Ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος Ἄπ. . . . (1)
Ὁ ταπεινὸς ἀρχιεπίσκοπος Κυψέλλων Ἰωάννης.
Ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος Βρύσεως Κωνσταντῖνος.
Ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος Γοτθίας Κωνσταντῖνος. (2)

Reliquae subscriptiones desunt propter extrema folia e codice abscissa.

Humilis metropolita Mileti Nicetas.
Humilis archiepiscopus Parii Nicolaus.
Humilis archiepiscopus Proeconnesi Isaacius.
Humilis archiepiscopus Selybriae Theodulus.
Humilis archiepiscopus Cii Michaël.
Humilis archiepiscopus . . . .
Humilis archiepiscopus Cypsellorum Iohannes.
Humilis archiepiscopus Bryseos Constantinus.
Humilis archiepiscopus Gothiae Constantinus.

(1) Urbis huius episcopique nomina ex tachygraphica nota informi ac perdifficili explicare nequeo. Legebam tamen Ἄπ. . . cum leni spiritu accentuque in prima syllaba acuto. Ceteroquin lectores habent a me excusam aere scripturam, in qua suam quisque peritiam experiri poterit.

(2) Retro in codice nostro est *Iohannes.* Sed tamen *Constantinus* Gothiae episcopus sub Manuele Comneno occurrit etiam apud Allatium de consens. p. 685.

CODICES ARABICI

VEL A CHRISTIANIS SCRIPTI VEL AD RELIGIONEM CHRISTIANAM SPECTANTES.

CODEX I.

Codex antiquus, in folio bombycinus, foliis constaus 300, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim quoque primus; quo continetur.

Liber legis, sive *pentateuchus Mosis*, e syriaco textu ad versionem τῶν LXX. interpretum conlato, in arabicam linguam ab *Hareth filio Senan*, cognomento *Ben-Sabbath*, conversus. Praeit eiusdem interpretis praefatio generalis luculentissima; ubi agitur de plerisque sacrorum bibliorum tam syriacis et arabicis, quam graecis et copticis versionibus, earumque varietatibus et discrepantiis: nec non de origine, et causis variarum lectionum, quae in iisdem versionibus obviae sunt; de notis marginalibus; de Hebraeorum *massora*, et *keri uchetiv* sive criticis observationibus de Origenis hexaplis et octaplis; de obelis, asteriscis, aliisque eiusmodi notis; de ratione, cur nomen יהוה Graeci ΠΙΠΙ ubique scripserint. Subiiciuntur praeterea multa alia scitu notatuque dignissima; de quibus consule Eduardum Pocokium in historia Aristeae de LXX. interpretibus, Oxoniae anno 1692. impressa, ad cuius calcem fragmentum laudatae praefationis, latine conversum, reperies. Incipit ea generalis praefatio fol. 1. a tergo hisce verbis: *in nomine Dei misericordis, clementis, et a quo opem imploro. Laus Deo sapienti, scienti, primo, antiquo* etc. Ab huiusmodi formula opera sua et preces Mahometani arabes, turcae, et persae auspicari solent. Consequuntur quinque libri Mosis; praemissis in singulos quibusdam praefatiunculis, una cum summa, sive argumentis capitum, quibus iidem sacri libri absolvuntur, hocce ordine.

1. Praefatiuncula in genesim, incipit fol. 11. *In nomine patris, et filii, et spiritus sancti unius Dei. Incipimus ope domini et Dei nostri a libro legis. Et primo quidem nobis disserendum est* etc. Similem epigraphen scriptorum suorum exordiis Christiani arabes plerique praefigere consueverunt. 2. Summa sectionum, seu capitum libri geneseos, fol. 18. a terg. 3. *Liber geneseos*, constans sectionibus quinque et viginti, incipit fol. 28. 4. Praefatiuncula in exodum, fol. 101. 5. Summa sectionum libri exodi, fol. 102. a terg. 6. *Liber exodi*, in sectiones decem distributus, incipit fol. 107. 7. Praefatiuncula in leviticum, fol. 163. a terg. 8. *Liber levitici*, sectionibus trede-

cim absolutus, incipit fol. 168. 9. Summa sectionum libri numerorum, quae duae et viginti recensentur, fol. 203. a tergo. 10. *Liber numerorum*, incipit fol. 208. 11. Summa sectionum deuteronomii, quae sunt numero tres et viginti, fol. 257. 12. *Liber deuteronomii*, incipit fol. 260. Porro duo *Harethi arabes* inter sacrorum librorum interpretes memorantur: alter recentior, ex mahometano christianus, acta apostolorum, et capita quaedam evangeliorum ss. Matthaei et Iohannis arabice e syriaco reddidit: alter vero antiquissimus, syriacam bibliorum versionem, ex graeca τῶν LXX. interpretum concinnatam, arabici iuris fecit; ex qua soli, quod sciamus, supersunt libri quinque Mosis, quos prae manibus habemus, et Salomonis libri, sapientia, proverbia, ecclesiastes, canticum canticorum, et ecclesiasticus; qui in bibliotheca medicea Florentiae adservantur. Vide eiusdem bibliothecae codicum orientalium mss. catalogum anno 1742. a nobis editum, cod. XVIII. pag. 61. videsis etiam cl. V. Lelongium bibl. sac. tom. I. a pag. 111. ubi de arabicis cum veteris tum novi testamenti versionibus, eorumque auctoribus, et variis exemplaribus, quae in bibliothecis europaeis prostant, eruditissime disserit.

Hic codex descriptus est anno Christi 1329. ut haec ostendunt librarii verba, quae fol. 300. a tergo leguntur. *Explicit liber deuteronomii, qui est liber quintus legis, secundum quod interpretatus est et vertit ex lingua syriaca in arabicam Hareth filius Senan, et Deo gloria in aeternum. Completa autem fuit descriptio huiusce sacri codicis feria sexta, die* 1. *mensis baonae* (iunii) *anno millesimo quadragesimo quinto sanctorum martyrum: Deus elargiatur nobis benedictiones eorum, amen. Curante Domino seniore*, *rectore praestante* etc. *Andrea filio senioris principis Saidaddaulae*, *ex civitate Cus*, *a Deo custodita*; *cuius animae requiem donet Deus* etc. Haec est aera vulgaris aegyptiorum Christianorum, cuius initium ab anno Christi 284. ducunt; quemadmodum in adnotationibus nostris ad codicem II. copticum monebimus.

II.

Codex in fol. bombycinus, foliorum 268, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codd. orientales Petri a Valle patricii romani, a Clemente XI. Pontifice maximo vaticanae bibliothecae addictos, olim undecimus; ubi continentur..

Quinque libri legis; sive *pentateuchus Mosis*, versionis aegyptiacae seu alexandrinae, quae ex graeca τῶν LXX. interpretum editione concinnata est. Videlicet 1. *Liber geneseos*, *qui est primus legis*, in sectiones quadraginta septem distributus, incipit fol. 1. 2. *Liber secundus legis*, *qui est exodus*, constans sectionibus viginti sex, incipit fol. 77. a terg. 3. *Liber levitici*,

tertius legis, sectionibus quindecim absolutus, incipit fol. 133. a terg. Desinit fol. 169. a terg. in hanc librarii adnotationem: *explicit liber tertius sanctae legis*, *laus Deo* etc. Consequitur *oratio dominica*, cum quibusdam adagiis moralibus; quae tamen recentius addita videntur. 4. *Liber numeri*, *quartus legis*, in sectiones triginta quinque divisus, incipit fol. 170. a terg. Desinit fol. 223. a terg. in haec librarii verba: *explicit liber quartus sanctae legis: et donatori intellectûs laus et gratiarum actio: estque liber numeri filiorum Israelis.* 5. *Liber verborum*, seu *deuteronomii*, *quintus legis*, complectens sectiones octodecim, incipit fol. 224. a tergo. Desinit fol. 266. a terg. in hanc epigraphen: *absoluti sunt quinque libri legis*, *qui integras sectiones centum ac triginta duas in universum continent.* Is codex ad decimum quartum seculum videtur referendus.

III.

Codex in fol. chartacens, foliis constans 50, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos vaticanos, olim sextus; quo continentur.

1. *Esdrae scribae testamenti veteris liber primus*; in quo nonnisi visiones et revelationes futiles de civitate Hierusalem et Salomonis templo instaurandis exhibentur; atque idcirco adulterinus; et quintus liber potius dicendus, seu verius apocalypsis Esdrae supposita, quam Ioh. Albertus Fabricius in cod. pseudepigrapho veteris testamenti cap. 236. commemorat; nec enim cum duobus genuinis Esdrae libris vulgatis, nec cum duobus aliis eidem adscriptis, qui inter apocryphos recensentur, concordat. Initium fol. 1: *anno trigesimo a destructione civitatis Hierusalem*, *quum essem ego Esdras* etc. 2. *Esdrae prophetae liber revelationis de aedificatione sanctuarii*, seu civitatis Hierusalem et templi Salomonis. Falsa inscriptio, priori libro, quem modo supra recensuimus, praefigenda. Heic enim genuini Esdrae libri, primus et secundus, ad vulgatam sacrorum bibliorum editionem adcommodati, proferuntur; diversa tamen a superiore manu descripti. Liber 1. incipit fol. 30; alter vero fol. 36. 3. *Liber Tobith*, seu *Tobiae*, *ex hebraica* (immo chaldaica) *lingua in latinam a S. Hieronymo doctore conversus*, *et Chromatio atque Heliodoro episcopis inscriptus*; inde vero ab anonymo interprete arabici iuris factus. Concordat fere adamussim cum arabica eiusdem libri Tobiae interpretatione, quae in bibliis polyglottis prodiit. Initium fol. 42. a terg. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur descriptus.

IV.

Codex in 4. chartaceus, foliorum 121, arabico sermone et charactere

longe elegantissimo exaratus, inter codices arabicos a Clemente Caracciolo neophyto, ad usum bibliothecae vaticanae iussu Clementis XI. Pont. max. exscriptos, olim decimus. Ibi continentur.

1. *Liber psalmorum davidicorum e graeca lingua in arabicam conversus ab Abdalla* (seu Theodulo) *Al-Phadeli filio*, *antiocheno* (melchita) *diacono*, qui circa medium undecimum Christi saeculum in Syria elaruit. Praeit, eiusdem interpretis *praefatio* de auctore psalmorum, eorumque usu atque utilitate, nec non de occasione arabicae illorum versionis; cuius initium fol. 1. a terg. *Laus Deo*, *qui prophetare fecit sanctos prophetas*; *et elegit apostolos*, *eosque misit in mundum* etc. Liber autem psalmorum, qui (uti in epigraphe eisdem praefixa legitur) *sunt numero centum et quinquaginta*, *omnes iuxta ritum ecclesiae orthodoxae* (Melchitarum nempe) *dispositi*. Incipit fol. 4. Accedit *psalmus a Davide propheta dictus*, *quum Goliathum gigantem superavit atque interfecit*, qui vulgo psalmus extra numerum nuncupatur. 2. *Canticum primum Mosis prophetae*, *ex libro exodi. Canticum secundum Mosis prophetae ex deuteronomio*; initium fol. 94. a terg. *Canticum tertium Annae matris Samuelis prophetae. Canticum quartum Habacuc prophetae. Canticum quintum Isaiae prophetae. Canticum sextum Ionae prophetae. Canticum septimum trium puerorum*, *quum essent in fornace. Canticum octavum*, *item trium puerorum*; initium fol. 100. *Canticum nonum dominae nostrae* (B. V. Mariae) init. fol. 100. a terg. *Canticum decimum Zachariae* patris Iohannis Baptistae, init. fol. 101. Plura huiusce psalterii arabici exemplaria in bibliothecis europaeis manuscripta occurrunt; idemque prodiit Patavii anno 1709. typis seminarii; tum Alepi anno 1706. sumtibus Athanasii graecorum Melchitarum patriarchae antiocheni; et non ita pridem in Kesroano montis Libani, excudente Abdalla Zacheri filio alepensi diacono, qui arabicam typographiam omnium praestantissimam marte suo excogitavit, qua monachi basiliani congregationis S. Iohannis Baptistae de Soairo in praesentia utuntur.

Is vero codex scriptus est anno Christi 1711. ut haec docet epigraphe, quae fol. 101. ad calcem legitur. " Accidit complementum exscriptionis huiusce psalterii illustris et utilis, feria sexta, die vigesimo mensis, qui syriace scebat, francice „ (*seu latine*) februarius, anno Christi millesimo septingentesimo undecimo; per „ manum pauperis, humilis, fatentis impotentiam et parvitatem suam, minimi servorum in potentia, et maximi eorum in delictis et improbitate; qui pro indulgentia et remissione peccatorum suorum postulat a Deo magnam misericordiam per „ intercessionem dominae nostrae Mariae virginis, eiusque Filii; Clementis Caraccioli, neophyti christiani, et apostolicae catholicae romanae ecclesiae adseclae, „ postquam quadraginta aetatis annos in mahometica superstitione transegit; patria Saidensis (*nempe ex Aegypto superiore*) religione catholici. Parcat ei

„ Deus, et magistris ipsius, atque illis qui hunc librum viderint, et qui „ eidem librario veniam atque indulgentiam adprecati fuerint. Descriptum est „ hocce psalterium in magna urbe Roma, sub paternitate Patris, felicis, bea„ ti; sanctificet Deus nomen eius; Clementis Papae undecimi, Albani; cuius „ vitae spatium Deus perennet in iustitia et concordia. Amen. „ In fronte autem codicis haec ab eodem librario italice adnotata legas. *Io Clemente Caraccioli, che fui fra gli errori papasso de' Turchi, fatto poscia per la Dio grazia cristiano, scrissi in questo libro i salmi di Davide in lingua arabica, l'anno di N. S. MDCCXI, reggendo la chiesa del N. R. il sommo Pontefice vicario di Christo in terra Clemente XI.*

V.

Codex in 8. bombycinus, constans foliis 130. partim arabicis, partim hebraicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim secundus; quo continentur.

Psalmi Davidis prophetae, centum et quinquaginta, charactere cufico seu arabico africano antiquo descripti, una cum textu hebraico inter lineas, litteris tamen rabbinico-hispanicis; nec non cum argumentis psalmorum, quae rubro colore distincta, psalmis singulis praefiguntur; initium fol. 10. Praeit praefatio generalis in psalmos, fortasse ab huius singularis versionis auctore, qui etsi christiane rem tractat (laudat enim passim divum Paulum apostolum, et ss. Patres Augustinum, ac Hieronymum) Mahometanorum tamen utitur vocabulis, et loquendi modis: quod Christiani arabes maximopere exsecrantur. Init. fol. 1. *In nomine Dei misericordis, clementis. Hoc principium est libri psalmorum, quos David propheta edidit* etc. Is codex ad duodecimum Christi seculum videtur haud immerito referendus.

VI.

Codex in 8. bombycinus, foliorum 164, arabicis litteris et sermone non ineleganter descriptus, inter codd. arabicos vaticanos olim quartus; quo continetur.

Liber psalmorum Davidis, ex versione Aegyptiorum seu alexandrina; adpositis ad calcem psalmo extra numerum, oratione dominica, et symbolo nicaeno; initium fol. 2. a tergo. Praeit monitum ex *ss. Iohanne Chrysostomo et Gregorio theologo* depromptum; ubi de modo ac ritu orandi atque psallendi agitur; initium fol. 1. Is codex scriptus est anno Christi 1562. ut haec ostendunt librarii verba, quae fol. 164. ad calcem leguntur. " Expli„ cit id: et Deo gloria semper in aeternum. Amen. Et quidem absolutus fuit

„ hic liber, qui est liber centum quinquaginta psalmorum, felici inter pro-
„ phetas Davidi adtributus, feria secunda benedicta, die quinto mensis bar-
„ mahath (*aprilis*) anno millesimo ducentesimo septuagesimo octavo sanctorum martyrum etc.

VII.

Codex in 8. bombycinus, foliis constans 152, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos vaticanos, olim quintus, ubi continetur.

Liber psalmorum Davidis prophetae, ex versione aegyptiaca; praemissa rubrica de modo psallendi iuxta ritum ecclesiae alexandrinae Coptitarum; una cum indice psalmorum, qui singulis hebdomadae diebus ad matutinum, ad tertiam, sextam, nonam, ad vesperas, ad cubitum, et ad mediam noctem recitari debent, adiectoque ad calcem psalmo extra numerum *parvus eram*, qui in codice *centesimus quinquagesimus primus psalmus* inscribitur; initium fol. 9. a tergo. Rubricae praeponitur haec epigraphe. *In nomine Dei benigni misericordis. Incipimus, ope Dei ac bonitate providentiae ipsius, describere indicem codicis psalmorum Davidi aliisque adscriptorum: benedictio eius nobiscum sit, amen. Psalmi in universum sunt numero centum quinquaginta et unus, ex quibus octoginta novem Davidi regi et prophetae tributi; Core prophetae undecim; Asaph duodecim; Zachariae prophetae duo; Aggaeo et Zachariae quatuor; Salomoni unus; Nathan unus; Mosi prophetae unus; reliqui triginta psalmi nemini adscripti.* Is codex, quem non immerito ad decimum quartum Christi seculum referas, pertinuit olim ad *Mosen archiepiscopum Syrum*, tum vero ad bibliothecam collegii neophytorum et transmarinorum de Urbe; quemadmodum in eiusdem fronte adnotatur.

VIII.

Codex in 8. bombycinus, foliorum 94. partim arabicis, partim latinis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus octogesimus secundus. Ibi continentur.

1. *Psalmi* CL. *Davidis prophetae*, duabus columnis dispositi, quarum prima textum arabicum exhibet, ad graecam τῶν LXX. interpretum editionem adcommodatum; altera versionem latinam; praefixis ad singulos psalmos propriis argumentis, quae cum excusis in sacris bibliis vulgatae editionis adamussim concordant: scriptore atque interprete *Athanasio Kircherio societatis Iesu presbytero*, qui codicem hunc Christinae Svecorum reginae inscripsit, hisce verbis, quae fol. 4. a tergo leguntur: *serenissimae Christinae reginae Sve-*

corum etc. Hoc psalterium arabico-latinum, unicum suae erga regiam maiestatem devotionis τεκμήριον, *offert humiliter Athanasius Kircherius eiusdem scriptor et interpres.* Initium fol. 5. *psalmus primus. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum* etc. Praeter psalmos centum et quinquaginta, ab eodem Kircherio arabice et latine in hoc codice descripta occurrunt quae sequuntur. 2. Oratio dominica, init. fol. 1. *In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, Dei unius, amen. Pater noster qui es in caelis.* 3. *Encomium in dominam Mariam*, init. ibidem; caret interpretatione latina. 4. *Symbolum magnum fidei orthodoxae*, init. ibidem. *Credimus in unum Deum patrem omnipotentem.* 5. Canticum dominae nostrae B. V. Mariae, init. fol. 2. *Magnificat anima mea Dominum, et exultat spiritus meus in Deo.* 6. *Canticum decimum Zachariae patris Iohannis*, init. ibidem. *Benedictus Dominus Deus Israel.* 7. Caput I. evangelii S. Iohannis, init. fol. 3. *In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum.* 8. *Canticum primum Mosis prophetae*, absque versione latina; initium fol. 91. Consequuntur a fol. 91. a terg. usque ad finem, variae adnotatiunculae latinae atque italicae de altari, ac hierosolymitano templo, ex veteri et novo testamento decerptae, eademque, qua totus codex, Kircherii scilicet, manu exaratae.

IX.

Codex bombycinus in 8. constans foliis 99. arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim quinquagesimus quartus; quo continentur.

1. *Cantica* veteris ac novi testamenti: videlicet. I. *Canticum primum Mosis prophetae*, initium fol. 1. II. *Canticum secundum Mosis prophetae*, initium fol. 4. III. *Canticum primum Isaiae prophetae*, initium fol. 12. IV. *Canticum secundum Isaiae prophetae*, initium fol. 13. V. *Canticum Danielis prophetae*, initium fol 14. VI. *Canticum Deiparae virginis*, initium fol. 15. VII. *Canticum sanctorum trium puerorum*, cui adiuncta est historia eorundem ex Daniele, quam mox infra repetitam invenies; initium fol. 16. 2. Fragmentum tractatus anonymi de adventu Christi domini, et de sanctissima Trinitate, principio et fine mancum; init. fol. 24. 3. *Prophetia Danielis prophetae*; ubi tamen nonnisi historia Susannae describitur: init. fol. 25. a terg. *anno secundo regni Ioachim regis Iudae*. Vulgata habet *anno tertio*. 4. *Commentarius de rebus gestis ss. PP. nostrorum episcoporum cccxviii. qui adversus Arium congregati sunt, eumque damnaverunt.* Est brevis historia concilii nicaeni primi; ubi et nomina nonnullorum episcoporum, qui eidem interfuere, eorumque sedium exhibentur. Auctoris nomen latet; eum tamen Coptitam fuisse, liquet ex ipsiusmet verbis, quae circa medium leguntur.

Ibi enim refellit Coptitas, quos gentiles suos vocat; uti et quosdam alios scriptores orientales, qui adserunt, ad illud magnum ac celeberrimum concilium confluxisse bis mille et quadraginta octo episcopos, ex quibus deinde nonnisi cccxviii. selectos; init. fol. 93. 5. *Historia sanctorum trium puerorum*, *ex libro Danielis prophetae*; init. fol. 59. a terg. *Anno decimo octavo regni Nabuchodonosor*, *regis Babylonis* etc. In vulgata legitur *anno secundo.* 6. *Canticum Zachariae* patris Iohannis Baptistae; initium fol. 71. 7. *Canticum Simeonis*; init. fol. 72. a terg. 8. *Hymnus trisagius aeterno Filio* inscriptus; init. fol. 72. a terg. 9. *Canticum angelorum a S. P. Athanasio apostolico patriarcha Alexandriae absolutum*; init. fol. 73. a terg. *Gloria in excelsis Deo, et super terram pax hominibus bonae voluntatis. Laudamus te* etc. 10. *Philosophorum de Christo domino testimonia*, seu vaticinia; initium fol. 77. Is codex scriptus est anno Christi 1583. Sic enim in eius fine, fol. 99. habetur. " Explicit ope Dei post diutinum tempus, per manum „ pauperis, peccatoris, miseri, Clementis Rubini, die decima septima mensis „ canun posterioris, (*ianuarii*) anno christiano millesimo quingentesimo octo- „ gesimo tertio. Orate pro librario. „

X.

Codex in fol. chartaceus, constans foliis 52, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codd. arabicos a Clemente Caracciolo neophyto ad usum bibliothecae vaticanae exscriptos, olim undecimus. Ibi continetur.

Evangelium Matthaei, unius ex duodecim apostolis, in sectiones CI. distributum; incipit fol. 1. a terg. Desiuit fol. 52. in hanc epigraphen, quae in plerisque codicibus evangelii Matthaei coptico-arabicis, e quibus hocce exemplar desumtum, ad calcem occurrit. *Explicit descriptio evangelii sancti Matthaei, unius ex duodecim apostolis, quod scripsit idiomate hebraico in Palaestina, adflatu Spiritus sancti, et praedicavit Hierosolymis, quum apostoli e terra Iudae pellerentur, post ascensionem domini nostri et Dei nostri Christi, anno octavo, sub initium imperii Claudii imperatoris Romae. Et Deo laus.* Is codex descriptus est anno Christi 1717. ut haec docent librarii verba, quae in eiusdem fronte leguntur: " Completa est exscrip- „ tio huiusce benedicti evangelii, die vigesima mensis tesrin posterioris (*no-* „ *vembris*) unius ex mensibus anni christiani millesimi septingentesimi decimi „ septimi; per manum pauperrimi servorum, famuli humilis, infirmi, sperantis „ clementiam supremi benigni Domini; Clementis Caraccioli, qui fidem chris- „ tianam professus est, postea quam maiorem aetatis suae partem in tenebris „ mahometicae superstitionis transegerat. Ipse vero rogat omnes, qui hunc li- „ brum inspecturi sunt et lecturi, ut orent pro eo Deum excelsum: fortasse

„ enim veniam delictorum et peccatorum suorum idem consequetur, per intercessionem dominae nostrae Mariae virginis, et omnium prophetarum. Amen. „ Exaratus autem fuit hic liber in magna urbe Roma, regnante summo pontifice Papa Clemente undecimo. Deus perrennet vitam eius, et adiuvet nos „ per benedictionem precum ipsius. Amen. „ Eadem epigraphe, paucis mutatis, italice manu praedicti Clementis Caraccioli, ibidem repetitur.

XI.

Codex in fol. chartaceus, constans foliis 167, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codd. arabicos, a Clemente Caracciolo neophyto ad usum bibliothecae vaticanae descriptos, olim duodecimus. Ibi continetur.

Liber sanctorum quatuor evangeliorum, versionis aegyptiacae, seu alexandrinae, quae ex graeco textu concinnata est, et cuius usus frequentior apud Christianos arabes, qui in Maronitas, Melchitas, Iacobitas, Nestorianos seu Chaldaeos, et Coptitas dividuntur. Porro *praedicatio patris apostoli sancti Matthaei*, constans sectionibus 101. incipit fol. 3. a terg. *Praedicatio patris sancti Marci evangelistae*, in sectiones 54. distributa, incipit fol. 51. a terg. *Praedicatio patris praestantis Lucae evangelistae*, sectionibus 86. absoluta, incipit fol. 80. *Praedicatio sancti eximii apostoli Iohannis filii Zebedaei, dilecti domino nostro Iesu Christo*, sectiones 46. complectens; incipit fol. 128. a terg. Is codex descriptus est anno Christi 1710, uti ex hisce liquet calligraphi verbis, quae fol. 167. a terg. leguntur. " Accidit complementum descriptionis horum evangeliorum benedictorum feria tertia, die decimo quarto mensis tesrin prioris (*octobris*) qui est ex mensibus anni septingentesimi decimi et millesimi christiani, regnante Pontifice maximo, et pastore bono, Papa Clemente undecimo Albano; cuius dies perennet Deus excelsus in iustitia et concordia. Amen. Exscriptus fuit hic liber in magna „ urbe Roma. „ In fronte vero codicis, haec latine adnotantur. *Sacrosancta quatuor evangelia arabica, scripta ab humili domini nostri Iesu Christi servo, Clemente Caracciolo, qui mahometana secta abiurata, christianam religionem amplexus est, anno Domini* 1708, *aetatis suae* 38. *regnante sanctissimo domino nostro Papa Clemente undecimo Albano Pont. max.*

Praeit eiusdem calligraphi supplex libellus italicus, laudato Pontifici inscriptus, hisce verbis: *foris* " alla Santità di nostro Signore Papa Clemente XI; „ per Clemente Caraccioli. *Intus.* Al bagio dei santissimi piedi del beatissimo „ Padre signore nostro Pontefice massimo, che l'altissimo Signor Iddio conservi longo tempo con l'occhio della sua providenza, amen. Prostrato umilissimamente avanti i piedi della Santità vostra, bagio la polvere dei medesimi, e piglio l'ardire di presentarle questo foglio, come a mio unico

„ padre in questo mondo, da cui riconosco ogui mio bene spirituale e temporale. Mentre havendomi il Signor Iddio, a cui lode sia sempre, per sua somma misericordia dimostrato, e fatto abbracciare la vera strada della santa fede, mentre io sedevo nelle tenebre della morte eterna, si è degoata V. S. chiamarmi a Roma madre della religione; dove la Dio mercè sto benissimo, vivendo sotto la protezione della Santità vostra; et hora habito solo in una stanza, e non posso lamentarmi di alcuno, perchè non tratto con veruno: et essendo inimico dell' ozio, mi sono messo a copiare questi sacrosanti evangelii arabici, e li presento alla maestà della Santità vostra; e supplico la medesima ad accettarli, a somiglianza di qnei due denari della vedova, et a farli collocare nella libraria vaticaoa, se così alla Santità vostra parerà, per memoria de' posteri; mercè che havendo io di mia maoo copiato 35. volte il maledetto libro dell' alcorano, quando ero involto nelle tenebre del maometismo, hora ho stimato bene copiare il santo evangelio, havendomelo il Signor Iddio fatto abbracciare; et anche non altro esercizio ho, fnorchè il scrivere arabico: il che facevo in Malta, dove insegnavo a' fanciulli questo istesso. Onde se occorre a vostra Santità impiegarmi in Roma in questa lingua in qualche luogo, sono sempre prontissimo alli suoi santissimi cenni, non avendo io altro paese, fuorchè Roma, dove posso rifugiarmi. „ Is a christianis pyratis haud procul portu alexandrino, captivus in insulam Melitam abductus, qnum, nti idem nobis narrabat, aegyptios consanguineos, ad solvendum pretium manumissionis snae urgeret, visus est ipsi quadam nocte in somnis Clemens XI. tiara suprema aliisque pontificiis indumentis insignitus, qui illum de nomine compellans; abrenuncia, inquit, Mahometi pseudoprophetae, et christianam fidem amplectere, si quidem saluti tuae prospicere velis. Tnm vero ille huinsmodi visione, ceu divinitus admonitus, Clementi eidem et visionem sibi obiectam, et ardentissimum Romae votum suum eius imperio obsequendi, per literas significavit; a quo in urbem accitus, et sacris christianae religionis, suscipiente ad fontem Nicolao Caracciolo archiepiscopo capuano, deinde S. R. E. Cardinali, initiatus, librarii arabici in vaticana bibliotheca munus obtinuit, quod indefessis sane viribus, et summa cum laude, utpote arabici sermonis et scriptionis peritissimus, usque ad exitum vitae exercuit, qui immaturus contigit anno Christi 1721; descriptis elegantissime tredecim voluminibus, quorum catalogum et synopsim in hoc tomo proferimus.

XII.

Codex in fol. chartaceus, constans foliis 164, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codd. arabicos a Clemeote Caracciolo neophyto ad

usum bibliothecae vaticanae exscriptos, olim decimus tertius; quo continentur.

Sacrosancta quatuor evangelia, versionis arabicae communis, sive alexandrinae, quae cum edita in bibliis polyglottis fere adamussim concordat. Videlicet. 1. *Praedicatio*, sive evangelium *sancti patris mar Matthaei apostoli*; constat sectionibus 101; init. fol. 2. a terg. 2. *Praedicatio sancti patris patriarchae, apostoli, mar Marci evangelistae*; sect. 54; init. fol. 51. a terg. 3. *Praedicatio sancti patris patriarchae apostoli mar Lucae evangelistae*; sect. 86; init. fol. 80. 4. *Praedicatio sancti praeclari discipuli apostoli, Iohannis filii Zebedaei, dilecti domino nostro Iesu Christo*; sect. 46; init. fol. 127. a terg. Porro vox *mar*, sive *mari*, id est *dominus* seu *dominus meus*, quae nomini evangelistarum praeponitur, syriaca est, et nisi viris sive sanctitate sive ecclesiastica dignitate insignibus, adscribi a Syris et Arabibus ad hoc usque tempus non solet. Is autem codex exaratus est anno Chr. 1711. uti haec ostendit epigraphe, quae in fronte eiusdem adposita est. " Explicit descriptio horum illustrium evangeliorum; videlicet mar Matthaei, mar Marci, mar Lucae, et mar Iohannis; feria quinta, kalendis tesrin prioris (*octobris*) qui est ex mensibus anni christiani millesimi septingentesimi undecimi: idque calamo servi imbecilli, sperantis misericordiam supremi Domini benigni, famuli famulorum et pulveris pedum, Clementis filii Abdallae saidensis (*sive ex Aegypto superiore*) qui christiana fide condecoratus est, post trigesimum quartum aetatis suae annum. Exaravit autem hunc librum in magna urbe Roma, regnante Pontifice maximo, et angelo laudatissimo, Papa Clemente undecimo Albano. Perennet Deus vitam eius; et benedictione scientiarum et precum ipsius adiuvet omnes Christi fideles. Amen,,. Adnectitur adprobatio censoris de fideli huiusce codicis descriptione, arabice et latine, in haec verba. *Ego Gabriel Farahat maronita alepensis, ordinis S. Antonii magni, congregationis montis Libani monachus abbas, linguae arabicae professor, librum hunc evangeliorum vidi, diligenterque perlegi, et textui arabico omnino consonum reperi.* Is postea a Iacobo Evodio antiocheno Maronitarum patriarcha, patruo nostro, archiepiscopus Alepi constitutus, maxima tum doctrinae, tum sanctitatis vitae fama decessit, anno Christi 1727. Vide tertium catalogi codicum orient. vat. tomum, codd. XXX. pag. 232. ubi eundem Gabrielem laudavimus.

XIII.

Codex antiquissimus, in fol. membraneus, foliis constans 178, cuficis seu pervetustis arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos, ex oriente in vaticanam bibliothecam a nobis inlatos, olim septuagesimus primus; quo continentur.

Evangelia tria, *et quatuordecim epistolae B. Pauli*, primaevae versionis arabicae, quae ex graeco textu desumta est, quaeque postmodum exactiore atque elegantiore stilo elaborata, Christianis orientalibus, qui post occupatam a Mahometanis maiorem Asiae atque Africae partem, arabica lingua in suis sacris utuntur, prae ceteris adrisit. Porro *sanctum evangelium secundum praedicationem Matthaei*, etsi variis in locis recens suppletum, a commate tamen undecimo capitis vigesimi octavi et ultimi ad finem usque mancum; init. fol. 1. 2. *Evangelium Marci* a principio, usque ad comma 19. capitis quinti, et a commate 8. capitis ultimi ad finem, mutilum; init. fol. 55. 3. *Evangelium Lucae*, a principio usque ad comma 31. capitis tertii, et a commate 12. capitis septimi usque ad finem, mancum; init. fol. 75. Posteriora quatuor folia, evangelio Lucae, ex bibliopegi oscitantia, adnexa, ad Marci evangelium pertinent. 4. *Epistola Pauli ad Romanos*: incipit fol. 87. a terg.; desinit fol. 101. a terg. in hanc epigraphen: *explicit epistola Pauli ad Romanos, quae scripta fuit Corinthi, et missa per Phoeben diaconissam. Sunt autem in ea lectiones quinque, capita novemdecim, testimonia quadraginta octo, signa nongenta et viginti.* 5. *Epistola Pauli ad Corinthios prima*; init. fol. 102. In eius clausula, fol. 119. haec legas: *explicit epistola Pauli ad Corinthios prima, quae scripta fuit in civitate Philippi, per manus Stephanae et Fortunati et Achaici et Timothei. In ea sunt lectiones quinque, capita novem, testimonia viginti septem, et signa octingenta et novem.* 6. *Epistola secunda Pauli apostoli ad Corinthios*; init. fol. 119. a terg. Adnotatio in fine, fol. 130. *Explicit epistola secunda Pauli apostoli ad Corinthios, quae scripta fuit in civitate Philippi, per manus Titi et Lucae: et sunt in ea lectiones quatuor, capita decem, testimonia undecim, signa quingenta et novem.* 7. *Epistola Pauli ad Galatas*; init. fol. 130. Adnotatio in calce, fol. 134. a terg. *Explicit epistola Pauli ad Galatas, scripta Romae. Et sunt in ea lectiones duae, capita duodecim, testimonia . . . signa bis centum et nonaginta quinque.* 8. *Epistola Pauli apostoli ad Ephesios, qui Ephesi extant*; init. fol. 135. Adnotatio in eius clausula, fol. 141. *Explicit epistola Pauli apostoli ad Ephesios, scripta Romae per manus Tychici: et sunt in ea lectiones duae, capita decem, testimonia sex, signa trecenta et tredecim.* 9. *Epistola Pauli apostoli ad Philippenses*; init. fol. 141. Adnotatio in fine, fol. 145. *Explicit epistola Pauli apostoli ad Philippenses, scripta ex urbe Roma per manus Epaphroditi fratris. Et sunt in ea lectiones duae, capita septem, signa bis centum et octo.* 10. *Epistola Pauli apostoli ad Colossenses*; init. fol. 145. a terg. Adnotatio in eius clausula, fol. 149. *Explicit epistola Pauli apostoli ad Colossenses, et scripta fuit ex urbe Roma per manum Tychici et Onesimi: in ea autem sunt lectiones duae, capita decem, signa bis centum et octo.*

11. *Epistola Pauli apostoli ad Thessalonicenses prima*; init. fol. 149. Adnotatio fol. 153. ad calcem adposita est huiusmodi. *Explicit epistola Pauli apostoli ad Thessalonicenses, scripta Athenis; in qua sunt, lectio unica, capita septem, et signa bis centum et nonaginta.* 12. *Epistola Pauli apostoli ad Thessalonicenses secunda*; init. fol. 153. Adnotatio, fol. 155. *Explicit epistola Pauli apostoli ad Thessalonicenses secunda, quae scripta est Athenis; et in ea continentur, lectio unica, capita sex, et signa centum et sex.* 13. *Epistola Pauli ad Timotheum prima*; init. fol. 155. a terg. Adnotatio in eius clausula, fol. 160. *Explicit epistola Pauli apostoli ad Timotheum prima: et scripta fuit Laodiceae, quae etiam est metropolis, hoc est mater civitatum, quae sunt in Phrygia. Complectitur autem lectionem unicam, capita octodecim, testimonia et signa bis centum et triginta.* 14. *Epistola secunda Pauli ad Timotheum*; incipit fol. 160. a terg.; desinit fol. 163. a terg. in hanc adnotationem. *Explicit epistola secunda Pauli apostoli ad Timotheum episcopum ecclesiae, quae est Ephesi, et cuius primus episcopus fuit constitutus. Scripta autem fuit ex urbe Roma, quum Paulus stetit coram Nerone Caesare, eumque secunda vice adloquutus est. Sunt in ea lectio unica, capita novem, testimonia duo, et signa centum septuaginta duo.* 15. *Epistola Pauli apostoli ad Titum.* Incipit fol. 164. Desinit fol. 166. in hanc adnotationem. *Explicit epistola Pauli ad Titum episcopum ecclesiae cretensis, qui primus in ea episcopus fuit constitutus. Scripta est autem Nicopoli Macedonum, complectiturque lectionem unicam, capita sex, testimonium unum, et signa nonaginta septem.* 16. *Epistola Pauli apostoli ad Philemonem et Appiam, et Archippum diaconum*; init. fol. 166. Adnotatio in eius clausula, fol. 167. *Explicit epistola Pauli ad Philemonem, eiusque sororem Appiam, et Archippum diaconum ecclesiae, quae est in civitate Colossarum. Scripta autem fuit Romae, per manus Onesimi servi: et sunt in ea lectio unica, capita duo, signa triginta septem.* 17. *Epistola Pauli apostoli ad Hebraeos*; incipit fol. 167; desinit fol. 175. in hanc epigraphen. *Explicit epistola Pauli apostoli ad Hebraeos, scripta in Italia per manus Timothei. Et sunt in ea lectiones tres, capita tria et viginti, testimonia triginta, signa vero septingenta et tria.* Porro lectionum et capitum divisiones, quae in hucusque prolatis aduotationibus recensentur, nec in corpore nec ad marginem epistolarum descriptae sunt. Occurrunt quidem varia graeca verba, maioribus litteris ad superiorem oram passim adposita, quae tamen nonnisi evangeliorum et epistolarum titulos ac nomina aperiunt. Is vero codex, quem ad octavum Christi seculum haud immerito referas, exaratus est a quodam *Iusto filio Leonis, fil. Abilualidi*; uti fol. 175. ad calcem, eadem, qua totus codex descriptus est, manu adnotatur.

XIV.

Codex antiq. in fol. bombycinus, constans foliis 123, arabicis literis et sermone exaratus, inter codd. arabicos ex oriente in vaticanam bibliothecam a nobis inlatos, olim primus; quo continetur.

Sacrosanctum evangelium, ex quatuor evangeliis in unum redactum, vulgo *diatessaron* nuncupatum, et in sectiones seu capita quinquaginta quinque distributum; auctore *Tatiano* syro, sophista ethnico, deinde christiano, tandem haeresiarcha, Encratitarum antesignano, qui vixit altero Christi saeculo declinante. Initium fol. 1. a terg. *Exordium primum evangelii ex Marco. Dixit. Initium praedicationis Iesu Christi, Iohannes: in principio erat verbum* etc. In fine vero fol. 123. haec a librario adnotata reperias: *explicit auxilio Dei sacrosanctum evangelium, quod ex quatuor evangeliis collegit Tatianus, quodque diatessaron vulgo dicitur. Et laus Deo.* Prodiit hocce diatessaron graece, latine, francice, et teutonice; sed arabice nunquam. Is codex, cuius dimidia ferme pars tineis et madore consumta, ad duodecimum Christi seculum videtur referendus.

XV.

Codex antiquissimus, in fol. bombycinus, foliis constans 135, arabicis elegantibus litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim septimus; quo continentur.

Sacrosancta quatuor evangelia, editionis arabicae Coptitarum, cum concordantiis eusebianis ad marginem, nec non cum praefationibus, tabulis argumentorum, et indice lectionum evangelicarum, quae per anni circulum in divinis Coptitarum officiis recitari consueverunt; hocce ordine. 1. *Praefatio in quatuor evangelia*, incerti auctoris; incipit fol. 1. a terg. 2. Argumenta sectionum seu capitum evangelii Matthaei, quae iuxta hanc editionem, sexaginta octo numerantur; incipiunt fol. 2. a terg.; desinunt fol. 3. in hanc adnotationem. *Matthaeus autem scriptor est huiusce praedicationis; vocaturque Levi, qui post electionem discipulus factus est atque apostolus. Nomen eius electum* (immo donatum) *sonat; fuitque ex tribu Issachar, et ex civitate Nazareth oriundus: pater eius Ducas appellatus, mater Cherubias. Quum vero magna ad illum congregata esset ex Iudaeis turba, quos ipse vocaverat, quique crediderant et baptizati fuerant; summis ab eo precibus petierunt, ut in suscepti a se consilii confirmationem, quibus illos verbis vocaverat, quaeque praedicaverat, ea literis consignaret, et in unum volumen, hebraico sermone, referret. Ille autem preces eorum audivit, suaque ipse manu hebraice hanc praedicationem in Palaestina exa-*

ravit; eamque ad umbilicum in India produxit, anno imperii Claudii primo, qui est a sancta ascensione nonus. Martyrio autem perfunctus est in civitate Rogma, die duodecimo mensis babae (octobris) *et in Artagine Caesareae sepultus. Tum vero Iohannes, Zebedaei filius, in civitate Linguarum hanc praedicationem interpretatus est, quae mille et sexcenta verba complectitur. Praedicatio Matthaei apostoli, unius ex duodecim discipulis*; incipit fol. 4. a terg.; desinit fol. 34. a terg. in haec calligraphi verba. *Explicit praedicatio sancti Matthaei apostoli, in pace Domini, amen: et Deo gloria semper et in aeternum.* Consequuntur *preces* a sacerdote dicendae super puerum aegrotantem, vel morti proximum, iuxta ritum Syrorum iacobitarum, syriacis literis et sermone recentius descriptae, fine tamen mutilae. Init. fol. 35. a terg. 4. *Praedicatio sancti patris patriarchae apostoli mari Marci evangelistae*, in sectiones quadraginta octo distributa; incipit fol. 36; desinit fol. 56. a terg. in hanc adnotationem. *Explicit, ope Dei eximii atque excelsi, evangelium S. Marci evangelistae. Preces eius custodiant nos omnes, amen. Et laus et gloria Deo semper in aeternum. Deus condona scriptori, et cunctis filiis baptismi, omnia delicta eorum, amen.* Ibidem nova manu haec adnotata leguntur. *Natus est infans benedictus Simeon filius Mosis, filii Iosephi Al-Ravandi, sabbatho die* 18. *nisan* (aprilis) *benedicti, anno Alexandri filii Philippi* 1888. *qui respondet anno hegirae* 985. i. e. Christi 1577. 5. *Praefatio in evangelium Lucae*, fine manca, cum argumentis capitum LXXXIII. quibus idem evangelium absolvitur; initium fol. 57. 6. *Praedicatio patris praestantis Lucae evangelistae*; init. fol. 58. 7. *Praedicatio sancti patris apostoli Iohannis filii Zebedaei, dilecti domino nostro Iesu Christo*, in sectiones viginti divisa; incipit fol. 94; desinit fol. 119. a terg. in hanc epigraphen. *Explicit evangelium Iohannis evangelistae; et Deo gloria in aeternum.* 8. Index lectionum evangelicarum, hocce titulo praenotatus, fol. 120. *Incipimus ope Dei et bonitate providentiae ipsius, describere indicem legendorum in divinis officiis, et in sacris missis, et in festis et sanctis ieiuniis, sabbathis, dominicis, et feriis, quarta, et sexta, per annum*; iuxta ritum ecclesiae alexandrinae Coptitarum. Lectiones evangelicae, iuxta seriem numeralem lectionum parvarum, seu capitulorum, quae ad marginem uniuscuiusque evangelii adnotata reperias, heic designantur. Videlicet, *mensis toth* (september) *initium anni coptici*; fol. 121.

Die 1. *Caput anni benedicti*. Ad vesperas, ex Matthaeo a sectione 140. ad 141. Ad matutinum, ex Marco a sect. 23. ad 24. Ad missam, ex Luca a sect. 17. ad 19. Die 2. *Commemoratio decollationis Iohannis Baptistae*. Ad vesperas, ex Matth. a sect. 143. ad 146. Ad matutinum, ex Luc. a sect. 90. ad 92. Ad missam, ex Marc. a sect. 57. ad 61. Die 3. *Dionysii patriarchae*. Le-

ge sectiones diei 7. huius mensis. Die 4. *Simeonis clausi*, seu *anachoretae*, *et Iosue filii Nun*. Vide diem 7. huius mensis. Die 5. *Hemae*, seu *Sophiae martyris*. Vide diem 8. mensis *chiach* (decembris), aut 29. *toth* (septembris) aut 5. *abibi* (iulii). Die 6. *Isaiae prophetae*. Lege sectiones diei 8. huius mensis. Die 7. *patris Dioscori* (Monophysitarum antesignani). Ad vesperas, ex Marc. sect. 23. ad 33. Ad matutinum, ex Ioh. sect. 138. ad 145. Ad missam, ex eod. sect. 89. ad 92. Die 8. *Mosis prophetae*, *et Zachariae*. Ad vesperas, ex Matth. sect. 139. ad 141. Ad matutinum, ex Luc. sect. 172. ad 176. Ad missam, ex Ioh. a sect. 233. ad sect. 240. Die 9. *Athanasii patriarchae*. Lege sectiones diei 7. huius mensis. Die 10. *Nativitas dominae nostrae sanctae Mariae*. Lege sectiones diei 21. huius mensis, fol. 121. a tergo. Die 11. *Thomae apostoli*. Ad vesperas, ex Luc. sect. 44. ad 46. Ad matutinum, ex Ioh. sect. 219. ad 226. Ad missam, ex eod. a sect. 216. ad sect. 219. Die 12. *Michaëlis archangeli*. Ad vesperas, ex Matth. a sect. 101. ad sect. 142. Die 13. *Isaac anachoretae*. Lege sectiones diei 20. *babae* (octobris). Die 14. *sancti Mamae martyris*. Lege sectiones diei 15. *hatur* (novembris). Die 15. *Martyrium Stephani*. Ad vesperas, ex Matth. a sect. 90. ad sect. 101. Ad matutinum, ex Luc. sect. 107. ad 118. Ad missam, ex Ioh. sect. 102. ad 107. Die 16. *Commemoratio dedicationis templi*, *resurrectionis*, *et Helenae imperatricis fidelis*, *et Heraclae*. Lege sectiones diei 21. huius mensis. Die 17. *Manifestastio crucis gloriosae*. Ad vesperas, ex Ioh. sect. 89. ad sect. 90. Ad matutinum, ex eod. sect. 106. ad 108. Ad missam, ex eod. sect. 92. ad 93. Die 18. *Manifestatio secunda crucis*. Ad vesperas, ex Ioh. sect. 33. ad 34. Ad matutinum, ex eod. sect. 24. ad 25. Ad missam, ex eod. a sect. 55. ad 62. Die 19. *Manifestatio tertia crucis*. Ad vesperas, ex Matth. sect. 168. ad 170. Ad matutinum, ex Marc. sect. 85. ad 87. Ad missam, ex Luc. sect. 182. ad sect. 186. Die 21. *Commemoratio sanctae Dei genitricis*. Ad vesperas, ex Matth. sect. 172. ad 173. Ad matut., ex Marc. sect. 34. ad 36. Ad miss., ex Luc. sect. 75. ad 77. Die 22. *Filiorum Saporis regis*. Ad vesperas, ex Matth. sect. 170. ad 172. Ad matut., ex Matth. 95. ad 101. Ad missam, ex Luc. 145. ad 149. Die 23. *Theclae martyris*. Lege sectiones diei 29. huius mensis. Die 24. *Gregorii logici*. Lege sectiones diei 28. *mesori* (seu augusti) Die 26. *Conceptio Elisabeth*, cum *concepit Iohannem Baptistam*. Lege sectiones dominicae tertiae *chiach* (decembris). Die 27. *sancti Eustathii*. Ad vesperas, ex Matth. sect. 95. ad sect. 101. Ad matut., ex Marc. sect. 139. ad 142. Ad missam, ex Luc. sect. 96. ad 98. Die 28. *sancti Abathiri*, *et Irenes sororis eius martyrum*. Lege sectiones diei 22. huius mensis. Die 29. *Transitus Iohannis evangelistae*. Ad vesp., ex Matth. sect. 276. ad 278. Ad matutinum, ex Luc. sect. 75. ad 76. Ad missam, ex Matth. sect. 268. ad 269. Die 30. *Gregorii armenii*, *abbatis Pauli*, *et aliorum*, fol. 120. Lege sectiones diei 30. *pharmoti* (aprilis). *Feria quar-*

ta, *prima huius mensis.* Ad missam, ex Matth. sect. 104. ad sect. 108. *Feria sexta*, *eiusdem mensis prima.* Ad missam, ex Matth. sect. 73. ad 74. *Sabbatho* 1. ad vesp. Matth. 73. Ad matut. Matth. 18. ad 21. Ad missam, ex eod. sect. 172. ad 174. *Sabbatho* 1. huius mensis, ad vesp. ex Matth. sect. 73. ad 74. Ad matutinum, ex eod. sect. 18. ad. 21. Ad missam ex eod. sect. 172. ad 174. *Dominica* 1. ad vesp. ex Matth. sect. 104. ad 108. Ad matut. ex eod. sect. 217. ad 218. Ad missam, ex Luc. 71. ad 74. *Feria* IV, *secunda* eiusdem mensis. Ad missam, ex Marc. sect. 12. ad 15. *Feria* VI, *secunda.* Ad missam, ex Luc. sect. 26. ad 28. *Sabbatho secundo.* Ad matutinum, ex Marco sect. 12. ad 15. Ad missam ex Luc. sect. 7. ad 12. *Dominica secunda*, ad vesperas ex Luc. sect. 26. ad 28. Ad matut. ex Marc. sect. 16. ad 18. Ad missam, Luc. sect. 118. ad 122. *Feria* IV, *tertia* huius mensis. Ad missam ex Matth. sect. 70. ad 71. *Feria* VI, eiusdem mensis *tertia.* Ad missam, ex Matth. sect. 75. ad 77. *Sabbatho tertio.* Ad matutinum, ex Luca sect. 33. ad 36. Ad missam, ex eodem, sect. 23. ad 26. *Dominica tertia*, ad vesperas ex Marc. sect. 15. ad 17. Ad matutinum, ex Matth. sect. 64. ad 67. Ad missam, ex Luc. sect. 225. ad 227. *Feria* IV, huius mensis *quarta.* Ad missam, ex Matth. sect. 75. ad 77. *Feria* VI. hebdomadae quartae eiusdem mensis. Ad missam, ex Matth. sect. 74. ad 75. *Sabbatho quarto*, ad vesp. ex Matth. sect. 75. ad 77. Ad matutinum, ex Marc. 18. ad 22. Ad missam, ex Luc. 36. ad 38. *Dominica quarta*, ad vesperas Matth. sect. 74. ad sect. 75. Ad matutinum, Luc. sect. 93. ad 94. Ad missam, ex eodem, sect. 75.

festum Raphaëlis angeli, *et sancti Adriani martyris*. Ad vesp. Luc. 128. ad 132. Ad matut. Marc. 95. ad 101. Ad missam, Matth. 172. *Ad missam feriae* IV. *et* VI. *si occurrant in mense parvo*, ex Luc. sect. 257. ad 259. Sabbatho eiusdem mensis, ad matutinum, Matth. 259. ad 263. Ad missam, Luc. 249. ad 251. Dominica eiusdem parvi mensis, ad vesp. Luc. 257. Ad matut. Marc. 251. ad 156. Ad missam, Matth. 242. ad 259. *Pro die alicuius martyris*, *qui in hoc canone non memoratur*. Ad vesperas, Matth. 87. ad 89. Ad matutinum, Marc. 139. ad 142. Ad missam, Luc. 145. ad 149. *Pro aliquo iusto*, seu *confessore*. Ad vesp. Matth. 260. ad 269. Ad matut. Luc. 156. ad 160. Ad missam, ex eod. 227. ad 229. *Pro episcopis*, *et archiepiscopis*. Ad vesperas, Matth. sect. 31. ad 35. Ad matutinum, Ioh. 89. Ad missam, Matth. 166. ad 168. Huc usque index lectionum evangelicarum per anni circulum, iuxta ritum ecclesiae alexandrinae Coptitarum; quem confer, si placet, cum syriacis et arabicis evangeliis eclogadiis syrorum Iacobitarum et Melchitarum, quae tam in hoc, quam in syriacorum codicum catalogo occurrunt; nec non cum arabicis eiusdem nationis coptitarum synaxariis a nobis infra describendis; a quibus tamen kalendarium sanctorum, ad calcem huiusce codicis adpositum, haud parum discrepat. Is codex scriptus est anno Christi 1338. ut haec docet epigraphe, quae eadem, qua totus codex, manu exarata, in fine indicis lectionum evangelicarum, fol. 135. a tergo legitur: *absoluta sunt quatuor evangelia*, *et index benedictus omnium legendorum ex sacrosancto evangelio in officiis et missis singulorum anni dierum*: *die decima quinta mensis pharmothi* (aprilis) *anno millesimo quinquagesimo quarto sanctorum purorum martyrum*. *Largiatur nobis Deus benedictionem eorum orationum*, *amen*. Consequuntur duo folia ad alium codicem spectantia; in quibus fragmentum syriacum ex genesi et exodo continetur. Pertinuit olim ad *Leonardum Abelem episcopum sidoniensem*, ut in fronte adnotatur.

XVI.

Codex in fol. bombycinus, constans foliis 288, arabicis litteris et sermone descriptus, inter codd. arabicos vaticanos olim vigesimus quintus; quo continentur.

1. *Evangelia per totum annum legenda cum suis paraphrasibus*, ex divo Iohanne Chrysostomo potissimum excerptis, ad usum ecclesiae antiochenae syrorum Melchitarum, qui Graecorum fidem et ritus profitentur. Differunt haec a quatuor vulgatis evangeliis (uti de codice graeco lectionum evangelicarum monet Leo Allatius in dissertat. de libris ecclesiasticis Graecorum) quod illa continuatam historiae seriem non interruptam neque alterius ver-

bis interturbatam continent; noster vero codex ea omnia babet sed in certas partes et sectiones distributa, quas Graeci τμήματα, μέρη, περικοπὰς, ἀναγνώσεις, Latini *lectiones* indigitant; ad usnm singulorum dierum et solemnitatum, modo unius modo alterius evangelistae textu, quandoque etiam pluribus in locis, ut opus fuerit, interposito; non ita tamen nt seriem evangelicam prorsus interrumpant. Exceptis enim festis, quae peculiare sibi evangelium poscunt, in reliquis anni diebus ita dispertiuntur, ut unius prius evangelistae textum in tmemata dividant, diebusque applicent, donec finiat; postmodum alterius continuent, donec omnia ad exitum perduxerint. Incipiunt autem ab evangelio Iohannis, quod totum septem integris hebdomadis legitur, quae a magna paschatis dominica, tribus exceptis, numerantur: Matthaei evangelium a feria secunda post dominicam pentecostes ad sequentem parasceven, exaltationis crucis diem festum, absolviturque hebdomadis septemdecim. Harum undecim singulis diebus Matthaei lectio continuatur: a duodecima quinque tantum diebus Marci lectio assumitur; sabbathis et dominicis Matthaei restituitur, usque ad hebdomadam decimam septimam; dummodo haec postrema inter tempus paschale occurrat; sin minus, non legitur. Lucae evangelium a secunda, quae dominicam post exaltationem crucis excipit, et integris duodecim hebdomadis continuatur: ab initio decimae tertiae, Marci percurritur in reliquis diebus, sed sabbathis et dominicis Lucae assumitur. Marci tandem inter Matthaei et Lucae assumitur: quod vero supererit, sabbathis et dominicis quadragesimae absolvitur. Id autem ut plenius intelligas, atque uno oculorum coniectu, diversitatem ecclesiasticorum rituum Melchitarum, ab aliis Syrorum et Coptitarum, inde colligas; en tibi lectionum omnium, quae in hoc codice continentur, seriem, titulos, atque initia exhibemus.

Lectio I. *In die paschatis ad missam, ex evangelio Iohannis evangelistae.* Initium fol. 1. *In principio erat verbum.* Praeit titulo haec epigraphe: *inchoatur ab evangelio Iohannis theologi, quod graece promulgavit in insula Patmos, in regione Asiae.* II. Feria secunda post pascha, ex Iohanne. Init. fol. 3. *Deum nemo vidit umquam, nisi filius unigenitus.* III. Feria tertia post pascha, ex Ioh. init. fol. 4. *In illo tempore Petrus autem surrexit et ivit ad sepulchrum.* IV. Feria quarta post pascha, ex Ioh. *In illo tempore stetit Iohannes, et duo ex discipulis eius.* V. Lectio de sancto Andrea. Ex Ioh. Initium fol. 6. a terg. *Et in crastinum voluit exire in Galilaeam.* VI. Feria sexta post pascha, ex Ioh. Init. fol. 9. *In illo tempore ingressus est Iesus Capharnahum ipse et mater eius.* VII. Sabbatho primo post pascha, ex Ioh. Init. fol. 9. a terg. *In illo tempore venit Iesus et discipuli eius in terram Iudaeae.* VIII. Dominica prima post pascha, quae et *nova*, et *dominica Thomae* nuncupatur, ex Iohanne. Init. fol. 10. *Quumque esset vespera illius diei dominicae, et fores essent clausae.* IX. Feria 2.

hebdomadae secundae post pascha, ex Ioh. Init. fol. 12. *In illo tempore erant nuptiae in Cana Galilaeae.* X. Feria 3. hebdomadae 2. post pascha, ex Ioh. Init. fol. 12. a t. *Dixit Dominus iis, qui ad eum venerunt ex Iudaeis: sic dilexit Deus mundum.* XI. Feria 4. hebdomadae 2. post pascha, ex Ioh. Init. fol. 13. *Dixit Dominus iis, qui venerunt ad eum ex Iudaeis: pater meus modo operatur, et ego operor.* XII. Feria 5. hebdomadae 2. paschatis, ex Ioh. *Dixit Dominus iis, qui ad eum venerunt ex Iudaeis: quicumque verba mea audit.* XIII. Feria 6. hebdomadae 2. paschatis, ex Ioh. Init. fol. 14. *Dixit Dominus iis, qui ad eum venerunt Iudaeis: sicut audio, sic iudico.* XIV. Sabbatho 2. hebdomadae 2. paschatis, ex Ioh. Init. fol. 14. a t. *In illo tempore, quum vidissent homines signum, quod fecit Iesus.* XV. Dominica secunda post pascha, quae vocatur *dominica Ioseph*, ex Ioh. Init. fol. 15. a t. *In illo tempore venit Ioseph a Ramatha.* XVI. Feria 2. hebdomadae tertiae post pascha, ex Ioh. Init. fol. 17. a t. *In illo tempore erat homo quidam regulus, et erat filius eius aegrotus in Capharnahum.* XVII. Feria 3. hebd. 3. paschatis, ex Ioh. Init. f. 18. *Dixit Dominus iis, qui venerunt ad eum ex Iudaeis: facite, non cibum, qui perit.* XVIII. Feria 4. hebdomadae 3. paschatis, ex Ioh. Init. fol. 18. a terg. *Dixit Dominus iis, qui venerunt ad eum ex Iudaeis: ego sum panis vitae; et qui credit in me, non esuriet.* XIX. Feria 5. hebdomadae 3. paschatis, ex Ioh. ibid. *Dixit Dominus iis, qui venerunt ad eum ex Iudaeis: haec est voluntas patris mei, qui misit me.* XX. Feria 6. hebdomadae 3. paschatis, ex Ioh. Init. fol. 29. *Dixit Dominus iis, qui venerunt ad eum ex Iudaeis: ego sum panis vitae. Patres vestri manducaverunt manna in deserto, et mortui sunt.* XXI. Sabbatho tertio post pascha *legiturque in commemoratione Georgii, et Pantaleemonis, seu Pantaleonis, et aliorum ex martyribus.* Ex Iohanne. Init. fol. 19. a t. *Dixit Dominus discipulis suis: hoc praecipio vobis, ut diligatis alterutrum.* XXII. Dominica tertia post pascha, ex Ioh. Init. fol. 21. *In illo tempore ascendit Iesus in Hierusalem. Et erat in Hierusalem ob ablutionem piscina.* XXIII. Feria 2. hebdomadae quartae post pascha, ex Ioh. Init. fol. 22. a terg. *Dixit Dominus iis, qui crediderunt ex Iudaeis: qui manducat carnem meam, et bibit sanguinem meum, habet vitam in saeculum.* XXIV. Feria 3. hebdomadae 4. paschatis, ex Ioh. Init. fol. 23. *in illo tempore erat Iesus ambulans in Galilaea; et nolebat ambulare in Iudaea.* XXV. Feria 4. *Quae est dimidium quadragesimae*, seu pentecostes. Ex Ioh. Init. fol. 24. *In medio festi ascendit Iesus ad templum, et docuit.* XXVI. Feria 5. hebdomadae 4. post pascha, ex Ioh. Init. fol. 24. a t. *Dixit Dominus iis, qui venerunt ad ipsum ex Iudaeis: ego sum lux mundi.* XXVII. Feria 6. hebdomadae 3. post pascha, ex Ioh. Init. fol. 25. *Dixit Dominus iis, qui venerunt ad ip-*

sum ex Iudaeis: ego vado, et quaeretis me. XXVIII. Sabbatho hebdomadae 4. paschatis, ex Ioh. Init. fol. 25. a t. *Dixit Dominus iis, qui venerunt ad ipsum ex Iudaeis: si vos in verbis meis perseverabitis, verè quidem discipuli mei estis.* XXIX. Dominica 4. post pascha, ex Ioh. Fol. 26. *In illo tempore venit Iesus in civitatem Samaritanorum, quae vocatur Suchan.* XXX. Feria 2. hebdomadae quintae post pascha, ex Ioh. Init. fol. 29. a terg. *Dixit Dominus iis, qui venerunt ad ipsum ex iudaeis: si esset Deus pater vester, diligeretis me.* XXXI. Feria 3. hebdomadae 5. post pascha, ex Ioh. Init. fol. 30. *Dixit Dominus iis, qui venerunt ad ipsum ex Iudaeis: si quis sermonem meum servabit.* XXXII. Feria 4. hebdomadae 5. post pascha, ex Ioh. Init. fol. 30. a t. *In illo tempore elevavit Iesus oculos suos, et vidit turbam magnam venientem ad ipsum.* XXXIII. Feria 5. hebdomadae 5. paschatis, ex Ioh. Init. fol. 31. *Dixit Dominus iis, qui venerunt ad ipsum ex Iudaeis: non ad iudicium in hunc mundum veni.* XXXIV. Feria 6. hebdomadae 5. paschatis, ex Ioh. Init. fol. 31. a terg. *Dixit Dominus iis, qui venerunt ad ipsum ex Iudaeis: propter hoc diligit me pater* XXXV. Sabbatho hebdomadae 5. paschatis, ex Ioh. Init. fol. 32. *Dixit Dominus iis, qui venerunt ad ipsum ex Iudaeis: oves meae audiunt vocem meam.* XXXVI. Dominica quinta post pascha, ex Ioh. init. fol. 32. a tergo. *In illo tempore vidit Iesus hominem caecum a nativitate.* XXXVII. Feria secunda hebdomadae sextae post pascha, ex Iohanne. Initium fol. 36. *In illo tempore congregati sunt principes sacerdotum, et Pharisaei adversus Iesum.* XXXVIII. Feria tetia hebdomadae 6. paschatis, ex Ioh. Init. fol. 36. a terg. *In illo tempore inierunt consilium Pharisaei inter se, et dixerunt: videtis, quod non proficitis quidquam.* XXXIX. Feria quarta hebdomadae 6. paschatis, ex Ioh. Init. fol. 37. *Dixit Dominus discipulis suis: credite in lucem, ut sitis filii lucis.* XL. *Feria quinta ascensionis domini et Dei nostri Iesu Christi in caelum.* Ad matutinum ex Iohanne, immo ex Marco, cap. XVI. com. 9. Init. fol. 38. *In illo tempore surrexit Iesus mane prima sabbathorum, et apparuit primo Mariae Magdaleuae.* XLI. Ad missam, ex Luca. Init. fol. 39. a terg. *In illo tempore resurrexit Iesus a mortuis, et stetit in medio discipulorum suorum.* XLII. Feria sexta hebdomadae 6. post pascha, ex Ioh. Init. fol. 41. a t. *Dixit Dominus discipulis suis: non turbentur corda vestra; credite in Deum, et in me credite.* XLIII. Sabbatho hebdomadae 6. post pascha, ex Iohanne. Init. fol. 42. *Dixit Dominus discipulis: verba quae vobiscum loquor, non a me ipso loquor.* XLIV. Dominica septima post pascha, ex Iohanne. Init. fol. 43. *In illo tempore elevavit Iesus oculos in caelum dicens: pater, iam pervenit hora; glorifica filium tuum, ut glorificet te filius tuus.* XLV. Feria secunda hebdomadae septimae post pascha, ex Iohanne. Init. fol. 45. *Dixit*

Dominus discipulis suis: non turbentur corda vestra, neque formidetis, quoniam audistis quod dixi vobis. XLVI. Feria tertia hebdomadae 7. post pascha, ex Ioh. Init. fol. 45. a t. *Dixit Dominus discipulis suis: veniet hora, ut omnis qui vos occiderit, arbitretur se oblationem Deo offerre.* XLVII. Feria quarta hebdomadae 7. post pascha, ex Ioh. Init. fol. 46. *Dixit Dominus discipulis suis: omne, quod habet pater, meum quidem est.* XLVIII. Feria quinta hebd. 7. post pascha, ex Ioh. Init. fol. 46. a t. *Dixit Dominus discipulis suis: quodcumque rogabitis patrem meum in nomine meo, dabit vobis.* XLIX. Feria sexta hebdomadae 7. paschatis, ex Ioh. Init. fol. 47. *In illo tempore elevavit Iesus oculos suos in discipulos suos* (lege *in caelum*) *dicens: quemadmodum tu, o pater, misisti me.* L. *Sabbatho ante dominicam pentecostes*, ex Iohanne. Init. fol. 47. a terg. *In illo tempore manifestavit se Iesus discipulis suis, postquam resurrexit a mortuis, et dixit Simoni Petro.* LI. *Dominica quinquaginta dierum, sive pentecostes.* Ad missam ex Ioh. Init. fol. 49. a t. *Et in novissimo festi, in die magno, stabat Iesus. Clamavit autem, dicens.*

Lectiones ex Matthaeo, hocce titulo praenotatae. *Initium lectionum sancti Matthaei evangelistae, qui locutus est hebraice in terra Palestinae.* Videlicet. Lectio I. Feria secunda post pentecosten, ex Matthaeo. Init. fol. 51. a t. *Dixit Dominus: videte, ne contemnatis unum de istis pusillis.* II. Feria tertia post pentecosten, ex Matth. Init. fol. 52. a t. *In illo tempore perambulabat Iesus totam Galilaeam.* III. Feria quarta post pentecosten, ex Matth. Init. fol. 53. *Dixit Dominus discipulis suis: nisi abundaverit iustitia vestra, plus quam scribarum et pontificum.* IV. Feria quinta post pentecosten, ex Matth. Initium fol. 53. a terg. *Dixit Dominus: audistis, quod dictum est antiquis, non moechaberis.* V. Feria sexta post pentecosten, ex Matthaeo. Init. fol. 54. *Dixit Dominus: audistis quod dictum est antiquis, non iurabitis.* VI. Sabbatho primo post pentecosten, ex Matthaeo. Init. fol. 54. a t. *Dixit Dominus: qui petit a te, da ei, et volentem a te mutuari, ne prohibeas.* VII. Dominica prima post pentecosten, ex Matth. Init. fol. 45. a t. *Dixit Dominus discipulis suis: qui confitebitur me coram hominibus, confitebor ego eum coram patre meo.* VIII. Sabbatho secundo post pentecosten, ex Matth. Init. fol. 57. *Dixit Dominus: nolite iudicare, ne iudicemini.* IX. Dominica secunda post pentecosten. Ex Matth. Init. fol. 57. a t. *In illo tempore quum Iesus ambularet iuxta mare Galilaeae.* X. Sabbatho tertio post pentecosten, ex Matth. Init. fol. 58. *Dixit Dominus: quisquis audit verba mea haec, et facit ea, assimilabitur viro sapienti.* XI. Dominica tertia post pentecosten, ex Matth. Init. fol. 59. *Dixit Dominus: lucerna corporis sunt duo oculi.* XII. Sabbatho quarto post pentecosten, ex Matth. Init. fol. 61. *In illo tempore quum venisset Iesus in domum Pe-*

tri, *vidit socrum eius iacentem*, *febricitantem*. XIII. Dominica quarta post pentecosten, ex Matth. Init. fol. 61. a t. *In illo tempore quum advenisset Iesus in Capharnahum*, *accessit centurio*. XIV. Sabbatho quinto post pentecostesten, ex Matthaeo. Initium fol. 63. *In illo tempore quum transiret inde Iesus*, *vidit hominem sedentem ad telonium*, *nomine Matthaeum*. XV. Dominica quinta post pentecosten, ex Matthaeo. Init. fol. 63. a t. *In illo tempore*, *quum venisset Iesus in regionem Gadarenorum*, *occurrerunt ei duo daemoniaci*. XVI. Sabbatho sexto post pentecosten, ex Matth. Init. fol. 65. *Dixit Dominus*: *simile est regnum caeli grano sinapis*. XVII. Lectio alia pro eodem die, ex Matth. Init. fol. 65. a t. *In illo tempore venit ad Iesum princeps synagogae*, *accessit*, *et adoravit eum*. XVIII. Dominica sexta post pentecosten, ex Matth. Init. fol. 66. *In illo tempore ascendit Iesus in navim*, *et transmeavit ad suam civitatem*. XIX. Sabbatho septimo post pentecosten, ex Matth. Init. fol. 67. a t. *Dixit Dominus*: *qui amat patrem aut matrem plus quam me*, *non est me dignus*. XX. Dominica septima post pentecosten, ex Matth. Initium fol. 68. *In illo tempore transeunte inde Iesu*, *sequuti sunt eum duo caeci clamantes et dicentes*: *miserere nostri*, *o fili David*. XXI. Sabbatho octavo post pentecosten, ex Matth. Init. fol. 70. *Dixit Dominus*: *qui non est mecum*, *contra me est*; *et qui non congregat mecum*, *spargit*. XXII. Dominica octava post pentecosten, ex Matth. Init. fol. 70. a t. *In illo tempore vidit Iesus turbas multas*. *Misertus est autem earum*, *et sanavit morbos earum*. XXIII. Sabbatho nono post pentecosten, ex Matth. Init. fol. 71. a terg. *In illo tempore vocavit Iesus discipulos suos*, *et ait illis*: *misereor super turbas*. XXIV. Dominica nona post pentecosten, ex Matth. Init. fol. 72. *In illo tempore compulit Iesus discipulos suos*, *ut ascenderent in navim*. XXV. Sabbatho decimo post pentecosten, ex Matth. Init. fol. 73, a t. *In illo tempore accesserunt ii*, *qui accipiebant didrachma vectigalis*, *ad Petrum*. XXVI. Dominica decima post pentecosten, ex Matth. Init. fol. 74. *In illo tempore accessit ad Iesum homo quidam*, *et procidit in genua eius*, *et dixit*. XXVII. Sabbatho undecimo post pentecosten, ex Matth. Init. fol. 76. *In illo tempore accesserunt Pharisaei ad Iesum*, *ut eum tentarent*, *dicentes*. XXVIII. Dominica undecima post pentecosten, ex Matth. initium fol. 76. a t. *Dixit Dominus hanc parabolam*: *assimilatur regnum caelorum homini regi*, *qui voluit accipere rationem a servis suis*. XXIX. Sabbatho duodecimo post pentecosten, ex Matth. Init. fol. 78. *In illo tempore*, *quum exiret Iesus de Hierico*, *sequutae sunt eum turbae multae*. XXX. Dominica duodecima post pentecosten, ex Matth. Init. ibidem. *In illo tempore accessit ad Iesum iuvenis quidam procumbens ad eius genua et dicens ei*. XXXI. Sabbatho decimo tertio post pentecosten, ex Matth. Init. f. 80. *In illo tempore abie-*

runt Pharisaei , consiliumque inierunt adversus Iesum , quomodo caperent eum in verbo. XXXII. Dominica decima tertia post pentecosten, ex Matth. Ibidem. *Dixit Dominus hanc parabolam : homo quidam erat pater familias , qui plantavit vineam , et sepem circumdedit ei.* XXXIII. Sabbatho decimo quarto post pentecosten , ex Matth. Initium fol. 83. *In illo tempore loquutus est Iesus ad turbas et discipulos suos , dicens : super cathedram Mosis sederunt pontifices et Pharisaei.* XXXIV. Dominica decima quarta post pentecosten, ex Matth. Initium fol. 83. a terg. *Dixit Dominus hanc parabolam : assimilatur regnum caeli homini regi , qui fecit filio suo nuptias.* XXXV. Sabbatho decimo quinto post pentecosten , ex Matth. Initium fol. 84. *In illo tempore accesserunt discipuli ad Iesum, et ostenderunt ei structuram templi.* XXXVI. Dominica decima quinta post pentecosten, ex Matthaeo. Init. fol. 85. a terg. *In illo tempore venit ad Iesum quidam legis peritus , ut tentaret eum , dicens.* XXXVII. Sabbatho decimo sexto post pentecosten , ex Matthaeo. init. fol. 87. a terg. *Dixit Dominus : amen , amen dico vobis , non praeteribit generatio haec , donec haec omnia fiant.* XXXIX. Dominica decima sexta post pentecosten , ex Matth. Initium fol. 88. *Dixit Dominus hanc parabolam : homo quidam proficiscens , vocavit praecipuos servos suos , et tradidit illis bona sua.* XL. Sabbatho decimo septimo post pentecosten, ex Matth. Init. fol. 90. *Dixit Dominus hanc parabolum : assimilatur regnum caeli decem virginibus.* XLI. Dominica decima septima post pentecosten , ex Matth. Init. f. 90. a terg. *In illo tempore ingressus est Iesus in fines Tyri et Sidonis , et ecce mulier chananaea.*

Lectiones ex Luca evangelista in sabbathis et dominicis , a capite anni , nempe a kalendis septembris ad dominicam carnisprivii post dominicam festi crucis novi anni . I. Lectio *sabbatho primo post caput anni , ex evangelio Lucae.* Init. fol. 92. *In illo tempore venit Iesus in Capharnahum civitatem Galilaeae , et docebat eos in sabbathis.* II. Dominica prima post caput anni , ex Luca. Initium fol. 92. a terg. *In illo tempore stabat Iesus secus mare Genesaret ; vidit autem duas naves.* III. Sabbatho secundo post caput anni , ex Luca . Init. fol. 93. a terg. *In illo tempore docebat Iesus ; et Pharisaei et legis doctores , qui venerant ex castellis Galilaeae.* IV. Dominica secunda post caput anni , ex Luc. Init. fol. 94. a tergo. *Dixit Dominus , quidquid vultis ut faciant vobis homines , ita et vos facite illis.* V. Sabbatho tertio post caput anni , ex Luc. Init. fol. 95. a terg. *In illo tempore quum transiret Iesus , vidit publicanum , nomine Levi , sedentem ad telonium.* VI. Dominica tertia post caput anni , ex Luc. ibidem. *In illo tempore ivit Iesus ad civitatem , quae vocatur Nain.* VII. Sabbatho quarto post caput anni , ex Luc. Init. fol. 96. a t. *In illo tempore transiit Iesus per sata in die*

sabbathi. VIII. Dominica quarta post caput anni, ex Luc. Init. fol. 97. *Dixit Dominus hanc parabolam: exiit seminator ad seminandum semen suum.* IX. Sabbatho quinto post caput anni, ex Luca. Init. fol. 98. a t. *In illo tempore ingressus est Iesus in Capharnahum.* X. Dominica quinta post caput anni, ex Luc. Iuit. fol. 99. *Dixit Dominus hanc parabolam: homo quidam erat dives, et induebatur purpura.* XI. Sabbatho sexto post caput anni, ex Luc. Initium fol. 101. a tergo. *Dixit Dominus: nemo accendit lucernam.* XII. Dominica sexta post caput anni, ex Luc. Ibid. *In illo tempore venit Iesus in regionem Genaserenorum, quae est trans Galilaeam.* XIII. Dominica sexta post caput anni, ex Luc. Init. f. 104. *In illo tempore vocavit Iesus duodecim discipulos suos, deditque eis potestatem et virtutem super omnes daemones.* XIV. Dominica septima post caput anni, ex Luc. Init. fol. 104. a t. *In illo tempore, venit ad Iesum homo quidam, nomine Iairus.* XV. Sabbatho octavo post caput anni, ex Luc. Init. fol. 106. a terg. *In illo tempore quum descenderet Iesus de monte, occurrerunt ei turbae multae.* XVI. Dominica octava post caput anni, ex Luc. Init. fol. 107. *In illo tempore venit ad Iesum unus scriba, et surrexit ut tentaret, dicens.* XVII. Sabbatho nouo post caput anni, ex Luc. Init. fol. 109. *In illo tempore quum Iesus ambularet in via, dixit ei homo quidam: Domine sequar te.* XVIII. Dominica nona post caput anni, ex Luc. Init. fol. 109. a t. *Dixit Dominus hanc parabolam: homo quidam erat dives.* XIX. Sabbatho decimo post caput anni, ex Luc. Init. fol. 110. a terg. *Dixit Dominus discipulis: ecce iam dedi vobis potestatem.* XX. Dominica decima post caput anni, ex Luc. Init. fol. 111. *In illo tempore in uno sabbathorum, ecce mulier quae habebat spiritum infirmitatis.* XXI. Sabbatho undecimo post caput anni, ex Luc. Init. fol. 112. a t. *Dixit Dominus: ne timeas pusille grex.* XXII. Dominica undecima post caput anni, ex Luc. Initium fol. 113. *Dixit Dominus hanc parabolam: homo quidam fecit nuptias magnas.* XXIII. Sabbatho duodecimo post caput anni, ex Luc. Init. fol. 114. a t. *Dixit Dominus: simile est regnum caelorum grano sinapis.* XXIV. Dominica duodecima post caput anni, ex Luc. Init. fol. 115. *In illo tempore ingrediebatur Iesus in quoddam castellum.* XXV. Sabbatho decimo tertio post caput anni, ex Luc. Init. fol. 116. *In illo tempore venit Iesus in domum cuiusdam ex Pharisaeis.* XXVI. Dominica decima tertia post caput anni, ex Luc. Init. fol. 117. *In illo tempore accessit ad Iesum homo quidam ex scribis; et dixit ei, magister.* XXVII. Sabbatho decimo quarto post caput anni, ex Luc. Init. fol. 118. *Dixit Dominus: fidelis in paucis, in multis etiam est fidelis.* XXVIII. Dominica decima quarta post caput anni, ex Luc. Init. ibid. *In illo tempore ingrediebatur Iesus in Hierico.* XXIX. Sabbatho decimo quinto post caput anni, ex Luc. Init. fol. 120. *Dixit Dominus: cavete*

vobis; si peccaverit frater tuus, corripe eum. XXX. Dominica decima quinta post caput anni, ex Luc. Init. f. 120. *In illo tempore quum ingressus est Iesus in Hierico, perambulabat civitatem.* XXXI. Sabbatho decimo sexto post caput anni, ex Luc. Init. fol. 122. *Dixit Dominus hanc parabolam: iudex erat in civitate.* XXXII. Dominica decima sexta post caput anni, *quae Pharisaei et publicani nuncupatur*, ex Luc. Init. fol. 122. a terg. *Dixit Dominus parabolam hanc adversus eos, qui de se ipsis confidunt, quod iusti sint.* XXXIII. Sabbatho decimo septimo post caput anni, ex Luc. Initium fol. 123. a terg. *Dixit Dominus: cavete vobis a scribis, qui volunt.* XXXIV. Dominica decima septima post caput anni, *quae est dominica filii prodigi*: ex Luc. Init. fol. 124. *Dixit Iesus hanc parabolam: homo quidam habebat duos filios.* XXXV. *Sabbatho carnisprivii*, Graecis τῆς ἀπόκρεω, ex Luc. fol. 126. a terg. *Dixit Dominus: videte, ne quis vos decipiat: multi enim venient in nomine meo.* XXXVI. Dominica carnisprivii, ex Matth. Init. fol. 127. *Dixit Dominus: quum venerit filius hominis in gloria sua, et omnes angeli cum eo.* XXXVII. Sabbatho abstinentiae a caseo, Graecis τῆς τυροφάγου, ex Matth. Init. fol. 128. a terg. *Dixit Dominus: videte, ne faciatis iustitias vestras coram hominibus.* XXXVIII. Dominica abstinentiae a caseo, ex Matth. Init. fol. 129. *Dixit Dominus: si dimiseritis hominibus delicta eorum, pater vester, qui est in caelis, dimittet vobis delicta vestra.* XXXIX. Feria secunda pura hebdomadae primae sacri ieiunii. Quaere sabbathum abstinentiae a carne. fol. 130. XL. Feria tertia hebd. primae sacri ieiunii. Quaere sabbathum abstinentiae a caseo. Ibidem. XLI. Feria quarta hebdomadae 1. sacri ieiunii, ex Marco. Init. fol. 130. a t. *Dixit Dominus: si habueritis fidem in Deo, amen dico vobis, qui dixerit huic monti.* XLII. Feria quinta hebdomadae 1. sacri ieiunii, ex Matth. Initium fol. 131. *Dixit Dominus: petite, et dabitur vobis: quaerite, et invenietis.* XLIII. Feria sexta hebdomadae 1. ieiunii, ex Iohanne. Initium ibid. *Dixit Dominus: ego sum vitis vera, et pater meus est agricola.*

Lectiones ex sancto Marco evangelista. I. Lectio *sabbatho primo sacri ieiunii, quod est sabbathum sancti Theodori*, ex Marco Init. fol. 131. a terg. *In illo tempore quum Iesus in quodam sabbathorum inter sata ambularet.* II. Dominica prima ieiunii. Quaere medium evangelii feriae quartae post pascha, cuius initium: *voluit Iesus*. fol. 132. a tergo. III. Sabbatho secundo ieiunii ex Marc. Init. ibidem. *In illo tempore venit Iesus in locum desertum, et ibi orabat.* IV. Dominica secunda ieiunii, ex Marc. Init. fol. 133. *In illo tempore ingressus est Iesus in Capharnahum post dies, et auditum est de eo quod esset in domo.* V. Sabbatho tertio ieiunii, ex Marc. Init. fol. 135. *In illo tempore quum transiret Iesus, vidit Levi filium Alphaei sedentem ad telonium.*

VI. Dominica tertia ieiunii, ex Marc. Init. fol. 134. a terg. *Dixit Dominus: qui vult post me venire, abneget semet ipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.* VII. Sabbatho quarto ieiunii, ex Marc. Init. fol. 136. a terg. *In illo tempore abiit Iesus in fines Tyri et Sidonis, et quum ingressus esset domum.* VIII. Dominica quarta ieiunii, ex Marc. Init. fol. 137. *In illo tempore venit ad Iesum unus ex principibus dicens: magister, adduxi filium meum ad te.* IX. Sabbatho quinto ieiunii, ex Marc. Init. fol. 139. *In illo tempore venit Iesus et discipuli eius in oppida Caesareae Philippi.* X. Dominica quinta ieiunii, ex Marc. Init. fol. 139. a terg. *In illo tempore duxit Iesus duodecim, et coepit dicere eis quae sibi essent eventura; quia ecce ascendimus in Hierusalem.* XI. Sabbatho sexto ieiunii quod est sabbathum Lazari; ex Iohanne. Init. fol. 141. a terg. *In illo tempore erat homo quidam infirmus, nomine Lazarus.* XII. Dominica hosannarum, ad matutinum post canonem, ex Matthaeo. Init. fol. 143. *In illo tempore quum appropinquavit Iesus Hierusalem, et venit Bethphage iuxta montem olivarum.* XIII. Ad missam in die dominicae olivae ex Iohanne. Init. fol. 144. *Et ante sex dies paschatis venit Iesus in Bethaniam.* XIV. Feria secunda magna, ad matutinum, ex Matth. Init. fol. 146. a terg. *In illo tempore, quum transiret in urbem, esuriit; vidit autem ficum unam.* XV. Feria secunda magna ad vesperas, ex Matthaeo. Init. fol. 149. *In illo tempore, quum Iesus sederet ad montem olivarum, accesserunt ad eum discipuli eius.* XVI. Feria tertia magna, ex Matthaeo. Init. fol. 150. a terg. *In illo tempore abierunt Pharisaei, et consilium inierunt in Iesum, ut caperent eum in verbo.* XVII. Feria tertia magna ad vesperas, ex Matth. Init. fol. 147. a t. *Dixit Dominus discipulis suis: de die autem illo et illa hora nemo novit.* XVIII. Feria quarta magna ad matutinum, ex Iohanne. Init. f. 156. a terg. *Testimonium autem perhibuit turba, quae erat cum eo, quod vocavit Lazarum de sepulcro, et resuscitavit eum a mortuis.* XIX. Feria quarta magna ad vesperas, ex Matth. Init. f. 158. a t. *In illo tempore erat Iesus in Bethania apud Simeonem leprosum.* XX. Feria quinta magna ad matutinum, ex Matth. Init. fol. 159. *In illo tempore appropinquabat festum azymi, quod vocatur pascha.* XXI. Feria quinta magna, ad ablutionem pedum, ex Iohanne. Init. fol. 160. a tergo. *In illo tempore ante festum paschatis cognovit Iesus, quod hora appropinquaret.* XXII. Post ablutionem, ex Iohanne. Init. fol. 161. *In illo tempore quum lavisset pedes eorum, suis se vestibus induit, et recubuit, et dixit eis.* XXIII. Feria quinta magna, in vesperis ad missam, ex Matthaeo. Init. fol. 161. a terg. *Dixit Dominus discipulis suis: scitis quod pascha fiet post biduum.* Subiunguntur lectiones ex Iohanne, Matthaeo, et Luca, ex quibus una veluti lectio ad missam feriae V. conficitur. *Lectiones sacrorum evangeliorum, quae*

recitantur diluculo feriae sextae magnae. Videlicet XXIV. Evangelium primum, quod est *evangelium commendationis.* Ad noctem feriae VI. magnae, ex Iohanne. Init. fol. 166. *Dixit Dominus discipulis suis: nunc clarificatus est filius hominis.* XXV. Evangelium secundum feriae VI. magnae ad noctem, ex Ioh. Init. fol. 172. *In illo tempore egressus est Iesus, et discipuli eius ad vallem Cedron, ubi erat hortus.* XXVI. Evangelium tertium feriae VI. magnae ad noctem, ex Matth. Init. fol. 173. a t. *In illo tempore ceperunt milites Iesum, et duxerunt eum ad Caiapham principem sacerdotum.* XXVII. Evangelium quartum feriae VI. magnae ad noctem, ex Iohanne. Initium fol. 174. a terg. *In illo tempore duxerunt Iesum a Caiapha ad praetorium* XXVIII. Evangelium quintum feriae VI. magnae ad noctem, ex Matthaeo. Init. fol. 176. *In illo tempore quum vidisset Iudas, quod condemnatus esset, paenituit eum, et restituit triginta argenteos principibus sacerdotum.* XXIX. Evangelium sextum feriae VI. magnae ad noctem, ex Matth. Init. fol. 177. a terg. *In illo tempore duxerunt milites Iesum intra atrium, quod est praetorium, et convocaverunt totam cohortem suam.* XXX. Evangelium septimum feriae VI. magnae ad noctem, ex Matth. Init. fol. 178. a t. *In illo tempore venerunt milites ad locum, qui dicitur Gelgeltha.* XXXI. Evangelium octavum feriae VI. magnae ad noctem, ex Luca. Initium fol. 179. a terg. *In illo tempore ducebantur cum Iesu duo alii malefactores, ut crucifigerentur cum eo.* XXXII. Evangelium nonum feriae VI. magnae ad noctem, ex Ioh. Init. fol. 180. a t. *In illo tempore steterunt iuxta crucem Iesu mater eius, et soror matris eius.* XXXIII. Evangelium decimum feriae VI. magnae ad noctem, ex Marc. Init. fol. 181. *In illo tempore venit Ioseph, qui est ex Ramatha, vir dives et timens Deum.* XXXIV. Evangelium undecimum feriae VI. magnae ad noctem, ex Ioh. Init. fol. 181. a terg. *In illo tempore rogavit Pilatum Ioseph, qui est ex Ramatha, qui erat discipulus Iesu.* XXXV. Evangelium duodecimum feriae VI. magnae ad noctem, ex Matthaeo. Initium ibidem. *Et postero die, qui est post feriam sextam, congregati sunt principes sacerdotum, et Pharisaei ad Pilatum, et dixerunt ei.* Consequuntur evangelia, quae leguntur ad horas diei feriae sextae magnae. Videlicet XXXVI. Ad horam primam, ex Matthaeo. Init. fol. 182. *In illo tempore quum vidisset Iudas, qui eum tradidit, quod condemnatus esset.* XXXVII. Ad horam tertiam, ex Marco. Init. fol. 184. *In illo tempore duxerunt servi Iesum ad atrium Caiaphae, quod est praetorium.* XXXVIII. Ad horam sextam. Quaere evangelium octavum sanctae passionis. fol. 185. XXXIX. Ad horam nonam, ex Iohanne. Init. fol. 185. a terg. *In illo tempore quum crucifixissent milites Iesum, ceperunt vestimenta eius, eaque diviserunt in quatuor partes.* XL. Ad vesperas, ex Matthaeo. Init. fol. 186. a terg. *In illo tempore consilium inierunt princi-*

pes sacerdotum, et seniores in Iesum, ut eum morti traderent. XLI. Sabbatho magno ad matutinum, ex Matthaeo. Quaere feriae VI. magnae sectionem duodecimam ex evangelis passionis. fol. 189. XLII. In nocte paschatis, sive sabbatho magno, ad missam, ex Matthaeo. Init. fol. 189. a terg. *Vespere autem sabbathi, diluculo primi diei sabbathorum, venit Maria Magdalena, et Maria altera.* XLIII. Dominica prima resurrectionis, ex Matthaeo. Init. fol. 191. a terg. *Undecim autem discipuli abierunt ad montem Galilaeae, ubi constituerat illis Iesus.* Adnotatio librarii fol. 192. a t. *Absoluta sunt sacrosancta evangelia, quae leguntur in sabbathis, et dominicis totius anni, una cum suis paraphrasibus et declarationibus, ope domini nostri Iesu Christi, cui laus semper, amen.* Consequuntur evangelia XI. resurrectionis, hocce monito praenotata. *Initium sanctorum evangeliorum, quae leguntur ad resurrectionem domini Iesu Christi, dominicis ad matutinum post canonem, et dices in hebdomada paschatis ad adorationem feria 2. primum ex eothinis: feria 3. tertium ex eothinis: feria 4. quartum ex eothinis: feria 5. ex eothinis septimum: feria 6. octavum ex eothinis: sabbatho ex eothinis decimum. Dominica Thomae ad matutinum nonum ex eothinis, usque ad medium: ad missam vero totum recitabis.* fol. 193. XLIV. Porro evangelium primum resurcectionis, ex Matthaeo. Quaere evangelium ad noctem paschatis, cuius initium: *undecim autem discipuli.* Ibidem. XLV. Evangelium secundum resurrectionis, ex Marc. Init. ibidem. *Quum transisset sabbathum, Maria Magdalena, et Maria mater Iacobi, et Salome.* XLVI. Evangelium tertium resurrectionis, ex Marc. Init. fol. 196. *In illo tempore surrexit Iesus mane primi sabbathorum, et apparuit primo Mariae Magdalenae.* XLVII. Evangelium quartum resurrectionis, ex Luca. Init. fol. 197. a terg. *In illo tempore primo sabbathorum summo mane venerunt mulieres ad sepulchrum.* XLVIII. Evangelium quintum resurrectionis, ex Luca. init. fol. 199. *In illo tempore surrexit Petrus, et ivit ad sepulcrum.* XLIX. Evangelium sextum resurrectionis. Quaere fer. V. ascensionis, cuius initium: *resurrexit Iesus a mortuis.* Fol. 204. L. Evangelium septimum resurrectionis, ex Iohanne. Init. fol. 204. *In illo tempore in primo sabbathorum venit Maria Magdalena ad sepulcrum, et erant adhuc tenebrae.* LI. Evangelium octavum, et Ioh. Initium fol. 205. *In illo tempore Maria stetit ad sepulcrum, plorans foris.* LII. Evangelium nonum resurrectionis, ex Ioh. Quaere evangelium dominicae novae, cuius initium: *et vespere illius diei.* fol. 208. LIII. Evangelium decimum resurrectionis, ex Iohanne. Initium. fol. 208. a terg. *In illo tempore manifestavit se Iesus discipulis suis, postquam resurrexit a mortuis.* LVI. Evangelium undecimum resurrectionis, ex Iohanne. Quaere evangelium diei sabbathi pentecostes, cuius initium: *manifestavit seipsum Iesus discipulis suis post-*

quam resurrexit a mortuis. Fol. 209. Adnotatio, ibidem: *absoluta sunt, ope Dei, evangelia sanctae resurrectionis.*

Synaxarium anni, sive kalendarium sanctorum, pro quibus evangelicae lectiones assignantur, a kalendis mensis septembris, a quibus anni ecclesiastici initium graeci Melchitae arcessunt, ad augustum inclusive. Quae per extensum descripta sunt evangelia, eorum initia in gratiam sacrorum rituum studiosorum proferemus. Videlicet. *Mensis elul* (september) *habet dies triginta, horas diei duodecim, et noctis duodecim.* fol. 211. Die eius 1. commemoratio *sancti Simeonis stylitae, et archimandritae.* Legitur ex evangelio Lucae. *In illo tempore venit Iesus in Nazaret.* Ibidem. Die 2. Commemoratio *sancti Mamantis.* Quaere feriam sextam hebdomadae primae ieiunii. Eodem die commemoratio *patrum nostrorum sanctorum Iohannis ieiunatoris, et Pauli iunioris*, fol. 211. a t. Evangelium ex Matthaeo: *dixit Dominus, vos estis lux mundi.* Die 3. Commemoratio *patris nostri Anthimi.* Ex Iohanne. Initium fol. 212. *Ego sum ostium; qui per me intrat, salvabitur.* Die 4. Commemoratio *sancti Babylae et puerorum sanctorum eius sociorum.* Ex Luca. Initium ibidem. *In illo tempore misit Iesus septuaginta discipulos suos binos ante faciem suam.* Die 5. Commemoratio *prophetae sancti Zachariae patris Iohannis Baptistae.* Ex Matth. Init. fol. 213. *Dixit Dominus: vae vobis, scribae et Pharisaei.* Die 6. Commemoratio *archangelorum Michaëlis et Gabrielis.* Ex Luc. Init. fol. 213. a terg. *Dixit Dominus discipulis suis: qui vos audit, me audit.* Die 7. Commemoratio *sancti Sozontis et eius socii.* Ex Luca. Init. fol. 214. *Dixit Dominus discipulis suis: cavete ab hominibus, quia iniicient manus suas in vos.* Die 8. *nativitas Deiparae.* Ad matutinum ex Luca. Quaere diem 25. mensis martii. Ad missam, ex Luca. Init. fol. 215. *In illo tempore venit Iesus in quoddam castellorum; excepit autem eum mulier, nomine Martha.* Die 9. Commemoratio *sanctorum Ioachim et Annae.* Ex Luca. Initium fol. 216. a terg. *Dixit Dominus: nemo accendit lucernam, et ponit eam sub modio.* Die 10. *Adoratio venerandae crucis.* Quaere sabbathum septimum, ex Matthaeo. Fol. 217. Die 11. Commemoratio *sancti Autonomi.* Quaere dominicam primam, ex Matthaeo. Ibidem. Die 12. *Adoratio crucis.* Quaere feriam sextam, quae est post pentecosten. Ibidem. Die 13. *Adoratio crucis.* Ex Iohanne. Init. ibid. *Dixit Dominus: qui amat animam suam, perdet eam.* Sabbatho ante festum crucis. Quaere sabbathum septimum, ex Matthaeo, vel diem festum *Ioachim et Annae.* Fol. 217. a tergo. Dominica ante festum crucis. Ex Iohanne. Ibidem. *Dixit Dominus discipulis suis: non ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo.* Die 14. *Processio, seu exaltatio, venerandae crucis.* Ad matutinum ex Ioh. Init. fol. 218. a terg. *Pater, glorifica filium tuum. Venit ergo vox de caelo dicens, iam glori-*

ficavi, et iterum glorificabo. Ad missam, ex Ioh. Fol. 219. *In illo tempore consilium inierunt principes sacerdotum adversus Iesum, ut eum morti traderent*. Sabbatho post festum crucis. Quaere evangelium feriae sextae hebdomadae 4. post pascha, cuius initium: *dixit Dominus iis, qui venerunt ad ipsum ex Iudaeis: ego vado, et vos quaeretis me*. Fol. 222. Dominica post festum crucis. Quaere evangelium dominicae 3. ieiunii, cuius initium: *qui vult venire post me*. Ibid. Die 15. Commemoratio *sancti Nicetae*. Ex Matth. Init. fol. 222. a terg. *Dixit Dominus discipulis suis: ecce ego mitto vos, sicut oves inter lupos*. Die 16. Commemoratio *sanctae Euphemiae*. Ex Luca. Init. fol. 224. *In illo tempore rogavit quidam ex Pharisaeis Iesum, ut secum manducaret*. Die 17. Commemoratio *Sophiae et filiorum eius*. Quaere sabbathum septimum, ex Luca. Fol. 225. Die 18. Commemoratio *sancti Eumenii*; *quod nomen significat Fidem, Spem, et Charitatem*. Ex Luca. Init. fol. 225. *Dixit Dominus discipulis suis: nihil occultum, quod non revelabitur*. Die 19. Commemoratio *sancti Trophimi et sociorum*. Quaere dominicam primam, ex Matthaeo. Fol. 225. a tergo. Die 20. Commemoratio *sancti Eustathii*. Quaere diem 7. huius mensis. Ibidem. Die 21. Commemoratio *prophetae Ionae*. Ex Luc. Init. ibid. *In illo tempore quum turbae congregatae essent, coepit Iesus dicere: generatio haec adultera petit signum*. Die 22. Commemoratio *Phocae et sociorum eius*. Quaere sabbathum tertium post pascha. Fol. 226. Die 23. *annunciatio Iohannis Baptistae*. Ex Luca. Init. ibidem. *In illo tempore Elisabeth autem impletum est tempus pariendi*. Die 24. Commemoratio *sanctae protomartyris Theclae*. Quaere sabbathum decimum septimum ex Matthaeo. Fol. 226. a t. Die 26. Commemoratio *transitus apostoli theologi Iohannis*. Quaere sabbathum pentecostes. Ibidem. Die 27. Commemoratio *sancti Callistrati*. Quaere sabbathum tertium post pascha. Ibidem. Die 28. Commemoratio *patris nostri iusti Charitonis*. Ex Matth. Initium ibidem. *Dixit Dominus discipulis suis: omnia mihi tradita sunt a patre meo, neque filium quis novit, nisi pater*. Die 29. Commemoratio *sancti Cyriaci*. Quaere diem 21. octobris. Fol. 227. Die 30. Commemoratio *Gregorii Armeniae*. Ex Matthaeo. Init. Ibidem. *Dixit Dominus: vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester veniet*.

Mensis tesrin prior (october) *habet dies* XXXI. *horas diei* XI. *et horas noctis* XIII. fol. 227. a terg. Die eius 1. Commemoratio *Ananiae apostoli, et sancti Romani*. Quaere evangelium diei 2. septembris. Ibidem. Die 2. Commemoratio *Cypriani episcopi et Iustinae*. Quaere diem 3. septembris. Ibidem. Die 3. Commemoratio *sancti Dionysii episcopi*. Ex Matthaeo. Init. Ibid. *Dixit Dominus hanc parabolam: assimilatur regnum caelorum thesauro abscondito in agro*. Die 4. Commemoratio *sancti Hierothei*. Quaere diem 2. septembris. Fol. 228. Die 5. Commemoratio *sanctae Chri-*

stinae, *et commemoratio Pauli simplicis*. Quaere dominicam X. ex Luca. Ibidem. Die 6. Commemoratio *apostoli Thomae*. Quaere dominicam novam. Ibidem. Die 7. Commemoratio *sanctorum Sergii et Bacchi*. Vide diem 20. septembris. Ibidem. Die 8. Commemoratio *sanctae Pelagiae*. Ex Ioh. Init. fol. 228. a terg. *In illo tempore perrexit Iesus in montem olivarum; et diluculo iterum venit in templum. Populus autem venit ad eum, et ipse sedens docebat eos. Adduxerunt autem principes sacerdotum, et Pharisaei mulierem, in adulterio deprehensam, et statuerunt eam in medio*. Historia haec adulterae in plerisque arabicis evangelii Iohannis exemplaribus, uti et in syriacis, desideratur. Die 9. Commemoratio *Iacobi apostoli filii Alphaei*. Vide diem 18. octobris. Eodem die commemoratio *sanctorum Seleuci, et Stratonicae*. Vide sabbathum decimum septimum ex Luca. Die 10. Commemoratio *Eulanii et Eulaniae*. (Lege *Eulampii et Eulampiae*.) Vide sabbathum XVII. ex Luca. Fol. 229. Die 11. Commemoratio *patrum nostrorum sanctorum patriarcharum Nectarii, Arsacii, Attici, et Sisinii*. Vide diem 2. septembris. Eodem die commemoratio *sanctorum Tarachi, Probi, et Andronici*. Vide die 20. septembris. Die 12. Commemoratio *sancti Zenobii* (alias *Zenonidis*.) Ex Marco. Initium fol. 229. *Dixit Dominus: vigilate et orate*. Die 13. Commemoratio sanctorum *Papyli, Trophimi, et Cypriani*. Ex Matth. Init. fol. 230. *Dixit Dominus: quemadmodum vultis ut homines faciant vobis, ita et vos facite eis*. Die 14. Commemoratio sanctorum *Nazarii, Gervasii, Protasii, Celsi, et Lucani*. Vide sabbathum tertium post pascha, et diem 20. septembris. Fol. 230. a terg. Die 15. Commemoratio sancti *Lucani*. Quaere sabbathum 3. post pascha. Die 16. Commemoratio sancti *Longini centurionis*. Quaere diem 15. septembris. Die 17. Commemoratio sanctorum *christianorum totius terrae*. Quaere diem 20. septembris. Die 18. Commemoratio *apostoli Lucae evangelistae*. Quaere diem 6. septembris. Die 19. Commemoratio sancti *Meletii episcopi Cypri*. Vide diem 2. septembris. Die 20. Commemoratio *sancti magni Artemii*. Vide sabbathum 3. post pascha. Die 21. Commemoratio *sancti patris nostri Hilarii* (lege *Hilarionis*.) Ex Luca. Idemque evangelium legitur in festo *S. Nicolai* Initium fol. 230. a terg. *In illo tempore stetit Iesus in loco campestri*. Die 22. Commemoratio sancti *Abercii*. Quaere diem 20. ianuariii. Fol. 231. Die 23. Commemoratio *apostoli Iacobi fratris Domini, et puerorum speluncae; idest septem dormientium Ephesi*. Quaere sabbathum VI. ex Luca. Die 24. Commemoratio sancti *Harethae et sociorum eius*. Quaere dominicam 1. ex Matthaeo. Die 25. Commemoratio *sanctorum notariorum Marciani et Martyrii*. Quaere diem 18. septembris. Die 26. Commemoratio sancti *Demetrii et memoria terraemotus*. Evangelium de terraemotu ex Matthaeo. Initium fol. 230. *In illo tempore ascendit Iesus in navim*. Evangelium de sancto. Vide sabb. 3. post pascha. Die 27. Commemoratio *sanc-*

ti *Nestoris*. Vide diem 15. septembris. Fol. 231. a terg. Die 28. Commemoratio saucti *Andreae et sociorum eius*. Quaere diem 20. septembris. Die 29. Commemoratio *S. P. N. Abrahami et neptis eius, discipulorum Cyriaci et sociorum*. Quaere diem 2. septembris. Die 31. *certamen sancti hieromartyris Epimachi*. Quaere diem 20. ianuarii.

Mensis tesrin posterior (november) *habet dies XXX, horas diei X, et noctis XIV*. Fol. 233. Die eius 1. Commemoratio *apostoli Ananiae, et sancti Romani*. Quaere diem 2. septembris. Eodem die commemoratio *sanctorum thaumaturgorum Cosmae et Damiani*. Ex Matthaeo. Initium fol. 232. *In illo tempore vocavit Iesus discipulos suos duodecim, et dedit eis potestatem super spiritus immundos*. Die 2. Commemoratio *sancti Acyndini et sociorum eius*. Ibidem. Vide feriam VI. hebdomadae 5. post pascha, a medio illius evangelii, cuius initium: *et erant encaenia in Hierusalem*. Die 3. Commemoratio *sancti Achesimae* (lege *Acepsimae*) *episcopi*. Vide diem 25. octobris. Die 4. Commemoratio patris nostri *Ioannicii*. Ibidem. Vide diem 21. octobris. Die 5. Commemoratio sancti *Theodoti*. Vide diem 4. decembris. Die 6. Commemoratio sancti *Pauli confessoris*. Ibidem. Quaere 25. decembris. Die 7. Commemoratio *martyrum XXXIII Melitinae*. Ibidem. Vide 25. octobris. Die 8. Commemoratio *Michaëlis archangeli*. Vide 18. octobris. Die 9. Commemoratio sanctae *Matronae*. Vide sabbathum XVII, ex Matthaeo. Die 10. Commemoratio sancti *Erasti*. Quaere 25. septembris. Die 11. Commemoratio sancti *Mennae et sociorum eius*. Quaere sabbathum 3. post pascha. Dio 12. Commemoratio sancti *Iohannis eleemosynarii*. Quaere 21. octobris. Die 13. Commemoratio saucti *Iohannis chrysostomi*. Quaere 3. septembris. Die 14. Commemoratio *Philippi apostoli*. Vide feriam 4. post pascha. Die 15. Commemoratio sanctorum *Guriae, Samonae, et Habibi*. Quaere 20. septembris. Die 16. Commemoratio *apostoli Matthaei evangelistae*. Quaere sabbathum 5, ex Matthaeo. Die 17. Commemoratio sancti *Gregorii thaumaturgi*. Fol. 233. Quaere diem 1. huius mensis. Die 18. Commemoratio *martyrum Platonis, et Romani*. Ibidem. Quaere sabbathum 3. post pascha. Die 19. Commemoratio *patrum patriarcharum Maximiani, et Gennadii*. Quaere 2. septembris. Die 20. Commemoratio SS. *Maximiani* (lege *Maximi*) *et Gennadii*. Quaere diem 2. septembris. Die 21. *Ingressus* seu *praesentatio Deiparae in templum*. Quaere 8. septembris. Die 22. Commemoratio *martyris Mercurii*. Quaere sabbathum 3. post pascha. Die 23. Commemoratio *Petri praesulis Alexandriae*. Quaero sabbathum 11, ex Luca. Die 24. Commemoratio sanctae *Catharinae*. Quaere 4. decembris. Die 25. Commemoratio sancti *Clementis*. Quaere diem 2. septembris. Die 26. Commemoratio *Silae apostoli*. Quaere 18. octobris. Die 27. Commemoratio *Iacobi persae intercisi*. Quaere sabbathum 3. post pascha. Die 28. Commemoratio *Stepha-*

ni iunioris. Quaere 25. octobris. Die 29. Commemoratio sancti *Irenarchi martyris*. Fol. 233. a terg. Quaere 25. septembris. Die 30. Commemoratio *Andreae apostoli*. Vide feriam IV. post pascha *lectio de Philippo*.

Mensis canun prior (december) *habet dies XXXI, horas diei IX, et noctis XV*. Fol. 233. a tergo. Die eius 1. Commemoratio *Nahum prophetae*. Quaere diem 5. septembris. Ibidem. Die 2. Commemoratio *Habacuc prophetae*. Quaere 19. septembris. Die 3. Commemoratio *Sophoniae prophetae*. Quaere 5. septembris. Die 4. Commemoratio sanctae *Barbarae*. Ex Marco. Init. ibidem. *In illo tempore sequutae sunt Iesum turbae multae, et comprimebant eum. Erat autem mulier in profluvio sanguinis ab annis duodecim*. Die 5. Commemoratio sancti *Sabae*. Fol. 234. a terg. Quaere 20. ianuarii. Die 6. Commemoratio sancti *Nicolai*. Ibidem. Quaere 21. octobris. Die 7. Commemoratio sancti *Ambrosii*. Quaere sabbathum 3. post pascha. Die 8. Commemoratio sancti *patris nostri Antonii*. Quaere sabbathum 6. Ex Luca. Die 9. *annunciatio Annae matris Dominae*. Vide sabbathum 6. ex Luca. Die 10. Commemoratio sancti *Achillei*. Fol. 235. Vide sabbathum 6. ex Luca. Die 11. Commemoratio sancti *Danielis stylitae*. Quaere dominicam 3. ieiunii. Die 12. Commemoratio sancti *Spyridionis*. Quaere diem 3. septembris. Die 13. Commemoratio *Eustratii et sociorum eius*. Vide 25. octobris. Die 14. Commemoratio *Philemonis, Thyrsi, et Lucii, et sociorum eorum*. Quaere diem 20. septembris. Die 15. Commemoratio sancti *Eleutherii*. Quaere dominicam 10. ex Luca. Die 16. Commemoratio *Haggaei prophetae*. Quaere diem 5. huius mensis. Die 17. Commemoratio *Danielis prophetae, et trium puerorum*. Quaere dominicam, quae est *de omnibus sanctis*. Die 18. Commemoratio sancti *Philothei*. Quaere 25. septembris. Die 19. *martyrium sanctorum Bonifacii, Addae, et Athenodori*. Quaere sabbathum 3. post pascha. Die 20. Commemoratio *patris patriarchae*. (adde *Ignatii*.) Ex Marco. Initium fol. 235. *In illo tempore venit Iesus et discipuli eius in Capharnahum. Quumque esset intra domum, interrogavit eos: quid cogitabatis in via?* Sabbatho ante nativitatem Domini. Quaere sabbathum 12. ex Luca. Dominica ante nativitatem Domini. Ad matutinum. Quaere evangelium dominicae, cuius initium: *generatio autem Iesu Christi*. Ad missam eiusdem dominicae. Ex Matthaeo. Initium fol. 236: *liber generationis Iesu Christi, filii David, filii Abraham*. Die 21. Commemoratio sanctae *Iulianae*. Quaere diem 4. huius mensis. Die 22. Commemoratio sanctae *Anastasiae*. Ex Marco. Initium fol. 239. a terg. *Dixit Dominus: cavete a scribis, qui volunt salutari in vicis*. Die 23. Commemoratio *decem martyrum cretensium*. Quaere dominicam 1. ex Matthaeo. Die 24. Commemoratio sanctae *Eugeniae*. Quaere diem 6. septembris. Die 25. *nativitas domini ac Dei nostri Iesu Christi in carne*. In vesperis ad missam, ex Luca. Init. fol. 236. *In illo tempore*

Lectiones evangelicae, et nonnullae orationes, et benedictiones sacerdotibus necessariae, ad usum Graecorum melchitarum, et Syrorum maronitarum, et iacobitarum, ex eorumdem libris depromptae, Eae autem sunt universim quinquaginta, quarum series initio perscribitur. Videlicet. 1. *Pro muliere sterili.* 2. *Pro muliere quae difficultate pariendi laborat.* 3. *Pro puerpera.* 4. *Ordo ingressus puerperae in ecclesiam post quadraginta a partu dies.* 5. *Pro infantibus.* 6. *Pro tonsione capitis pueri.* 7. *Pro puero scholam ingrediente.* 8. *Pro puero hebetis ingenii.* 9. *Pro puero, quem quis adoptare velit in filium, et educare.* 10. *Pro homine perterrefacto.* 11. *Pro meticuloso.* 12. *Pro afflicto.* 13. *Pro iratis, et reconciliatione inimicorum.* 14. *Pro obtinenda benedictione.* 15. *Pro opibus et possessionibus.* 16. *Super fundamentum domus.* 17. *In ingressu in novam domum.* 18. *Pro consecratione domus.* 19. *Pro benedictione domus.* 20. *Pro domo a daemone infestata.* 21. *Super novum puteum.* 22. *Super puteum, in quem quid immundum ceciderit.* 23. *Super vinum, si immundum evaserit.* 24. *Super oleum immundum.* 25. *Super hominem, si quid immundum manducaverit.* 26. *Pro iter faciente.* 27. *Super sementem.* 28. *Super mensam.* 29. *Super ea quae mensae superadduntur.* 30. *Super pepones et cucumeres.* 31. *Super fructus.* 32. *Alia post comestionem.* 33. *Item alia post comestionem.* 34. *Precatio post sublatam mensam.* 35. *Super altare ab haereticis vel ethnicis pollutum.* 36. *Benedictio supellectilium et vasorum altaris.* 38. *Benedictio iconum novarum.* 39. *Benedictio novae crucis.* 40. *Oratio super granum coctum, quod offertur in festis sanctorum.* 41. *Lectiones evangelicae pro aegrotis viris.* 42. *Aliae pro aegrotis mulieribus.* 33. *Oratio pro infirmis et quocumque dolore affectis.* 44. *Preces ad Deiparam virginem pro infirmis.* 45. *Benedictio olei infirmorum.* 46. *Benedictio aquae pro infirmis.* 47. *Orationes super energumenos.* 48. *Aliae pro iisdem cum exorcismis SS. Basilii et Iohannis chrysostomi.* 49. *Absolutio graviter aegrotantium.* 50. *Oratio super moribundos.* Incipiunt pag. 1. Desinunt p. 284. in hanc adnotationem. *Explicit hic liber per manum humilis presbyteri Atallah Zendoh maronita. Die 15. decembris, anno Christi 1722. Et Deo gloria semper.*

LVII.

Codex in 8. bombyc. constans foliis 211, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codd. orientales a Petro Aloysio Carafa S. Congregationis de propaganda fide a secretis vaticanae bibliothecae addictos, olim septuagesimus. Ibi continentur.

1. *S. P. Theophili patriarchae* (alexandrini vigesimi tertii) *homilia*

de adventu Deiparae virginis in Aegyptum, habita in ecclesia S. Mariae de *Mohraca* in Thebaide. Est spuria, exhibet enim itinerarium, et acta sacrae familiae in Aegypto a sacris litteris prorsus aliena; quorum epitomen in synaxario Coptitarum ad diem 24. mensis *bescensii* (maii) quae memoriae eiusdem adventus Domini in Aegyptum sacra est, reperies. Init. fol. 1. a terg. Nonnulla folia sub initium et finem exciderunt. 2. *Pontificale et rituale* ecclesiae alexandrinae Coptitarum, in quo isthaec habentur. I. *Consecratio ecclesiae.* Incipit a lectionibus biblicis. Fol. 38. II. *Consecratio altaris.* Incipit a rubrica. Fol. 89. a terg. III. Subiunguntur *lectiones* ex psalmis et novo testamento, in missa de consecratione ecclesiae et altaris recitandae. Fol. 99. a terg. IV. *Oratio pro consecratione baptisterii.* Incipit fol. 102. V. *Ordo consecrationis patriarchae* alexandrini Coptitarum. Init. 104. Vide Renaudotium liturg. orient. tom. I. pag. 467., ubi integrum ordinationis patriarchae alexandrini officium ex codice coptico-arabico seguerianae bibliothecae, latine exhibetur. VI. *Exemplum consecrationis*, sive instrumentum psephismatis ad electionem patriarchae. Init. fol. 105. Vide ibid. pag. 485. VII. *Exemplum systaticae*, id est litterarum ad omnes Coptitarum episcopos ecclesiasque scriptarum, ad significandam electionem et consecrationem *Iohannis cognomento Ebn—Alcodsi*, qui in serie patriarcharum alexandrinorum octogesimus recensetur, quique patriarcha creatus die 8. februarii anno Christi 1300, obiit die 29. maii anno Christi 1320. Init. fol. 107. Vide ibid. pag. 487. VIII. *Consecratio metropolitae.* Init. fol. 111. Leguntur super eum omnes orationes episcoporum; quibus absolutis, haec dicitur oratio, *aeternus Dominus Deus* etc. IX. *Consecratio episcoporum.* Incipit ab admonitione ad episcopum consecrandum. Fol. 112. a terg. X. *Exemplum psephismatis*, seu cleri et populi testimonii ad patriarcham alexandrinum de bonis moribus electi episcopi, eiusque meritis. Init. fol. 115. a terg. X. *Exemplum systaticae de consecratione novi episcopi*, ad presbyteros et diaconos eius dioecesis. Init. fol. 120. a terg. XII. *Ordo enthronismi novi episcopi, cum in ecclesiam suam advenit.* Init. fol. 123. XIII. *Admonitio ad hegumenum ordinandum.* Init. fol. 125. a terg. XIV. *Admonitio ad presbyteros in eorum ordinatione.* Init. fol. 127. XV. *Alia admonitio ad presbyteros ordinandos, ex recensione Abulbarcati ben-Cabari presbyteri*, de quo alibi. Init. fol. 127. a terg. XVI. *Admonitiones aliae ad clericos ordinandos, secundum uniuscuiusque gradum.* Et primo quidem *admonitio ad anagosten.* Init. fol. 130. XVII. *Admonitio ad hypodiaconum.* Init. fol. 130. a terg. XVIII. *Admonitio ad diaconum.* Init. fol. 131. XIX. *Consecratio baptisterii, a Petro episcopo Behefestae Behensae*, Aegypti superioris civitatis, ordinata; uti sub initium adnotatur. Fol. 132. Adnectuntur lectiones biblicae in eadem consecratione baptisterii recitandae, quarum prima ex genesi. Fol. 134. a terg.

XX. *Exsequiae patriarcharum et episcoporum.* Init. fol. 141. a terg. XXI. *Exsequiae monachorum et monialium.* Init. fol. 159. XXII. *Concio*, seu *praefatio in sacrum evangelium, cum illud patriarcha legit.* Init. fol. 162. XXIII. *Praefationes tres in lectionem ex Paulo apostolo*, quarum prima incipit fol. 163. Altera ibidem. Tertia fol. 163. a terg. XXIV. *Lectiones* ex novo testamento recitandae *super eum, qui intra ecclesiam baptizatur, postquam sacerdos thus incendit.* Fol. 165. a terg. Init. XXV. *Ordo coronationis sponsorum*, adiectis lectionibus ex novo testamento tam super sponsos, quam in missa coronationis eorundem recitandis. Init. fol. 175. a terg. XXVI. *Ordo lampadis*, seu olei infirmorum, in septem orationes distributus, quarum unaquaeque binas lectiones ex apostolo et ex evangelio complectitur. Init. fol. 183. XXVII. *Lectiones* ex apostolo et evangelio in exsequiis defunctorum Christi fidelium pro diversitate eorum graduum recitandae. Fol. 196. Hic codex pertinuit olim ad bibliothecam hospitii Fratrum reformatorum sancti Francisci in urbe Misra vetere siti, uti in calce adnotatur. Eius vero aetas ad initium seculi decimi quarti videtur referenda; quo praedictus Iohannes patriarcha alexandrinus fuit creatus.

LVIII.

Codex in 4. bombyc. foliis constans 137, arabico sermone et litteris haud ineleganter exaratus, inter codices orientales a sacra Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, olim vigesimus; quo continetur.

Ordo divini officii per anni circulum, quo indicantur solemnitates martyrum et sanctorum, nec non orationes et lectiones biblicae singulis diebus in divinis officiis recitandae, iuxta ritum ecclesiae alexandrinae Coptitarum; praemissa praefatione de constitutione et methodo huiusce ordinis; cuius initium fol. 1. Consequitur kalendarium sanctorum cum indice lectionum biblicarum pro unoquoque die; item lectionum pro ieiunio Ninivitarum; pro quadragesima; pro hebdomada maiore; pro diebus pentecostes a dominica resurrectionis ad pentecosten inclusive; pro consecratione ecclesiae altaris et baptisterii; pro benedictione puerperae; pro baptismo; pro consecratione chrismatis; pro sponsalibus et matrimonio; pro sacro schemate monachorum et monialium; pro consecratione episcopi, eiusque in sede collocatione; pro septem horis canonicis; pro extrema unctione; pro defunctis episcopis patriarchis, presbyteris, et diaconis. Init. fol. 6. 2. *Excerpta ex epistola Severi patriarchae antiocheni ad Anastasium imperatorem ex urbe Caesarea data*, alia manu, uti et quae sequuntur, exarata. Init. fol. 127. 3. *Ex hexamerone sancti Epiphanii episcopi Cypri.* Fol. 128. 4. *Epocha annorum mundi, quam recensuere sanctus Epiphanius episcopus Cypri, et qui post eum floruerunt ab initio*

ad hunc usque diem, nempe ad annum mundi 7204. (Christi 1696) quo isthaec epocha dicitur in fine descripta. Init. fol. 129. a terg. 5. Tabula *festorum mobilium ab anno martyrum* 1447. *ad annum* 1484. (Christi 1730. ad annum 1778) Init. fol. 131. 6. *Narratio de obitu Iohannis Tuchensis* alexandrini Coptitarum patriarchae centesimi tertii, qui accidit feria quarta die 10. mensis baonae (iunii) anno martyrum 1434, hegirae 1130, (Christi 1718) quum sedisset annos 42, uti ibidem narratur. Is a catholica religione, summoque romano Pontifice haud fuit alienus, eiusque beneficio ac liberalitate e nitriensibus coenobiis atque patriarchali bibliotheca plures manuscripti codices in bibliothecam vaticanam inlati, uti in praefatione ad tom. I. bibliothecae orientalis Iosephus Simonius Assemanus profitetur. Adnectitur narratio de electione et consecratione Petri eius successoris, qui patriarchatum iniit quadragesimo post Iohannis obitum die. Init. fol. 135. a terg. 7. *Notitia climatum regionis Aegypti*, *et tributorum singulis eius provinciis impositorum anno hegirae* 777 (Christi 1371) sub kaliphis circassis qui Aegypti et Syriae imperium tenuerunt ab anno Christi 1332. usque ad annum 1517, quorum seriem videsis in catalogo mediceo cod. CXXXVIII a pag. 234. a cl. viro Stephano Evodio Assemano archiepiscopo apamensi summo studio elaborato. Init. fol. 137. 8. *Regula ad inveniendam epactam*, *indictionem*, *et pascha resurrectionis*, iuxta kalendarium vetus, quod Coptitae et ceteri orientales christiani adhuc retinent, Maronitis exceptis, qui reformationem gregorianam iam inde ab initio receperunt. Init. fol. 137. a terg. Is codex exaratus fuit anno Christi 1712. uti haec docent calligraphi verba, quae in clausula ordinis divini officii fol. 126. leguntur. *Completa est descriptio huius libri*, *complectentis indicationes ordinis divinii officii*, *sabbatho benedicto*, *die* 20. *mensis baonae* (iunii), *anni coptici martyrum* 1428, *qui respondet diei* 21. *mensis gemmadi prioris*, *anni arabici seu hegirae* 1124. (hoc est Christi 1712.) *Transcripsit autem hunc codicem*, *qui continet indicationes et alia*, *servus humilis Iohannes filius Iusti*, *filii Iohannis Al-Beckarcasi*, *qui hodie commoratur in urbe Misra a Deo custodita. Rogat sanctitatem omnium*, *qui hosce inertes characteres inspexerint*, *ut corde sincero*, *et lingua diserta dicant*: *o domine Iesu Christe*, *dimitte peccata servi tui Iohannis*, *harum litterarum scriptoris. Qui autem aliquid huiusmodi dixerit*, *esto ei pro uno triginta sex et centum in regno caelorum* etc.

LIX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 228, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales, vaticanae bibliothecae a S. Congregatione de propaganda fide addictos, olim quadragesimus tertius; quo continentur.

Catameros, id est lectiones ex novo testamento, quae ad vesperas, matutinum, et missam in dominicis et festis priorum sex anni coptici mensium, nempe *toth*, *babeh*, *hatur*, *chihach*, *tybi*, *et emscir*; sive *septembris*, *octobris*, *novembris*, *decembris*, *ianuarii*, *et februarii*, iuxta ritum ecclesiae alexandrinae Coptitarum, recitari solent. Init. fol. 1. Is codex ad decimum septimum Christi saeculum videtur referendus.

LX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 200, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. orientales a S. Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, olim quadragesimus quintus; quo continentur.

Catameros, id est lectiones ex vetere et novo testamento, nec non ex homiliis SS. patrum, in hebdomada passionis, a dominica hosannarum ad vesperas resurrectionis, iuxta ritum ecclesiae alexandrinae Coptitarum, ad vesperas, matutinum, et missam, recitandae. Init. fol. 1. Is codex scriptus est anno Christi 1673, uti isthaec ostendunt calligraphi verba, quae fol. 200. ad calcem leguntur. *Accidit complementum huius sanctae hebdomadae passionis, feria secunda benedicta, die 26. mensis barmudeh, anno millesimo octogesimo nono SS. martyrum, quorum preces Deus nobis elargiatur; qui respondet diei 14. moharrami, anni hegirae arabicae millesimi octogesimi quarti. Amanuensis autem pauper humiliter orat pro omnibus, qui errorem ibi invenerint et correxerint, ut Deus emendet eorum res et famam.*

LXI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 130, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codd. orientales a S. Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, olim quadragesimus quartus; ubi continetur.

Explicatio sectionum, quae ex novo testamento leguntur in divinis Coptitarum officiis, in feriis, et dominicis pentecostes, a dominica nova, seu in albis, usque ad dominicam pentecostes, et in festis mensis *barmudae*, *et bescensii*, sive aprilis, et maii, *tomus quintus*, auctore anonymo. Vide supra codd. XXXIX. ubi tomus primus exhibetur. Init. fol. 1. a tergo. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

LXII.

Codex in fol. bombyc. foliis constans 195, arabico sermone et litteris

eleganter exaratus, inter codd. arabicos ex Aegypto in vaticanam bibliothecam a Iosepho Simonio Assemano inlatos, olim decimus octavus; quo continetur.

Synaxarium seu martyrologium ecclesiae alexandrinae Coptitarum, in duos tomos divisum, auctore *Michaële episcopo Atribae et Meligae* in Aegypto inferiore, qui claruit circa annum martyrum millesimum centesimum quadragesimum primum (Christi 1425) *tomus primus*, qui sex menses complectitur, acta nempe compendiaria, seu elogia sanctorum, quorum memoria colitur sex prioribus anni coptici mensibus nempe a *toth* ad *emscir*, seu a septembri ad februarium; quaeque, si aniles fabulas et anachronismos palmares, quibus passim eadem sunt respersa, demas atque emendes, luce quidem dignissima esse arbitramur, ex eo potissimum, quod in iis tota ferme nationis Coptitarum, et Habessynorum historia describitur, ecclesiae alexandrinae traditiones, et ritus illustrantur, ac varia optimae notae monumenta ad sacram profanamque eruditionem, uti et orientalis historiae notitiam, spectantia referuntur. Titulus fol. 1. est huiusmodi. *In nomine patris et filii et spiritus sancti unius Dei, cui gloria semper in perpetuum et in aeternum. Amen. Incipimus ope Dei excelsi, et bonitate providentiae eius, scribere tomum primum libri synaxarii continentis epitomen vitarum martyrum per totum anni circulum; nec non angelorum, apostolorum, et sanctorum memorias, iuxta recensionem factam a patre Michaële episcopo Atribae et Meligae, et ab aliis sanctis patribus. Ipse vero liber synaxarium graece appellatur, quod arabice collectionem sonat.* Porro seriem solemnitatum et sanctorum, qui in hocce martyrologio laudantur, heic proferendam duximus in gratiam sacrorum rituum studiosorum, ut inde hodiernam Coptitarum monophysitarum disciplinam et ritum intelligant. Describimus nomina sanctorum prout in hoc synaxario exprimuntur; ubi tamen ex inscitia vel auctoris vel calligraphi pleraque luxata sunt atque depravata.

Mensis toth (september) unde initium anni coptici, a die tamen 28. augusti. Singulis mensibus praefigitur epigraphe de horis eorum dierum. Init. fol. 1. *Primum al-nairuz, caput anni die 1. mensis toth; quoniam haec dies est caput anni coptici.* Eodem die *Iob iustus a Gabriele archangelo lotus, ex omnibus suis doloribus et morbis convaluit; unde mos aqua nova se benedicendi initio anni coptici inductus.* Fol. 1. a tergo. Eodem die requies *sancti Bartholomaei apostoli.* Ibid. a terg. Eodem die requies *sancti patris Milii.* (Lege *Meliani*, seu *Aemilii*) *papae civitatis alexandrinae* tertii. Fol. 2. a terg. Die 2. Decollatio *sancti praecursoris, et prophetae magni Iohannis baptistae.* Fol. 3. Eodem die martyrium *Dasii militis.* Ibid. a terg. Die 3. Commemoratio *sanctae synodi alexandrinae*, celebratae anno secundo pontificatus S. P. N. *Dionysii patriarchae alexandrini* decimi quar-

ti, adversus quosdam Arabes, qui animae immortalitatem oppugnabant. Ibid. Eodem die memoria terraemotus, qui contigit Misrae, seu Chairae, anno martyrum 828, Christi 1112, hora tertia diei, sub *patre Macario patriarcha alexandrino* sexagesimo nono, anno eius patriarchatus nono. Fol. 4. Die 4. requies *sancti patris Macarii virginis puri, patriarchae alexandrini* quinquagesimi noni. Ibid. a terg. Die 5. requies *sanctae Sophiae martyris*, quae baptizata dicitur ab episcopo Manuphi; et a Claudio Aepypti praeside propter Christi fidem capite obtruncata; additurque, Constantinum magnum eius corpus Constantinopolim postmodum transtulisse, et in ecclesia magna, quam eiusdem sanctae Sophiae nomini dicavit, reposuisse. Fol. 5. a terg. Die 6. requies *magni prophetae Isaiae filii Amos*. Fol. 6. Die 7. requies *patris nostri beati Dioscori archiepiscopi alexandrini*, Iacobitarum coryphaei, in insula Gangra, ubi exulaverat. Fol. 7. Eodem die martyrium sanctorum *Agathonis, et Petri, et Iohannis, et Ammon, et Ammonae, et Rebeccae eorum matris*, sub Armenio Alexandriae duce. Fol. 8. a terg. Eodem die requies sancti patris *Severiani episcopi Gabalorum*. Fol. 9. a terg. Die 8. martyrium sancti prophetae sacerdotis *Zachariae filii Barachiae, patris sancti Iohannis baptistae*, quem auctor huius martyrologii fabulatur inter templum et altare iussu Herodis interfectum fuisse, quum infantium caedes patraretur, quod Iohannem filium ex insidiis carnificum eripuerit. Ibid. Eodem die *requies magni prophetae Mosis primogeniti omnium prophetarum*. Fol. 10. a terg. Eodem die martyrium sancti *Diomedis* Alexandriae sub Luciano praeside. Fol. 11. a terg. Die 9. martyrium *Pesurae episcopi civitatis Massilae*, et sociorum eius episcoporum *Sygii, et Canalangii, et Theodori*, sub Diocletiano. Fol. 12. Die 10. *festum nativitatis Mariae virginis dominae nostrae*, secundum kalendarium monasterii sancti Macarii magni, et nonnulla kalendaria Saidi, seu Aegypti superioris; quod tamen festum iuxta sententiam Misrensium, seu Cahirensium, celebratur die 1. mensis bescensii, seu maii, quo die eius elogium describitur. Fol. 12. a terg. Eodem die martyrium sanctae *Matronae*, ab hera sua hebraea, quod Christi fidem deserere nollet, et hebraicam superstitionem profiteri, interfecta. Ibid. Eodem die commemoratio sanctae *Iasinae*, et trium filiorum eius. Fol. 13. Die 11. martyrum sancti *Basilidis imperatorum parentis*, in Africa sub Mansore praeside imperante Diocletiano, quem auctor coptita a christiana fide ad idolatriam descivisse comminiscitur. Ibid. a terg. Die 12. Commemoratio *sanctae ephesinae synodi ducentorum episcoporum*, quae celebrata est anno vigesimo imperii Theodosii iunioris adversus Nestorium; et est oecumenicarum synodorum tertia. Fol. 14. Eodem die translatio reliquiarum sancti martyris *Clementis*, et sociorum eius martyrum in urbem Alexandriam. Fol. 15. Die 13. Commemoratio magni miraculi a sancto *Basilio episcopo Caesareae Cappadociae editi*, cum scilicet

iuvenem amore filiae heri sui captum, maloque spiritu correptum, sanavit. Fol. 15. a terg. Die 14. requies *sancti Agathonis stylitae* presbyteri et monachi monasterii sancti Macarii magni in deserto nitriensi, qui super columnam annos quinquaginta vixisse perhibetur. Fol. 17. Die 15. Inventio corporis sancti *Stephani principis diaconorum et protomartyris* Hierosolymae, eiusque translatio in urbem Constantinopolim Fol. 18. a terg. Die 16. Commemoratio consecrationis *basilicarum Resurrectionis*, *Golgothae*, *Bethlehem*, *Speluncae Gethsemani*, aliarumque ecclesiarum, quas Helena imperatrix Hierosolymae fundavit, iussu Constantini magni eius filii a patriarchis constantinopolitano, alexandrino, antiocheno, et hierosolymitano solemniter peractae, anno eius imperii trigesimo. Fol. 19. a terg. Die 17. Commemoratio *inventionis gloriosae crucis domini nostri Iesu Christi*, quae in diem decimum mensis *pharmuthi* (aprilis) incidit; quia vero non potest id festum in ieiunio quadragesimali celebrari, ideo in hunc diem translatum est, quo templum in honorem eiusdem crucis ab Helena Hierosolymis aedificatum, consecratum fuit. Fol. 20. a terg. Eodem die requies *beatae Theognostae virginis*, quae Honorio et Arcadio imperatoribus, rapta dicitur ab oratoribus regis Indiarum, et ad eum deportata; qui eiusdem virginis opera ad christianam fidem conversus monasterium virginum eius nomine construxerit, cui eadem ad vitae usque extremum laudabiliter praefuerit. Fol. 21. a tergo. Die 18. martyrium *sancti Mercurii*, sub Iuliano apostata, Constantini magni ex sorore nato. Fol. 22. Eodem die Commemoratio *Stephani presbyteri*, *et Dikitae martyris*. Fol. 24. Ibid. a t. Die 19. Commemoratio *S. Gregorii patriarchae Armeniorum*, martyris absque effusione sanguinis; cuius reliqua acta monet auctor legenda esse die 14. mensis *chihach* (decembris) qua ille in caelum migravit. Ibid. Die 20. requies *sancti patris Athanasii patriarchae alexandrini* vigesimi octavi, *et Petri Mongi* successoris, qui obiit anno Christi 492. Fol. 25. Eodem die commemoratio *sanctae Meletinae virginis* fol. 23. Eodem die commemoratio *sanctae Theopistae viduae*, quam Macarius episcopus Nacuae monastico schemate morientem induit. Ibidem a terg. Die 21. martyrium *sanctorum Cypriani et Iustinae* sub Decio imperatore. Cyprianus ex mago ad Christi fidem dicitur conversus, et a patriarcha antiocheno Carthaginis episcopus ordinatus, unusque fuisse ex patribus, qui concilio carthaginiensi interfuerunt. Fol. 25. Die 22. requies *sanctorum martyrum Kotilae*, *eiusque sororis Aksuae*, *filiorum Saporis Persarum regis*, *et Tatii eius amici*. Fol. 26. Eodem die 23. martyrium *sancti Iulii Caphasii actorum martyrum scriptoris*, in civitate Samanuuda, sub Armenio praeside. Is dicitur tres iuvenes scribendi arte peritos ad acta martyrum exaranda adhibuisse. Fol. 27. Die 23. martyrium *Eunathii et Andreae*, sub Iuliano apostata, qui ambo monasticum institutum in monasterio sancti Macarii magni primum professi, deinde *Eunathius* (qui alibi *Eustathius* vocatur) episcopus

anonymae sedis, Andreas vero presbyter ordinatus, perhibetur. Fol. 28. Eodem die commemoratio *sanctae Teklae martyris*. Ibid. a terg. Die 24. requies *patris Gregorii* saidensis monachi sub SS. Pachomio et Macario. Fol. Ibid. Eodem die commemoratio sancti apostoli *Quadrati*, unius ex septuaginta Christi discipulis qui Athenis, unde oriundus dicitur, lapidibus obrutus, tum in ignem proiectus, lauream martyrii obtinuit. Fol. 39. Die 25. requies *magni prophetae Ionae*, filii viduae, quem Elias ad vitam revocavit. Ibid. a terg. Die 26. Annunciatio *Zachariae filii Barakiae* sacerdotis de conceptione Iohannis baptistae. Fol. 30. a terg. Die 27. martyrium sancti *Eustathii* (lege *Eustachii*) et duorum filiorum eius. Huic crux Domini inter cornua cervi apparuisse dicitur. Fol. 31. Die 28. martyrium sanctorum *Abadiri et Irenes eius sororis*, filiorum sororis Basilidis Antiochiae praefecti, qui in urbe Aegypti *Ansana* sub Ariano praefecto martyrium consummaverunt. Fol. 32. Die 29. martyrium sanctarum virginum *Arepsimae et Agathae*, aliarumque virginum, mulierum, et virorum sociorum, qui simul omnes octo et septuaginta numerantur, ex quibus viri sex; mulieres triginta tres; virgines, quas sanctimoniales romanas vocat, triginta novem. Passi dicuntur sub Diocletiano. Fol. 33. a terg. Die 30. Commemoratio *magni miraculi a domino nostro Iesu Christo patrati*; cum scilicet S. Athanasium patriarcham alexandrinum a Constante, quem Coptitae Constantinum ubique vocant, filio Constantini magni arianae haereseos propugnatore, naviculae fractae absque pane et aqua nautis aut gubernatore impositum, et in altum deductum, ut certo naufragio periret, salvum et incolumem Alexandriam post tres dies perduxit, et sedi suae restituit, quam impius Georgius arianus invaserat. Fol. 36. a terg.

Mensis babeh seu *paophi* (october) secundus mensium anni coptici. Die 1. martyrium *sanctae Anastasiae* sanctimonialis romanae, sub Decio imperatore. Fol. 36. Die 2. Commemoratio adventus *magni Severi patriarchae Antiochiae in Aegyptum*; ubi ut insidias declinaret Iustiniani imperatoris, qui eum de medio tollere cogitabat, monachi specie tamdiu delituit, donec Alexandriae in loco, qui dicitur *Sacha*, vitae finem imposuit, patratis ubique ingentibus miraculis; ut auctor comminiscitur, qui nonnulla ex iis describit. Ibid. a tergo. Die 3. Commemoratio *sancti Gregorii episcopi Armeniae*. Fol. 37. a tergo Eodem die commemoratio *sanctae Theodorae filiae Arcadii imperatoris, filii Theodosii magni imperatoris*. Ibid. Eodem die requies *patris nostri Simeonis patriachae Alexandriae* coptici quinquagesimi primi, qui obiit anno Christi 836, cum mensibus quinque tantummodo et diebus sexdecim cathedram tenuisset. Ibid. Die 4. martyrium sancti *Bacchi socii S. Sergii*, sub Antiocho Syriae praefecto, et Maximiano imperatore. Fol. 38. a tergo. Die 5. S. patris nostri *Pauli patriarchae Constantinopoleos*, discipuli *Alexandri* eiusdem urbis patriarchae; qui sedi suae, unde a Constantino Constan-

tini magni filio ariano exturbatus fuerat, opera Iulii papae romani restitutus; tum in Armeniam relegatus, a quodam Ariano praefati Constantini imperatoris sicario strangulatus fuit. Ibid. Fol. 39. Die 6. *requies sanctae prophetissae Annae matris Samuelis prophetae.* Ibid. a terg. Die 7. *requies sancti abbatis Pauli ex Tamue*, quem series sibi mortem conscivisse, ac toties a Deo ad vitam revocatum fuisse Coptitae comminiscuntur. Fol. 40. Eodem die commemoratio sanctorum *Mennae et Hasaiae martyrum.* Fol. 41. Die 8. martyrium sancti *Metrae senis alexandrini*, et plurimorum sociorum eius sub Decio imperatore. Ibidem. Eodem die commemoratio sanctorum *abbatis Hor et Susannae*, eiusque filiorum martyrum Tamue, *et abbatis Agathonis anachoretae.* Ibid. Die 9. *requies sancti Liberii papae Romae*, qui una cum S. Basilio dicitur Antiochiam profectus, ut Iulianum apostatam ad christianam fidem revocaret, ab eoque in carcere inclusus, sed per sanctum Mercurium in somnis sibi visum, Iuliano divinitus occiso, uterque sanctus Liberius nempe ac Basilius a Numerio imperatore, carcere liberati ad sedes sua redivisse. Addunt Coptitae, sanctum Liberium acerrimum catholicae fidei adversus Arianos propugnatorem fuisse. Ibid. Eodem die commemoratio *Simeonis episcopi.* Ibidem. Eodem die, anno martyrum nongentesimo quinquagesimo octavo, Christi 1234. Sub *Salaeho Iobita Aegypti rege, et Cyrillo patriarcha alexandrino* contigit subitanea atque integra solis eclipsis, a media hora octava diei, ad mediam nonam; quo tempore omnia tenebris adeo obvoluta fuerunt, ut sine lucernis et faculis nihil videri posset. Fol. 42. Die 10. martyrium sancti *Sergii socii sancti Bacchi* sub Maximiano imperatore, et Antiochio Syriae praefecto. Ibid. a terg. Die 11. *requies patris nostri Iacobi patriarchae Antiochiae*, qui bis ab Arianis in exilium pulsus, septimo alterius exilii anno obiisse dicitur. Fol. 43. a terg. Eodem die *requies sanctae Pelagiae antiochenae*, olim meretricis. Ibidem. Die 12. martyrium sancti *Matthaei apostoli et evangelistae.* Fol. 44. Eodem die *requies sancti patris Demetrii patriarchae Alexandriae* duodecimi. Ibid. a terg. Die 13. *requies S. patris Zachariae monachi scetensis*, qui ab anno aetatis septimo monasticum institutum professus fuisse dicitur. Fol. 46. Die 14. *requies sancti Philippi diaconi*, ex septuaginta Christi discipulis. Ibid. a terg. Die 15. martyrium sancti *Pantaleemonis nicomediensis medici, et sociorum* sub Maximiano imperatore. Fol. 47. Die 16. *requies sancti patris nostri Agathonis Alexandriae patriarchae* trigesimi noni. Fol. 48. Eodem die commemoratio *sancti Tharbi, et sancti Apollinis, et sancti Petri discipuli S. Isaiae abbatis.* Ibid. a terg. Die 17. Commemoratio *sancti Gregorii fratris S. Basilii*; non est tamen dies eius mortuarius, ut adnotatur. Ibid. Eodem die *requies sancti Dioscori Alexandriae patriarchae* trigesimi primi, cuius acta summatim exhibentur. Hinc corrigendus Renaudotius, qui in historia patriarcharum alexandrinorum p. 131. audacter ad-

firmat nullam hac die in kalendariis Coptitarum, praefati Dioscori patriarchae occurrere commemorationem. Ibidem. Die 18. *requies sancti Theophili Alexandriae patriarchae vigesimi tertii.* Fol. 49. a terg. Die 19. martyrium sancti *Theophili, et eius coniugis in civitate Phaium*, sub Diocletiano imperatore. Fol. 50. Eodem die commemoratio *sanctae synodi antiochenae*, quae congregata fuit in ecclesia Antiochiae adversus Paulum samosatenum asserentem, Christum esse hominem simplicem, deumque esse unam personam, sub *Dionysio patriarchae Romae, et Dionysio altero patriarcha Alexandriae*; quadragesimo quinto ante nicaenam synodum anno, Valerio imperante. Ibid. Die 20. *requies sancti Iohannis exigui* abbatis tabbennensis, qui in deserto scetensi monasticum institutum professus pluribus miraculis claruisse dicitur. Eius corpus in ecclesia monasterii S. Mennae in Aegypto hodie adservari auctor testatur. Fol. 51. a terg. Die 21. translatio *corporis sancti Lazari*, quem Dominus resuscitavit a mortuis, ex insula Cypro in civitatem Constantinopoleos. Fol. 55. a terg. Eodem die *requies magni prophetae Ioëlis.* Fol. 54. Eodem die commemoratio *deiparae virginis Mariae*, quam ex praescripto patrum singulis mensibus die 21. solemniter fieri debere auctor admonet; ut eadem sanctissima virgo semper pro nobis apud filium suum intercedat, et peccatorum nostrorum veniam imploret. Ibid. a terg. Die 22. martyrium sancti *Lucae evangelistae medici*, unius ex septuaginta Christi domini discipulis, et sociorum CCLXVI Romae sub Nerone imperatore. Ibidem. Die 23. *requies patris nostri Iusebi*, seu *Iosephi*, *Alexandriae patriarchae* quinquagesimi secundi, qui obiit anno martyrum 566. Christi 850. Fol. 55. Eodem die commemoratio sancti *Dionysii episcopi Corinthi*, martyris sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus. Fol. 46. a terg. Die 24. memoria sancti patris nostri *Hilarionis monachi anachoretae*, qui sancto Epiphanio episcopatum Cypri praedixit, et quem laudant Iohannes chrysostomus et Basilius magnus in suis paraenesibus. Fol. 57. *Eodem die commemoratio sanctorum martyrum *Pauli, et Longini, et sanctae Zenae.* Ibid. a terg. Die 25. *requies sancti Abibi* monachi, et festum sancti *Apollinis*, iuxta ritum Saidi seu Aegypti superioris. Aequales dicuntur sancto Macario magno abbati. Ibidem. Die 26. martyrium sancti *Tymonis*, unius ex septuaginta Christi discipulis et septem diaconis, quem deinde episcopum *Bassorae occidentalis* apostoli ordinaverunt; ubi baptizatis plurimis Graecis et Iudaeis martyr occubuit. Fol. 59. Die 27. *requies sancti patris Macarii episcopi Atakuae* in Aegypto, qui concilio chalcedonensi una cum Dioscoro patriarcha alexandrino interfuit; cumque eodem Gangras in exilium pulsus, inde Alexandriam clanculum profectus, Proterium archipresbyterum a subscribendo tomo Leonis papae dehortatus est; quam ob rem a legato imperatoris comprehensus, calcibusque impetitus martyrii Monophysitarum palmam obtinuit. Ibidem. Die 28. martyrium sanctorum *Marciani, et*

Mercurii, *discipulorum sancti Pauli martyris patriarchae Constantinopoleos*. Fol. 60. Die 29. martyrium sancti *Demetrii* thessalonicensis sub Maximiano imperatore. Fol. 60. a terg. Die 30. *requies sancti patris Abrahami anachoretae manuphensis*, sancto Pachomio magno et Theodoro eius discipulo aequalis. Fol. 61. a tergo.

Mensis hatur seu *hatyr* (november) tertius mensium anni coptici. Die 1. martyrium sanctorum *Maximi et Nomitii et Victoris et Philippi*, africanorum, sub Decio imperatore, cuius temporibus septem pueri ephesii in speluncam se abdidisse dicuntur. Fol. 62. a terg. Die 2. *requies sancti patris Petri Alexandriae patriarchae* vigesimi septimi, *Timothei Aeluri* successoris, eiusdemque haereseos acerrimi defensoris. Fol. 63. Die 3. *requies sancti patris magni Cyriaci* corinthii, Pauli episcopi Corinthi fratris consobrini, qui monasticum institutum sub Euthymio magno monachorum Palestinae abbate professus est, et cum sancto Cyrillo episcopo hierosolymitano, synodo centum et quinquaginta patrum Constantinopoli adversus Macedonium habitae interfuisse perhibetur. Ibid. a terg. Eodem die martyrium sancti *Athanasii*, *eiusque sororis Irenes*, sub Maximiano imperatore. Fol. 64. Die 4. Festum sanctorum patrum *Iohannis*, *et Iacobi*, *episcoporum Persidis*, martyrum sub Sapore rege Hormisdae filio. Ibid. a terg. Eodem die martyrium sancti *Thomae episcopi Damasci*, sub rege Arabum, cum ea civitas fuit a Mahometanis expugnata. Ibidem. Eodem die martyrium sanctorum *Epimachi et Gordiani* romanorum martyrum, sub Maximiano imperatore. Fol. 65. Die 5. Inventio capitis *sancti Longini militis*, qui Christi latus lancea aperuit; cuius martyrium die 25. *abibi* describitur. Ibidem. Eodem die commemoratio *Tunanii martyris*. Fol. 66. Eodem die translatio corporis *Theodori ducis ad Sciatabum Asiuti* Aegypti superioris urbis. Ibidem. Die 6. *requies sancti patris Felicis papae Romae*, Dionysii successoris, qui sedisse dicitur annos quinque et menses sex, editisque pluribus homiliis et dissertationibus didascalicis, ex quibus nonnullae dogmaticae summae quidem utilitatis, obiisse anno primo imperii Diocletiani. Ibidem. Eodem die. *Convenit Christus dominus cum discipulis suis in montem Cascam* in Aegypto, et puris suis manibus consecravit templum in ecclesiam, quam una cum altari, Mariae virginis genitricis suae nomini nuncupavit. Vasa autem eiusdem altaris manibus Michaëlis et Gabrielis archangelorum consecrari voluit; quemadmodum testantur patres Theophilus et Cyrillus, patriarchae alexandrini. Haec boni Coptitae sibi persuadent. Ibid. a terg. Die 7. martyrium sancti *Georgii alexandrini* Armenii praesidis Alexandriae ex sorore nati. Ibid. Eodem die martyrium sancti *Nahrauae* (Lucii) phaiumensis, qui ab archangelo Michaële Alexandria Antiochiam, ubi Diocletianus imperator morabatur transvectus, quum eidem imperatori se sisteret, et Christi fidelem se profiteretur, leonibus obiectus, variisque cru-

ciatibus adfectus, tandem capite obruncatus martyrii palmam, quam diu ante a Deo imploraverat consequutus est. Fol. 67. Eodem die *requies sancti patris Mennae samannudensis episcopi Thami* in Aegypto inferiore, qui quatuor alexandrinis patriarchis manum imposuisse dicitur, nimirum *Alexandro* XLIII, *Cosmae* XLIV, *Theodoro* XLV, *et Chaeli* seu *Michaëli* XLVI. De quibus videsis Renaudot. hist. patriarch. alexandrin. a p. 189. Ibid. a terg. Eodem die commemoratio dedicationis ecclesiae *sancti Georgii magni martyris* in urbe Lydda Palaestinae, et divinae ultionis in Diocletianum imperatorem, eiusque ducem *Euchaium*, qui eandem ecclesiam destruere contenderant. Fol. 69. Die 8. Commemoratio *quatuor animalium incorporeorum*, de quibus Iohannes evangelista in apocalypsi. Ibid. a terg. Die 9. *requies patris nostri Isaaci barlasensis*, *alias Marci*, *Alexandriae patriarchae* quadragesimi noni. Fol. 70. a terg. Eodem die commemoratio *synodi nicaenae trecentorum decem et octo patrum*, adversus Arium sub Constantino magno imperatore. Inter ceteros episcopos interfuisse dicitur *Thomas Maraassi*, seu *Germaniciae*, *episcopus*, quem Ammonitae per integros annos duos et viginti in carcere inclusum, manibus, pedibus, auribus, naso, labiis, et dentibus mutilaverant. Adnectitur symbolum fidei ab iisdem patribus nicaenis editum. Fol. 71. Die 10. martyrium sanctarum virginum quinquaginta monialium, et earum abbatissae *Sophiae* in urbe Edessa sub Iuliano apostata imperatore. Fol. 72. a terg. Eodem die commemoratio *synodi romanae* sub *Victore papa*, cui interfuere quatuordecim episcopi et plurimi sacerdotes. Habita dicitur ea synodus occasione litterarum, quas de epactis et ratione ieiunii quadragesimalis et paschatis celebrandi, ad eundem papam scripserat *Demetrius Alexandriae patriarcha* duodecimus; sanctumque in ea fuisse, nullum alium, quam Demetrii paschalem cyclum, in catholica ecclesia esse adhibendum. Fol. 73. Die 11. *requies sanctae Annae* matris deiparae virginis Mariae. Ibid. a terg. Eodem die commemoratio *Basilaei martyris*, *et Elisaei prophetae*. Fol. 74. Die 12. Festum sancti *Michaëlis archangeli*, quod singulis mensibus hac eadem die celebrandum ecclesia alexandrina decrevit. Ibid. a tergo. Die 13. *requies sancti patris Timothei episcopi civitatis Ansanae*, seu *Antinopoleos*, sub Constantino imperatore. Fol. 75. a terg. Eodem die *requies sancti patris Zachariae Alexandriae patriarchae* sexagesimi sexti qui obiit anno Christi 1032, postquam 28. annos Coptitis praefuisset. Fol. 76. Die 14. *requies sancti patris Martini episcopi Thraciae*. Fol. 77. Die 15. martyrium sancti *Mennae cognomento fidelis*, Africae praesidis sub Diocletiano imperatore. Ibid. a terg. Die 16. Dedicatio ecclesiae sancti *Onuphrii anachoretae* extra moenia urbis Misrae seu Chairi; *et initium ieiunii nativitatis Domini*, iuxta ritum christianorum Iacobitarum in Aegypto. Fol. 79. a terg. Eodem die commemoratio sancti *Xysti martyris* sub Maximo duce.

Ibidem. Die 17. *requies sancti Iohannis chrysostomi*, iuxta kalendarium alexandrinum, a Iohanne episcopo Copti descriptum, iuxta rationem kalendarii Melchitarum. Eodemque die commemoratio translationis corporis eiusdem sancti Iohannis Chrysostomi in urbem Constantinopolim, quae translatio accidit anno post eius exilium trigesimo quinto. Ibid. Die 18. martyrium sanctarum virginum *Iarasiae et Iaunae* sub Hadriano imperatore eiusdem *Iarasiae* patre. Fol. 80. a terg. Eodem die martyrium sancti *Philippi apostoli unius ex duodecim apostolis* in Africa citeriore. Ibid. a terg. Die 19. Dedicatio ecclesiae sanctorum *Sergii et Bacchi in urbe Rasapha*. Fol. 82. Eodem die commemoratio sancti apostoli *Bartholomaei unius ex duodecim apostolis*, cuius martyrium incidit in diem primam mensis *toth* (septembris). Ibid. a terg. Eodem die *initium ieiunii nativitatis Domini* apud omnes christianas nationes, exceptis Coptitis misreusibus. Ibid. Die 20. *requies sancti patris Aniani Alexandriae patriarchae* secundi, qui obiit anno Christi 84. quum annos 22. sedisset. Ibidem. Eodem die dedicatio ecclesiae magni martyris *Theodori filii Iohannis sciatabensis*. Fol. 83. a terg. Die 21. *requies sancti Gregorii thamaturgi* episcopi incertae civitatis in Graecia, sancto Gregorio theologo aequalis. Ibidem. Eodem die *requies sancti patris Cosmae Alexandriae patriarchae* quinquagesimi quarti, qui sedit annos septem, obiitque anno Christi 575. Fol. 84. Eodem die commemoratio sanctorum martyrum *Alphaei*, *et Zachaei*, *et Romani*, *et Iohannis*; nec non *Thomae*, *et Victoris*, *et Isaaci asmonaeorum*. Fol. Ibid. a terg. Die 22. martyrium sanctorum *Cosmae et Damiani*, *eorumque fratrum Anthimi*, *et Leontii*, *et Abrabii*, *eorumque matris Theodorae*, arabum, sub Diocletiano imperatore. Ibidem. Die 23. *requies sancti Cornelii centurionis* Caesareae in Palaestina, quem S. Petrus apostolorum princeps baptizavit, et episcopum regionis Askisiae constituit. Fol. 85. a terg. Die 24. Commemoratio *viginti quatuor seniorum in circuitu sedis throni Dei sedentium*, quorum meminit apocalypsis. Fol. 86. a tergo. Die 25. martyrium sancti *Mercurii romani* sub Decio et Valeriano imperatoribus. Fol. 87. Die 26. martyrium sanctorum *Valeriani*, *eiusque fratris Tiburini*, *et Caeciliae coniugis*, Romae sub Diocletiano. Fol. 88. Eodem die commemoratio *Gregorii episcopi Thanis*. Ibid. a terg. Die 27. Commemoratio sancti martyris *Victoris filii Romani*. Ibid. Eodem die martyrium sancti *Iacobi intercisi* sub *Sacrade* (Isdegerde) filio Saporis, Persarum rege, cuius corpus a S. Petro Hierosolymam primum, deinde in Aegyptum translatum in civitate Behensa hodie adservari dicitur. Ibidem. Die 28. martyrium sancti *Serapamonis episcopi Nakii in Aegypto*, de stirpe sancti Stephani protomartyris, sub Diocletiano imperatore. Fol. 90. Die 29. martyrium sancti *Petri patriarchae Alexandriae* decimi septimi *ultimi martyrum* sub Diocletiano imperatore. Fol. 91. Eodem die martyrium sancti *Clementis papae Romae*,

sub Traiano imperatore. Ibid. a terg. Die 30. *requies sancti Acacii patriarchae Constantinopoleos.* Fol. 93. Eodem die commemoratio sancti *Macarii martyris*, et dedicatio ecclesiae sanctorum *Cosmae et Damiani*, *eorumque fratrum*, *et matris.* Fol. 94.

Mensis chihac, seu *choiac* (december) quartus mensium anni coptici. Die 1. *requies sancti Petri edesseni episcopi Gazae*, sub Zenone imperatore Fol. 94. a terg. Eodem die dedicatio ecclesiae *sancti Sanodii abbatis anachoretarum monasterii Albi in Saido*, seu Aegypto superiore. Fol. 95. Die 2. *requies sancti patris Hor monachi saidensis.* Ibid. Die 3. *Ingressus deiparae virginis Mariae in templum Hierosolymae.* Ibid. a terg. Die 4. martyrium sancti apostoli *Andreae fratris Petri.* Fol. 96. Die 5. Commemoratio sancti *Nahum prophetae.* Fol. 97. Eodem die commemoratio sancti *Isidori martyris* sub Decio imperatore. Ibid. a terg. Die 6. Commemoratio sancti martyris *Anatolii presbyteri.* Ibid. Eodem die *requies sancti patris Abrahami orientalis*, *cognomento Ephraem*, *Alexandriae patriarchae* sexagesimi secundi. Ibidem. Die 7. *requies sancti Matthaei pauperis*, *abbatis monasterii montis Asuan.* Fol. 99. a terg. Die 8. *requies sancti patris Barchelai*, *alias Heraclae*, *Alexandriae patriarchae* decimi tertii. Fol. 100. Eodem die martyrium SS. *Barbarae et Iulianae* sub Maximiano imperatore. Earum corpora Misram, seu Chairam, translata, in ecclesia sancti Macarii adservari dicuntur. Ibidem. Eodem die *requies S. Samuelis abbatis monasterii Calmonis*, qui tomum Leonis papae monachis scetensibus subscribendum ab imperatore missum combussisse dicitur, et adventum Mahometis pseudo-prophetae praedixisse. Fol. 101. Eodem die martyrium sanctorum *Aba Isai*, *eiusque sororis Theclae*, *et Pauli amici*, *et Palladii filii Theclae*, ex oppido *Abusir* ad occidentem Asmonaeorum sub Diocletiano. Fol. 102. Die 9. *requies sancti Iamini* ex oppido *Menia Asmonaeorum*, *martyris absque effusione sanguinis*, sub Constantino magno imperatore. Fol. 103. a terg. Die 10. Translatio corporis *sancti Severi patriarchae antiocheni*, monophysitarum coryphaei ad monasterium *Zegiagae*, seu Mareotidis, ubi is aliquamdiu delituit, a Dorotheo principe haud procul ab urbe Alexandria fundatum. Fol. 104. a terg. Eodem die *requies sancti patris Nicolai episcopi Myrae in Lycia.* Fol. 105. Die 11. *requies sancti Bigimmi abbatis*, S. Sanudio abbati aequalis. Fol. 107. Die 12. Commemoratio sanctorum *Abu-Tadrae abbatis Asuanensis*, *et Iohannis confessoris.* Fol. 108. Eodem die commemoratio *sanctae synodi sexaginta episcoporum*, *et duodeviginti presbyterorum et diaconorum*, *Romae* celebratae adversus Novatum presbyterum asserentem, eorum qui tempore persequutionis fidem abnegaverint, et qui in fornicationem inciderint, paenitentiam non esse admittendam; anno Decii imperatoris primo sub *Cornelio papa Romae*, *Dionysio papa Alexandriae*, *Flaviano patriarcha Antiochiae*, *et Germano epi-*

scopo Hierusalem. Ibidem. Eodem die commemoratio S. *Michaëlis archangeli*. Fol. 109. Die 13. martyrium sancti *Barsanuphii in ecclesia Florida* quae sita est inter Misram et Kaligium, sub kaliphis mahometanis. Ibid. Eodem die *requies sancti patris Apraxii* monachi in Aegypto superiore. Ibidem. Die 14. martyrium sancti *Simeonis de Manuph superiore*, sub Mahometanis. Ibid. a terg. Die 15. *requies sancti Gregorii patriarchae Armeniorum martyris, absque effusione sanguinis*. Ibid. Eodem die *requies sancti Lucae stylitae*. Fol. 110. a terg. Die 16. Commemoratio sancti martyris *Hervagii*. Item *Ananiae martyris, et Choziae achmimensis*, seu panopolitani. Ibid. Eodem die *requies beati Gedeonis*, unius ex iudicibus Israëlitarum. Ibid. Die 17. Translatio corporis sancti *Lucae stylitae persae* in urbem Constantinopolim. Fol. Ibid. a terg. Die 18. Commemoratio *Archelai martyris et Philemonis presbyteri anachoretae*. Fol. 112. a terg. Eodem die translatio corporis sancti *Titi apostoli discipuli* S. Pauli apostoli, e Creta in urbem Constantinopolim sub Constantino magno imperatore. Ibidem. Die 19. *requies sancti Iohannis episcopi Borlos* in Aegypto inferiore, antea monachi scetensis sub abbate Daniele deserti hegumeno. Fol. 113. Die 20. *requies sancti Haggaei prophetae*. Fol. 114. Die 21. martyrium sancti apostoli *Barnabae, quod nomen filium consolationis sonat*, in Cypro. Ibid. a terg. Eodem die commemoratio *deiparae virginis Mariae*. Fol. 115. Die 22. Commemoratio *Gabrielis archangeli*, et aedificationis atque consecrationis eiusdem ecclesiae in civitate *Danaha*. Ibid. a terg. Eodem die *requies sancti patris Anastasii Alexandriae patriarchae* trigesimi sexti. Ibid. Die 23. *requies sancti athletae Timothei anachoretae*. Fol. 116. a terg. Eodem die, iuxta nonnulla kalendaria, *requies Davidis prophetae filii Isai*. Fol. 117. Die 24. martyrium sancti *Ignatii patriarchae Antiochiae discipuli sancti Iohannis evangelistae*. Fol. 120. a terg. Eodem die commemoratio sancti *Philogonii patriarchae Antiochiae*. Fol. 119. Die 25. *requies sancti abbatis Iohannis Camae*, seu *nigri*, Iohanni exiguo abbati aequalis. Ibid. a tergo. Die 26. martyrium sanctae *Anastasiae romanae* sub Diocletiano imperatore. Fol. 120. a terg. Eodem die commemoratio sanctae martyris *Iulianae*. Ibid. a terg. Die 27. martyrium sanctorum *Absadii et Callinici episcoporum* in Aegypto superiore, sub Diocletiano imperatore. Ibid. Die 28. *nativitas domini nostri Iesu Christi* in carne ex domina virgine Maria. Fol. 122. Eodem die martyrium *centum quinquaginta virorum, et viginti quatuor mulierum* in urbe Antinopoli, qui occasione martyrii sancti *Pauli syri*, ad fidem christianam conversi perhibentur. Ibid. a terg. Die 29. *Festum nativitatis domini nostri Iesu Christi*, iuxta ritum Alexandrinorum. Fol. 123. Die 30. *requies sancti Iohannis hegumeni Scetes*, abbatis monasterii sancti Macarii, sub quo claruisse dicuntur plures sancti patres monachi, inter quos

Abraham, *Georgius*, *Mennas episcopus*, *et Zacharias*. Fol. 124. a tergo.

Mensis tubah, seu *tybi* (ianuarius). Die 1. martyrium sancti apostoli *Stephani archidiaconi et protomartyris*. Fol. 126. Eodem die martyrium sancti *Leondiani* sub Maximino imperatore. Ibid. a terg. Eodem die martyrium *octo mille centum et quadraginta Christianorum coptitarum* in urbe Achmim. Fol. 127. Die 2. martyrium sancti *Gallinici episcopi Ausimae*, sub Diocletiano imperatore. Ibidem. Eodem die *requies sancti Theonae papae Alexandriae* decimi sexti ab anno Christi 283. ad annum 300. Ibid. a terg. Die 3. Caedes sanctorum *centum et quadraginta quatuor millium infantium in Betlehem* sub Herode. Fol. 128. Die 4. Translatio *S. Iohannis evangelistae*, *quem adhuc vivum esse Coptitae adfirmant*. Fol. 129. Die 5. martyrium sancti *Eusegnii militis*, sub Iuliano apostata. Fol. 130. a terg. Die 6. *Circumcisio domini nostri Iesu Christi*. Fol. 131. Eodem die translatio *Eliae thesbytae prophetae vivi in caelum*. Ibid. a terg. Eodem die commemoratio sancti patris *Marciani papae Alexandriae* octavi. Fol. 133. Eodem die commemoratio sancti patris *Basilii magni episcopi Caesareae*. Ibid. Die 7. *requies sancti patris Silvestri papae Romae*. Fol. 134. Die 8. *Consecratio ecclesiae monasterii sancti Macarii in deserto nitriensi per Beniaminum Alexandriae patriarcham trigesimum octavum*. Ibid. a terg. Eodem die commemoratio sancti *Andronici patriarchae Alexandriae* trigesimi septimi. Fol. 135. Eodem die *requies sancti patris Beniamini Alexandriae patriarchae* trigesimi octavi, qui cathedram S. Marci tenuit annis triginta septem, obiitque anno Christi 657. Fol. 136. Die 9. *requies sancti Abrahami monachi* in monasterio S. Macarii, qui claruit sub Iohanne hegumeno, scetensium monachorum abbate. Fol. 137. a terg. Die 10. *Vigilia epiphaniae domini nostri Iesu Christi*, cum ieiunio tota die iuxta ritum Coptitarum, severo observando. Fol. 138. a terg. Die 11. *Baptismus Christi domini in Iordane*; quod festum graece *Theophania* vocatur. Fol. 139. a terg. Eodem die martyrium sancti *Anatolii persae* sub Diocletiano imperatore. Fol. 140. Die 12. martyrium sancti *Theodori melchitae antiocheni*, *et sociorum* sub Diocletiano imperatore. Ibid. a terg. Die 13. Commemoratio miraculi, quod *Christus dominus in Cana Galilaeae patravit*. Fol. 142. Die 14. *requies S. patris Archelidis monachi* in monasterio S. Romani. Ibidem. Eodem die *requies sancti Maximi fratris sancti Romani*, cuius acta descripta sunt infra ad diem 27. huius mensis, sancto Romano sacrum. Fol. 143. a terg. Die 15. *requies sancti prophetae Abdiae filii Ananiae*, qui sub Iosaphat rege prophetavit. Ibid. Eodem die *requies sancti Gregorii fratris S. Basilii magni*, iuxta ritum Christianorum damascenorum, sive syrorum. Fol. 144. Die 16. martyrium sancti *Philothei*, *quod nomen Dei amantem sonat*, antiocheni, sub Diocletiano imperatore. Ibid. a terg. Eodem die *requies S. pa-*

tris magni Iohannis Alexandriae patriarchae quadragesimi octavi, qui sedisse dicitur annos tres et viginti. Fol. 145. a terg. Die 17. Commemoratio SS. *Maximi et Diomedis* (Lege *Domitii*) *eius fratris, filiorum Leondii* (Lege *Valentiniani*) *imperatoris* monachorum sub S. Macario abbate. Fol. 146. a terg. Die 18. *requies sancti patris Iacobi episcopi Nisibis, qui fuit sancti Ephraem syri praeceptor.* Fol. 148. a terg. Die 19. martyrium plurimorum Christianorum in Asna Aegypti superioris civitate. Fol. 149. Eodem die inventio reliquiarum sanctorum martyrum *Ori eiusque fratris Bessorae, et matris eorum Anpiroae* in ecclesia Bescias prope Damiatam, anno circiter vigesimo ab expulsione Francorum, quae contigit anno martyrum 936, Christi 1220, uti auctor adfirmat. Fol. 149. Die 20. *requies sancti apostoli Prochori* unius ex septuaginta Christi domini discipulis. Fol. 150. Eodem die commemoratio sancti martyris *Bahanuae*, et consecrationis ecclesiae sancti *Iohannis Calybitae evangelii aurei Domini* in urbe Roma, quo et corpus eius translatum est. Ibid. a terg. Die 21. *requies deiparae virginis Mariae, mulierum dominae, eiusque corporis assumptio in caelum*; ubi narratur historia iudaei hominis, qui feretrum Deiparae detinere ausus, ambabus manibus divinitus obtruncatus est; tum paenitentia ductus per preces apostolorum eas recuperavit. Ibidem. Eodem die *requies sanctae Hilariae filiae* Zenonis imperatoris sanctimonialis in Scete. Fol. 151. a terg. Eodem die *requies sancti Gregorii, episcopi Nyssae, fratris Basilii.* Fol. 153. Eodem die *requies sancti Antonii magni sideris deserti, et omnium monachorum parentis.* Ibidem. Die 23. martyrium sancti magni apostoli *Timothei discipuli* sancti Pauli apostoli. Fol. 155. Die 24. *requies sanctae Mariae sanctimonialis inclusae alexandrinae.* Ibid. a terg. Eodem die commemoratio sancti *Bessaheh presbyteri.* Fol. 156. a terg. *requies sancti patris Petri anachoretae* in Scete sancti Macarii. Ibidem. Eodem die commemoratio sancti athletae *Aschelai martyris.* Fol. 157. a terg. Die 26. martyrium *sanctorum patrum monachorum seniorum quadraginta novem, et legati Theodosii filii Arcadii imperatoris cum eius filio*, qui caesi sunt a barbaris in Aegypto. Ibidem. Eodem die *requies sanctae Anastasiae patriciae alexandrinae*, quae Iustiniani imperatoris nuptias fugiens in deserto scetensi sub S. Daniele hegumeno anachoreticam vitam ad mortem usque egisse dicitur. Fol. 158. a terg. Die 27. martyrium sancti *Serapionis, et centum quadraginta sociorum*, sub Armenio Alexandriae praefecto. Fol. 159. a terg. Eodem die translatio reliquiarum sancti apostoli *Timothei ex urbe Epheso in urbem Constantinopolim*, sub Constantino magno imperatore. Fol. 160. Eodem die commemoratio *Syrielis* (lege *Urielis*) *angeli cognomento Sapphoraei*, qui Esdrae prophetae adfuit, eique mysteria occulta manifestavit, de quo in apocrypho Esdrae libro quarto fit mentio. Ibid. a tergo. Die 28. martyrium sancti *Clementis ancyrani*,

septem agonibus insignis, sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus. Ibid. Die 29. *requies sanctae Xenae virginis romanae*, abbatissae monialium sancti Stephani protomartyris Alexandriae sub Theophylo patriarcha. Fol. 160. a tergo. Eodem die commemoratio sancti athletae *Cyriaci*. Fol. 162. a terg. Die 30. martyrium sanctarum virginum *Pisteos*, *Helpidos*, *et Agapes*, seu *Fidei*, *Spei*, *et Charitatis*, *earumque matris Sophiae*, sub Hadriano imperatore. Ibid.

Mensis emscir, seu *mechir* (februarius). Die 1. Commemoratio *patrum centum et quinquaginta*, qui Constantinopolim convenerunt sub Theodosio magno imperatore, *Damaso* papa Romae, *Timotheo* papa Alexandriae, *Meletio* papa Antiochiae, et *Cyrillo* episcopo Hierosolymae, adversus Macedonium patriarcham constantinopolitanum, Sabellium episcopum Lybiae, et Apollinarem. Fol. 164. Eodem die dedicatio primae ecclesiae sub nomine *sancti hieromartyris et martyrum complementi Petri Alexandriae patriarchae* decimi septimi, qui Arium excommunicavit, martyrioque functus est extra moenia urbis Alexandriae, sub finem imperii Diocletiani; ubi ea ecclesia, auspice Constantino magno, aedificata est. Fol. 165. Die 2. *requies sancti patris Longini*, *filii sancti Luciani*, *ciliciensis abbatis monasterii Zegiagae*, seu Maraeotidis, quod prope Alexandriam situm est, sub Marciano imperatore, cuius decretum de subscribendo professioni fidei a chalcedonensi synodo de duabus in Christo naturis editae, is una cum suis monachis floccifecisse dicitur. Ibid. a terg. Eodem die commemoratio sancti magni *Pauli eremitarum principis*. Fol. 166. a terg. Die 3. *requies sancti patris Iacobi monachi* paenitentis. Fol. 167. a terg. Die 4. martyrium sancti apostoli *Agabii*, unius ex septuaginta Christi domini discipulis. Fol. 169. Die 5. *requies sancti patris Agrippini Alexandriae patriarchae* decimi, qui sedit annos duodecim, obiitque anno Christi 179. Fol. 169. a terg. Eodem die commemoratio sanctorum *Bissaei*, *monasterii Achmimensis in Aegypto superiore fundatoris*, *et Abanudii qui flabellum aureum portabat*. Ibidem. Eodem die *requies S. patris Apollinis*, cuius acta ad diem 25. mensis *babae* (octobris) descripta reperies. Ibid. Eodem die translatio reliquiarum *quadraginta novem monachorum scetensium martyrum* ad ecclesiam iisdem dicatam apud monasterium sancti Macarii in Nitria. Fol. 170. Eodem die *requies sancti Abulidi papae Romae*, seu *Hyppoliti episcopi portuensis*, quem papam romanum orientales perperam vocant. Ibid. Die 6. *Ascensus corporis sancti thaumaturgi et ecclesiae doctoris Abulidi papae Romae* ex profundo mari, quo Claudii imperatoris iussu fuerat proiectum. Ibidem. Eodem die certamen sanctorum *Cyri et Iohannis*, *et trium virginum Theodorae scilicet*, *Theopistae*, *et Theodoxae*, *earumque matris Athanasiae*, Alexandriae sub Diocletiano imperatore. Ibid. a terg. Die 7. *requies sancti patris Alexandri Alexandriae patriarchae* quadragesimi tertii, qui sedit annos 24, menses sex.

Fol. 171. Eodem die *requies sancti patris Theodori Alexandriae patriarchae* quadragesimi quinti, qui obiit anno Christi 737. postquam sedisset annos undecim, menses sex. Fol. 172. a terg. Die 8. *Ingressus*, seu *praesentatio*, *Christi domini in templum*, quadragesimo ab eius nativitate die. Fol. 173. Die 9. *requies sancti magni Barsaumae monachorum syrorum abbatis*, Iacobitarum coryphaei. Fol. 174. Eodem die martyrium sancti *Pauli syri*, Alexandriae sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus. Fol. 175. a terg. Die 10. martyrium sancti *Iacobi filii Alphaei apostoli*. Fol. 176. a terg. Eodem die martyrium sancti *Iusti filii Numerii*, seu Numeriani, imperatoris. Ibid. Eodem die *requies sancti patris ecclesiae doctoris Isidori pelusiotae*, *monachi pharmensis*, SS. Theophili et Cyrilli patriarcharum alexandrinorum consanguinei; a quo conscripti dicuntur plures tractatus de principibus et regibus; item commentarii in vetus ac novum testamentum, et responsa 18000 ad varia quaesita patriarcharum, episcoporum, aliorumque. Fol. 177. Eodem die commemoratio sancti *Mili episcopi Persidis*, martyris sub Sapore rege. Ibid. Die 11. martyrium sancti patris *Fabiani papae Romae*, Ephesi sub Claudio imperii invasore. Fol. 178. Die 12. *requies sancti Gelabisi*, fortasse *Gelasii*, monachorum Nitriae abbatis. Ibidem a terg. Die 13. martyrium sancti *Sergii atribensis*, et parentum eius, et sororis eiusdem, aliorumque plurimorum Coptitarum sub Cypriano praeside. Fol. 189. a terg. Eodem die *requies sancti patris Timothei papae Alexandriae* trigesimi secundi, qui phantasiastas excommunicavit. Sedit annos 17, obiitque anno Christi 535, Iustiniani imperatoris nono. Fol. 180. a terg. Die 14. *requies sancti patris doctoris fidelium Severi patriarchae Antiochiae*, monophysitarum antesignani, cuius corpus ex urbe Saka, ubi interiit, ad monasterium Maraeotidis translatum dicitur. Fol. 181. Eodem die *requies sancti Iacobi Alexandriae papae* quinquagesimi. Fol. 182. Die 15. *requies sancti prophetae magni Zachariae*, *unius ex duodecim prophetis minoribus*. Ibidem. Eodem die dedicatio *ecclesiae sanctorum quadraginta martyrum Sebastenorum*, a S. Basilio magno peracta, qui et homiliam in laudem eorumdem martyrum ea occasione habuit. Ibid. a terg. Eodem die commemoratio sancti *Paphnutii abbatis*. Ibidem. Die 16. *requies sanctae Elisabeth matris Iohannis baptistae*. Fol. 188. Die 17. martyrium sancti *Mennae monachi achmimensis*, seu panopolitani, ab Arabibus in regione Asmonaeorum caesi. Fol. 184. Die 18. *requies sancti confessoris Meletiani patriarchae Antiochiae* sub Constante filio Constantini magni imperatore. Ibid. a terg. Die 19. Translatio reliquiarum sancti athletae *Martiniani anachoretae* ex urbe Athenarum ad urbem Antiochiam sub Demetrio patriarcha antiocheno, et Valerio imperatore. Fol. 185. a terg. Die 20. *requies sancti patris Petri Alexandriae patriarchae* vigesimi primi, qui sanctum Athanasium excepit. Ibidem. Eodem die commemoratio sanctorum *Basilii*, *et Theodosii*, *et*

Timothei martyrum in urbe Alexandria. Fol. 186. Die 21. *requies sancti patris Gabrielis Alexandriae papae* quinquagesimi septimi, qui sedit annos undecim. Ibid. Eodem die *requies sancti patris Zachariae episcopi* Sakae in Aegypto inferiore, qui varios canones, tractatus, et homilias edidit. Ibid. a terg. Eodem die martyrium sancti *Onesimi* presbyteri, discipuli sancti Pauli apostoli. Fol. 186. Die 22. Commemoratio sancti *Marutae episcopi*, et translatio reliquiarum sanctorum martyrum, qui in urbe Miapharkino sub Diocletiano passi sunt etc. *Maruthas* is est tagritensis episcopus, Theodosii iunioris ad Isdegerdem Persarum regem legatus, qui reliquias martyrum in persequutione saporica caesorum *Miapharkinum*, seu *Tagritum*, quae deinceps Martyropolis appellata est, transtulit. Vide praefationem nostram generalem in acta martyrum orientalium et occidentalium part. I. pag. 60, ubi hocce Coptitarum de sancto Marutha elogium arabice et latine protulimus, et fabulas quae in eo occurrunt castigavimus. Fol. 188. Die 23. martyrium sancti *Eusenii* (lege *Eusebii*) *filii sancti Basilidis, et sociorum* sub Diocletiano. Ibid. a terg. Die 24. *requies sancti Agapiti episcopi* sub Constantino magno imperatore. Fol. 189. a terg. Eodem die commemoratio sancti *Timothei martyris*, Gazae in Palaestina. Ibid. a terg. Eodem die martyrium sancti *Matthiae* in Cypro insula. Ibidem. Die 25. martyrium sanctorum *Arsenii*, *et Philemonis*, *et Luciae virginis*, sancti Pauli apostoli discipulorum. Ibidem. Eodem die commemoratio *Conae diaconi*, *qui Romae martyr occubuit*; *et Mennae martyris in Cypro*. Fol. 191. Die 26. *requies sancti Hoseae prophetae*. Ibidem. Eodem die martyrium sancti *Zadoc episcopi*, *et centum viginti octo sociorum*, in Perside sub Sapore rege caesorum. Ibid. a terg. Die 27. *requies sancti patris Eustathii patriarchae Antiochiae*. Ibidem. Die 28. martyrium sancti *Theodori romani*, sub Maximino et Domitiano imperatoribus. Fol. 193. Die 29. martyrium sancti *Polycarpi episcopi Smyrnae*. Ibid. Die 30. *Inventio capitis sancti Iohannis baptistae*. Ibid. a terg. Is codex exaratus est anno Christi 1713, ut haec docet epigraphe, quae fol. 123. a tergo in clausula mensis *emscir* seu februarii legitur. *Absolutus est tomus primus sacri Synaxarii vespere noctis feriae quartae benedictae, die vigesima mensis chiac* (decembris) *benedicti*, *anno sanctorum iustorum et purorum martyrum millesimo quadringentissimo trigesimo*, *qui respondet diei* 17. *mensis dilheggae*, *anno hegirae arabicae* 1125, *in pace Domini. Amen. Calligraphus autem impotens*, *peccator*, *humilis*, *abiectus*, *iners*, *Abraham Salomon*, *faber lignarius*, *nomine diaconus*, *patria misreusis*, *qui in urbe a Deo custodita Misra* (*Chairo*) *in Char-Telone*, *in vico Camelariorum commoratur*, *orat obsecratque dilectionem patrum et fratrum fidelium*, *qui hasce debiles litteras inspexerint*, *ut adprecentur ei veniam multorum eiusdem peccatorum. Qui autem mendum aliquod invenerit*,

illudque correxerit, dominus Deus vitam et finem in bonum concedat. Porro quisquis quippiam dixerit, retributionem accipiet; sicuti bonus Salvator noster in suo evangelio promisit; pro uno triginta, et sexaginta, et centum; et eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. Et gloria Deo semper in aeternum. Amen. Peracta est collatio atque emendatio pro viribus.

LXIII.

Codex in folio bombyc. foliorum 195, arabico sermone et litteris, eadem qua praecedens codex manu exaratus, inter codd. arabicos ex Aegypto in vaticanam bibliothecam a Iosepho Simonio Assemano illatos, decimus nonus; quo continetur.

Synaxarium, seu *martyrologium*, *ecclesiae alexandrinae Coptitarum* in duos tomos divisum auctore *Michaele episcopo Atribae et Meligae*, de quo in proxime antecedente codice; *tomus alter*, complectens compendiaria acta, seu elogia sanctorum, quorum memoria sex posterioribus anni coptici mensibus colitur, nempe a *barmahath* ad *mesori*, seu a martio ad augustum, cui subiunguntur quinque vel sex dies, quos Coptitae *mensem parvum appellant*.

Mensis barmahath seu *phanemoth* (martius). Die 1. *requies sancti patris Braxii episcopi domus sanctitatis* sive *Hierosolymae*, qui imperante Alexandro, pontificatum inivit, obiitque anno aetatis suae centesimo decimo septimo. Fol. 1. Eodem die commemoratio sancti *Mercurii episcopi*. Ibidem a terg. Eodem die martyrium sancti *Alexandri romani*, sub Maximiano imperatore. Ibidem. Die 2. martyrium *sancti patris Macrobii Asmonaei episcopi Nakii*, qui martyrium subiit Alexandriae sub Armenio praeside anno aetatis suae centesimo trigesimo primo. Ibid. Die 3. *requies sancti patris Cosmae patriarchae sedis Marci* Alexandriae quinquagesimi octavi, qui sedit annos duodecim. Fol. 2. a terg. Eodem die martyrium sancti *Barphonii panopolitani*. Fol. 3. a terg. Die 4. Commemoratio *synodi octodecim episcoporum* habitae adversus *quartodecimanos in Geziras Beni-Amar*, seu insula Zebedaea. In ea autem, iuxta epistolas a romano, antiocheno, alexandrino, et hierosolymitano patriarchis, ad eandem synodum datas, decretum dicitur, ut sacrum pascha non nisi die dominico, qui pascha Iudaeorum proxime consequitur, deinceps celebraretur. Ibidem. Eodem die martyrium sancti *Iulii ducis Pergae in Pamphylia* sub Diocletiano imperatore. Fol. 4. Die 5. *requies sancti abbatis Serapamonis hegumeni* monasterii S. Iohannis. Fol. 4. a terg. Eodem die martyrium sanctae *Eudociae heliopolitanae monialis* per S. Germanum monachum hierosolymitanum ex samaritana supersti-

tione ad christianam religionem conversae, sub Traiano imperatore. Fol. 5. Die 6. martyrium sancti *Dioscori alexandrini* sub primis Mahometanorum kaliphis. Fol. 6. Eodem die *requies sancti Theodoti confessoris episcopi Cyriniae urbis in insula Cypro* sub Constantino magno imperatore. Fol. 6. a terg. Die 7. martyrium sanctorum *Philemonis et Apollonii* sub Ariano Ansanae praefecto. Fol. 7. Die 8. martyrium sancti Ariani praefecti Ansanae, seu Antinopoleos, qui sanctos Philemonem et Apollonium martyrio adfecerat, sub Diocletiano imperatore. Ibidem. Eodem die martyrium sancti *Matthiae apostoli, unius ex duodecim apostolis.* Fol. 8. Eodem die *requies sancti Iuliani patriarchae Alexandriae* undecimi, qui sedit annos decem. Fol. 9. Die 9. martyrium sanctorum *Hadriani, et eius coniugis, et Eusyppi, et Hermae, aliorumque martyrum.* Ibid. Eodem die *requies sancti athletae Cononis discipuli apostolorum.* Ibid. Die 10. *Inventio pretiosae crucis domini nostri Iesu Christi* per Helenam imperatricem primum, tum per Heraclium imperatorem. Fol. 10. Die 11. martyrium sancti *Basilaei episcopi*, quem Armon patriarcha hierosolymitanus ordinasse dicitur, ut in civitatibus infidelium Christi fidem praedicaret. Fol. 11. a terg. Die 12. Commemoratio sancti *Michaëlis archangeli.* Fol. 12. Eodem die manifestatio castitatis sancti *Demetrii Alexandriae patriarchae* duodecimi; quum scilicet eius castimonia miraculo fuit probata. De quo miraculo vide Renaudot. hist. patriarchar. alexadrin. pag. 21. Ibid. Die 13. martyrium quadraginta sanctorum *martyrum Sebastenorum* sub Licinio imperatore. Fol. 13. Eodem die *requies sancti patris Dionysii Alexandriae patriarchae* decimi quarti, qui sedit annos septemdecim, obiitque anno Christi. 264. Fol. 14. Die 14. *requies sancti patris Cyrilli cognomento filii Laclaki Alexandriae patriarchae* septuagesimi quinti, ab anno martyrum 951. ad an. 959, id est ab anno Christi 1235. ad 1243. Fol. 15. Eodem die martyrium sancti *Sanudii bahensensis* sub Maximo praeside. Fol. 15. Eodem die martyrium sanctorum *Eugenii, Agathodori, et Elpidii*, qui a sancto *Armone patriarcha hierosolymitano* sine titulo certae sedis episcopi ordinati perhibentur. Fol. 15. a terg. Die 15. *requies sanctae Sarae saidensis monialis*, cuius in vitis patrum frequens fit mentio; ubi et eius apophthegmata, seu dicta, laudantur. Fol. 16. Eodem die commemoratio *Helnasii martyris* ex Ahnas. Ibidem. Die 16. *requies sancti patris Chaëlis seu Michaëlis, Alexandriae patriarchae* quadragesimi sexti; de quo fuse Renaudotius in hist. patriarch. alexandr. a pag. 203. Fol. 16. a terg. Die 17. *requies sancti Lazari*, quem Dominus resuscitavit a mortuis. Fol. 17. a terg. Eodem die commemoratio sanctorum *Georgii devoti, et Blasii martyris, et Iosephi episcopi.* Fol. 18. martyrium sancti *Isidori* sub Decio imperatore. Fol. 18. a terg. Die 19. *requies sancti apostoli Aristobuli* ex septuaginta Christi domini discipulis. Fol. 19. Eodem die commemoratio septem martyrum

nempe *Alexandri misrensis* , *Agapii gazaei* . *Timolai pontici* , *Dionysii tripolitani* , *Romili* , *et Balisi aegyptiorum* , Caesareae in Palaestina. Fol. 19. Die 20. *requies patris nostri Chaëlis* , *seu Michaëlis Alexandriae patriarchae* quinquagesimi sexti , qui sedit annos septem et viginti. Inter multas calamitates , quae patriarchatum eius exercuerunt , heic describitur facinus episcopi Sakae viri improbi , adversus eundem patriarcham ; quum scilicet is , ob raptam de manibus Chaëlis , comminutamque hostiam in missa solemni oblatam , communi episcoporum sententia depositus , ipsum patriarcham , ceu opulentissimum hominem , apud Misrae praefectum , ultionis caussa , calumniatus est. Vide Renaudot. hist. patriarch. alexandr. pag. 323, ubi integra huiusce facinoris historia exhibetur ; cuius tamen lectionem in obsequium dignitatis episcopalis praetermittendam esse , calligraphus huius Synaxarii monet ad marginem Fol. 19. a terg. Eodem die *resuscitatio Lazari a mortuis*. Fol. 20. a terg. Eodem die dedicatio ecclesiae sancti patris *Asperonis* , fortasse *Asclae*. Ibid. Die 21. Commemoratio *deiparae virginis Mariae*. Ibidem. Eodem die *accessus domini nostri Iesu Christi cum suis apostolis ad Bethaniam*. Ibidem. Eodem die *consilium inierunt principes sacerdotum ut occiderent Lazarum*. Fol. 21. Eodem die commemoratio *sanctorum martyrum Theodori et Timothei*. Ibidem. Die 22. *requies sancti patris nostri Cyrilli episcopi hierosolymitani* , qui editis variis scriptis summae utilitatis , obiit anno episcopatus sui trigesimo tertio. Ibid. Die 23. *requies sancti magni Danielis prophetae*. Fol. 22. Die 24. *requies sancti patris Macarii Alexandriae patriarchae* quinquagesimi noni , qui cathedram sancti Marci tenuit annis viginti. Fol. 23. a terg. Die 25. *requies sancti apostoli Crescentis* ex septuaginta Christi domini discipulis. Fol. 24. Eodem die *requies sanctae virginis Apraxiae romanae* , Honorii imperatoris consanguineae , in Aegypto ubi monasticum institutum professa est. Fol. 23. a terg. Die 26. *requies sancti magni Macarii abbatis monachorum omnium parentis* , *ex Sabsir oppido territorii Manuph*. Fol. 26. Eodem die commemoratio *crucifixionis domini nostri Iesu Christi pro mundi salute*. Fol. 28. a terg. Die 28. *requies sancti Constantini magni imperatoris*. Fol. 29. Die 29. *Annunciatio Deiparae virginis per Gabrielem archangelum*. Fol. 30. a terg. Eodem die commemoratio *resurrectionis domini nostri Iesu Christi a mortuis*. Fol. 31. a terg. Die 30. Festum *sancti Gabrielis archangeli*. Ibidem. Eodem die commemoratio *sancti Samsonis* ex iudicibus Israëlitarum. Fol. 32. Eodem die translatio corporis *sancti Iacobi intercisi persae* ; cuius acta habentur supra ad diem 27. *hatur* , novembris. Fol. 33.

Mensis barmudi seu *pharmuthi* (aprilis). Die 1. Commemoratio *sancti patris Silvani monachi sancti Macarii abbatis* in valle Habib. Fol. 33. Eodem die commemoratio mirificae expulsionis Arabum ex monasterio sancti Macarii in

Nitria, quod una cum reliquis monasteriis depopulati fuerant. Fol. 34. Eodem die *requies sancti Aaronis fratris Mosis*, iuxta kalendaria alexandrina et alia quaedam saidensia. Ibidem. Eodem die *requies patris nostri Iohannis Abu-kersci*, seu *ventriosi*. Ibidem. Die 2. martyrium *sancti Christophori de regione Canibalarum, qui faciem caninam habebat*, sub Decio imperatore. Ibidem. Die 3. *requies sancti patris Iohannis episcopi hierosolymitani*, qui sedit annos duos sub Hadriano imperatore, *quem Eliam nuncupant*. Fol. 35. Eodem die *requies sancti patris nostri Michaëlis Alexandriae patriarchae* septuagesimi primi. Fol. 35. a terg. Die 4. martyrium sanctorum *Victoris, et Decii, et Irenes, et plurimorum aliorum martyrum virorum, mulierum, et virginum*, sub Iuliano apostata. Fol. 36. Die 5. *requies sancti magni prophetae Ezechielis fili Buzi sacerdotis*. Fol. 36. a terg. Die 6. *requies sanctae Mariae aegyptiacae* alexandrinae paenitentis. Fol. 37. Eodem die apparuit Christus dominus Thomae apostolo, octavo resurrectionis suae die. Fol. 38. a terg. Die 7. *requies sancti Ioachimi patris dominae Dei nostri genitricis*. Ibidem. Eodem die commemoratio *Agapes et Theodorae martyrum*. Item commemoratio *sancti Macrobii filii Mosis, fundatoris monasterii Belinae* in Thebaide. Fol. 39. Die 8. martyrium sanctarum virginum *Agapes, Irenes, et Sethoniae*, lege *Chionae*, Thessalonicae sub Maximiano imperatore. Fol. 39. Eodem die martyrium centum et quinquaginta captivorum a rege Persarum ex finibus imperii Christianorum in Persidem abductorum. Fol. 40. Die 9. *requies sancti patris Zosimi presbyteri monachi palaestini*. Ibid. Eodem die memoria miraculi a sancto patre nostro *Sanuthio Alexandriae patriarcha* quinquagesimo quinto patrati, qùum scilicet Arabes, qui monasteria Thebaidis depopulatum venerant, inde signo crucis expulit. Fol. 41. Die 10. *requies sancti patris Isaaci discipuli sancti Apollinis abbatis Scetes*. Fol. 41. a terg. Eodem die *requies sancti patris Gabrielis, cognomento filii Turik* patriarchae Alexandriae septuagesimi, qui sedisse dicitur annos quatuordecim. Fol. 42. Die 11. *requies sanctae matris Theodorae* alexandrinae, quae claruit sub quatuor sanctis patriarchis alexandrinis, nempe *Alexandro, Athanasio, Petro, et Timotheo*. Fol. 42. a terg. Eodem die commemoratio *sancti Iohannis episcopi Gazae* in Palaestina. Fol. 43. a terg. Die 12. Commemoratio *sancti Michaëlis archangeli*. Ibidem. Eodem die *requies sancti patris Alexandri patriarchae hierosolymitani* confessoris, sub Decio imperatore. Ibidem. Eodem die martyrium *sancti Antonii episcopi Tamoiae*. Fol. 44. a terg. Die 13. martyrium sanctorum monachorum *Iosue et Iosephi discipulorum sancti patris Milii* in monte Corasan, quorum martyrii acta habes infra ad diem 28. huius mensis, quo praefatus Milius martyr occubuit. Ibidem. Eodem die commemoratio *Mudii martyris et Dionysiae*. Ibidem. Die 14. *requies sancti patris Maximi Alexandriae patriarchae* decimi quinti,

qui sedit annos septemdecim. Ibidem. Die 15. Dedicatio ecclesiae sancti *Nicolai episcopi* Myrae, in urbe Alexandria, quae est ecclesiarum ad usum christianorum Iacobitarum in Aegypto exstructarum princeps. Fol. 45. a terg. Eodem die commemoratio *sancti apostoli Agapii*, unius ex septuaginta Christi domini discipulis. Ibid. Eodem die commemoratio sanctae *Alexandrae imperatricis martyris*. Fol. 46. Die 16. martyrium sancti magni *Antipae episcopi Pergami*, discipuli sancti Iohannis evangelistae, sub Domitiano imperatore. Ibidem. Die 17. martyrium sancti *Iacobi apostoli fratris Iohannis, filii Zebedaei*. Fol. 47. Die 18. martyrium sancti *Arsenii servi sancti Sisinii*, sub Diocletiano imperatore. Ibidem. Die 19. martyrium sancti *Simeonis armenii episcopi Persidis, et centum quinquaginta sociorum* sub Sapore Hormisdae filio, rege Persarum. Vide admonitionem nostram in acta S. Simeonis Barsaboe Seleuciae et Ctesiphontis episcopi, part. I. act. martyr. orient. pag. 9. ubi integrum hocce elogium arabice et latine edidimus. Fol. 47. a terg. Die 20. martyrium sancti *Benodii anachoretae de Daudara* Aegypti oppido, sub Ariano praeside. Fol. 48. Die 21. Commemoratio *Deiparae virginis Mariae*. Fol. 48. a terg. Eodem die *requies sancti Hierothei atheniensis*, discipuli sancti Pauli apostoli. Ibidem. Die 22. *requies sancti patris Isaaci horinensis*. Fol. 49. Eodem *die requies sancti patris Alexandri patriarchae Alexandriae* decimi noni, qui sedit annos sexdecim. Fol. 49. a terg. Eodem die *requies sancti patris Marci Alexandriae patriarchae* quadragesimi noni, qui cathedram S. Marci tenuit annos viginti. Fol. 50. a terg. Eodem die *requies sancti patris Chaëlis patriarchae Alexandriae* quinquagesimi tertii. Fol. 51. Die 23. martyrium sancti *Georgii cappadocis*, sub Dadiano imperatore. Fol. 51. a terg. Die 24. martyrium sancti *Sinae, socii sancti Isidori*, qui die tertia mensis *barmahat*, martii, laudatur; ubi tamen nulla eius mentio occurrit. Fol. 53. Eodem die *requies sancti patris Sanuthii Alexandriae patriarchae* quinquagesimi quinti. Ibidem. Die 25. martyrium sanctae *Sarae, eiusque duorum filiorum*, Antiochiae sub Diocletiano imperatore. Fol. 54. a terg. Eodem die commemoratio *Babnodii anachoretae, et sancti Theodori devoti, et centum martyrum in Perside caesorum*. Fol. 55. Die 26. martyrium sancti *Sisinii, et MCXC. sociorum*, Nicomediae sub Diocletiano imperatore. Fol. 55. Die 26. martyrium sancti *Victoris filii Romani, supremi administri Diocletiani imperatoris*, Antinopoli sub Armenio praeside. Fol. 56. Die 28. martyrium sancti *Milii anachoretae in monte Chorasan, et duorum eius discipulorum*. Is est *Milius* Susae episcopus, cuius martyrium par. I. act. martyrium orient. et occident. a p. 60. edidimus, ubi et hocce Coptitarum de eo elogium arabice et latine insertum reperies. Fol. 57. Die 29. *requies sancti patris apostoli Erasti* ex septuaginta Christi discipulis, ecclesiae hierosolymitanae oeconomi, tum episcopi urbis *Banatos*, seu *Philippo-*

15

rum in Macedonia, quem Paulus apostolus in duabus suis epistolis commemorat. Fol. 58. a terg. Eodem die *requies sancti Adachii episcopi Hierusalem.* Fol. 58. Die 30. martyrium sancti apostoli *Marci evangelistae*, *patriarcharum alexandrinorum primi.* Ibidem.

Mensis bescensius, seu *pachoro* (maius). Die 1. Commemoratio nativitatis *dominae sanctae Mariae Dei genitricis.* Ibidem. Die 2. *requies Iobi iusti.* Ibid. Eodem die *requies sancti Theodori discipuli S. Pachomii abbatis.* Fol. 61. a terg. Die 3. *requies sancti patris Iasonis* ex septuaginta Christi domini discipulis. Fol. 62. Die 4. *requies sancti Iohannis Alexandriae patriarchae* vigesimi noni, qui sedisse dicitur annos octo. Fol. 62. a terg. Die 5. *requies sancti patris Hieremiae prophetae.* Fol. 63. Die 6. matyrium sancti *Isaaci daphrensis.* Fol. 63. a terg. Eodem die *requies sancti patris Macarii alexandrini presbyteri.* Fol. 64. Eodem die martyrium sancti *Bennodii bandarensis.* Fol. 64. a terg. Die 7. *requies sancti patris Athanasii apostolici patriarchae Alexandriae* vigesimi. Fol. 65. Die 8. martyrium sancti *Iohannis sanhuthensis.* Fol. 65. a tergo. Eodem die commemoratio ascensionis domini nostri Iesu Christi in caelum. Fol. 66. Eodem die *requies sancti patris Danielis hegumeni Scetes.* Fol. 66. a terg. Die 9. *requies sanctae Helenae edessenae matris Constantini imperatoris.* Fol. 67. Die 10. Commemoratio sanctorum *trium puerorum Ananiae*, *Azariae*, *et Misaëlis.* Fol. 67. a terg. Die 11. Commemoratio sanctae *Theocliae*, *sancti Iusti ducis coniugis.* Ibidem. Eodem die commemoratio sancti *Paphnutii episcopi* a Philotheo Alexandriae patriarcha sexagesimo tertio ordinati. Fol. 68. a terg. Die 12. Commemoratio sancti Michaëlis archangeli. Fol. 69. Eodem die *requies sancti patris nostri Iohannis chrysostomi patriarchae constantinopolitani.* Ibid. Eodem die commemoratio *apparitionis crucis igneae super Golgotham* in urbe Hierusalem, sub sancto Cyrillo eiusdem urbis episcopo, et Constantio filio Constantini magni imperatoris. Fol. 70. Eodem die dedicatio ecclesiae sanctae martyris *Damianae* in Zaharana. Fol. 70. a terg. Die 13. *requies sancti patris philosophi Arsenii romani*, *Honorii et Arcadii imperatorum praeceptoris.* Ibid. Die 14. *requies sancti patris Pachomii abbatis congregationis spiritualis.* Fol. 71. a terg. Eodem die martyrium sancti *Epimachi pharmensis* sub Paulamio Aegypti praefecto. Fol. 72. Die 15. martyrium sancti *Simeonis Zelotae*, *qui et Nathanaël*, *ex Cana Galilaeae.* Fol. 72. a terg. Eodem die commemoratio sancti *Mennae diaconi eremitae.* Fol. 73. a terg. Eodem die certamen sanctorum *quadringentorum martyrum* sub Diocletiano imperatore. Ibidem. Die 16. Commemoratio sancti *Iohannis evangelistae*, *eiusque praedicationis in civitatibus Asiae.* Ibidem. Die 17. *requies sancti patris Epiphanii episcopi Cypri.* Fol. 74. Die 18. *requies sancti patris Georgii*, *socii sancti Ephraemi abbatis.* Fol. 76. Die 19. *requies sancti*

patris Isaaci presbyteri cellarum. Fol. 76. a terg. Eodem die martyrium sancti *Isidori antiocheni* sub Diocletiano imperatore. Fol. 77. a terg. Die 20. *requies sancti patris Ammonii* ex monte Tunae. Ibidem. Die 21. Commemoratio deiparae virginis Mariae. Fol. 79. Eodem die *requies sancti Martiani, seu Mardarii, anachoretae.* Fol. 79. Die 22. *requies sancti patris Andronici*, ex septuaginta Christi domini discipulis. Fol. 80. Die 23. *requies sancti apostoli Iulii*, ex septuaginta Christi domini discipulis. Fol. 80. a terg. Eodem die martyrium sancti *Iuliani, eiusque matris in urbe Alexandria.* Fol. 81. Die 24. Adventus Christi domini in Aegyptum. Ibidem. Eodem die *requies sancti prophetae Habacuc*, ex duodecim minoribus prophetis. Fol. 81. a terg. Die 25. martyrium sancti *Coluthi ansnavensis medici* sub Ariano Aegypti praefecto. Fol. 82. a terg. Die 26. martyrium sancti apostoli *Thomae* qui *Geminus* appellatur. Fol. 83. Die 27. *requies sancti patris Iohannis Alexandriae patriarchae* trigesimi, ab anno Christi 505. ad 516. Fol. 84. a terg. Eodem die *requies sancti Lazari, fratris Marthae et Mariae, episcopi Cypri.* Fol. 85. Die 28. Adventus corporis sancti patris *Epiphanii episcopi Cypri in urbem Cyprum.* Ibid. Die 29. *requies sancti patris Simeonis de monte Antiochiae, sive iunioris Stylitae*, qui praeter innumera ferme miracula, plures tractatus et sermones asceticos magnae quidem utilitatis edidisse perhibetur. Fol. 85. a terg. Die 30. *requies sancti patris Michaëlis patriarchae Alexandriae* sexagesimi octavi, ab anno Christi 1092. ad annum 1102. Fol. 86. a terg. Eodem die *requies sancti apostoli Carpi*, unius ex septuaginta discipulis. Fol. 87.

Mensis baoneh seu *payni* (iunius). Die 1. Dedicatio ecclesiae sancti *Leontii damasceni*, qui die 22. mensis *abibi* (iulii) martyr occubuit, imperante Diocletiano; et memoria ingentis miraculi in eadem ecclesia a laudato martyre patrati. Ibid. Eodem die commemoratio sancti *Cosmae martyris tachensis*, eiusque socii. Fol. 88. Eodem die martyrium *Bephamii militis.* Ibidem. Die 2. Inventio corporum sanctorum *Iohannis baptistae, et Elisaei prophetae discipuli Eliae zebotae*, in urbe Alexandria sub Theophilo Alexandriae patriarcha vigesimo tertio. Fol. 88. a terg. Die 4. *requies sanctae Marthae misrensis paenitentis.* Fol. 89. a terg. Eodem die martyrium sancti *Hilarii episcopi*, imperante *Nolikno* (fortasse *Iuliano apostata*) quem Hilarius de idololatria arguisse dicitur. Fol. 90. a terg. Die 4. martyrium sancti *Iohannis heraclensis.* Ibidem. Eodem die martyrium sanctorum *Abamonis et Sophiae.* Fol. 91. a terg. Die 5. *requies sancti Iacobi orientalis confessoris.*. Ibid. Eodem die martyrium sancti *Macarii.* Ibidem. Die 6. martyrium sancti *Theodori alexandrini monachi*, imperante Constantino Constantini magni filio ariano. Ibid. Die 7. martyrium sancti *Aschironis de Calin* sub Ariano Ansnae praeside. Fol. 92. a terg. Die 8. Dedicatio ecclesiae Deiparae virginis

in *Mataraea*, extra moenia Chairae, ubi fons aquae dulcis, quem eadem Deipara cum filio et sponso ex Aegypto in Iudaeam redux divinitus elicuisse dicitur. Fol. 93. a terg. Eodem die commemoratio *Emmadae et filiorum eius*, nec non *Armenii eiusque matris*. Ibidem. Die 9. Commemoratio *sancti prophetae magni Samuelis*. Ibidem. Eodem die martyrium sancti *Lucilliani*, *et quatuor sociorum eius*, sub Aureliano imperatore. Fol. 94. a terg. Eodem die adventus corporis magni martyris *Mercurii* in urbem Chairam sub Iohanne patriarcha alexandrino. Fol. 95. Die 10. martyrium sanctae *Dapamonae et sociorum*, sub Armenio Alexandriae praefecto. Fol. 96. a terg. Eodem die commemoratio edicti a Constantino magno imperatore adversus idololatras promulgati. Fol. 98. a terg. Die 12. *requies sancti patris Iusti patriarchae Alexandriae* sexti, qui sedit annos duodecim. Fol. 100. Eodem die commemoratio *sancti Michaëlis archangeli*; ubi describitur vita et obitus sanctae *Euphemiae viduae*, eidem sancto archangelo devotae. Ibidem. Die 13. *requies sancti patris Iohannis episcopi hierosolymitani*. Fol. 102. Eodem die festum *S. Gabrielis archangeli*, secundum ritum aegyptiacum. Fol. 103. Die 14. martyrium sanctorum *Cyri*, *et Iohannis*, *et Ptolemaei et Philiae damanorensium*. Ibidem. Die 15. Dedicatio ecclesiae sancti *Mennae* in Mariot. Fol. 103. a terg. Die 16. *requies sancti patris Onuphrii anachoretae* in deserto saidensi, cuius vitam descripsit sanctus abbas Paphnutius. Fol. 104. Die 17. *requies sancti patris Lathsonii*, disciputi sancti Isidori abbatis. Fol. 105. a terg. Die 18. *requies sancti patris Damiani patriarchae Alexandriae* trigesimi quinti, qui obiit anno Christi 607, quum sedisset annos circiter sex et triginta. Fol. 106. a terg. Die 19. martyrium sancti *Georgii neophyti achmimensis*, sub Mahometanorum kaliphis. Fol. 108. Eodem die martyrium sancti *Bissaei Anubii ex Paneira Damiatae*, oppido Atribae, sub Ariano praeside. Fol. 109. Eodem die *requies patris patriarchae Archelai*. Ibidem. Die 20. *requies sancti magni prophetae Elisaei*. Ibidem. Die 21. Commemoratio deiparae virginis Mariae. Fol. 110. Eodem die martyrium sancti *Timothei ex vetere Misra*, seu *Memphi*, sub Ariano Ansnae praefecto. Fol. 111. a terg. Eodem die *requies sancti patris Cerdonis patriarchae Alexandriae* quarti, qui sedit annos undecim. Fol. 112. Die 22. Commemoratio sanctorum *Cosmae et Damiani*, *eorumque fratrum*, *et matris Theodotae*; *et apparitio miraculorum ab iis patratorum*. Ibidem. Die 28. *requies sancti patris Abanobii confessoris monachi saidensis* sub Constantino magno imper. Fol. 112. a terg. Die 24. martyrium sancti patris *Mosis Nigri*, disciputi sancti Macarii, sub barbaris. Fol. 113. a terg. Die 25. martyrium sancti apostoli *Iudae filii Iosephi*, ex septuaginta discipulis. Fol. 115. Eodem die *requies sancti patris Petri patriarchae Alexandriae* trigesimi quarti, qui obiit anno Christi 570, quum sedisset annos duos. Ibidem. Die

26. *requies magni prophetae Iosue filii Nun* seu *Nave*. Fol. 116. Eodem die dedicatio ecclesiae sancti *Gabrielis archangeli*. Ibidem. Die 27. *requies sancti apostoli Ananiae episcopi Damasci*, ex septuaginta discipulis. Fol. 117. Eodem die martyrium sancti *Thomae sandlathensis* in Tava, imperante Diocletiano 117. a terg. Die 28. *requies sancti patris Theodosii patriarchae Alexandriae* trigesimi tertii, a quo Aegyptii monophysitae *Theodosiani* nuncupati, usque ad tempora Iacobi Baradaei, unde Iacobitarum deinceps nomen sortiti sunt. Fol. 118. Die 29. martyrium sanctorum septem monachorum videlicet, *Baisidis*, *et Kotylae*, *et Ardamae*, *et Mosis*, *et Asit*, *et Barkelai*, *et Kotylae* alterius ex monte Tunae, imperante Diocletiano. Fol. 119. Eodem die martyrium sanctorum *Hor*, *et Absaei*, *et Diodorae eorum matris*, Alexandriae sub Diocletiano imperatore. Fol. 120. Die 30. nativitas sancti *Iohannis baptistae*. Fol. 120. a terg.

Mensis abib seu epiphi (iulius). Die 1. martyrium sanctae virginis *Phebroniae monialis* in Mesopotamia sub Diocletiano imp. Ibidem. Eodem die *requies sanctorum Biohae et Theonis presbyterorum ecclesiae Tunae*, dioecesis *Thanadae*, Danieli hegumeno aequalium, qui ex angeli praecepto draconem comedisse perhibentur, quod is sacram eucharistiam, ad usum infirmorum et morti proximorum tunc temporis adservari solitam, devoraverit. Monet tamen calligraphus in margine, huiusmodi narratiunculam non esse legendam. Fol. 122. a terg. Die 2. *requies sancti Thaddaei*, ex duodecim Christi domini apostolis. Fol. 123. a terg. Die 3. *requies sancti patris Cyrilli columnae fidei*, *et luminaris ecclesiae orthodoxae*, *patriarchae Alexandriae* vigesimi quarti, qui sedit annos duos et triginta. Ibidem. Eodem die *requies sancti patris Caelestini papae Romae*; cuius acta heic pleraque depravata, atque interpolata sunt. Fol. 124. a terg. Die 4. translatio reliquiarum sanctorum *Cyri et Iohannis* in urbem Alexandriam. Fol. 125. a terg. Die 5. martyrium sanctorum magnorum *Petri et Pauli principum apostolorum*. Fol. 126. Die 6. martyrium sancti apostoli *Olympii cognomento Pauli*, ex septuaginta discipulis, Romae sub Nerone imperatore. Eodem die martyrium sanctae *Theodosiae matris sancti Procopii*, de quo infra die 14. huius mensis; nec non *duorum ducum et duodecim mulierum*, quae una cum Theodosia passae sunt Antiochiae, Diocletiano imperante. Fol. 128. a terg. Die 7. *requies sancti patris Sanuthii archimandritae achmimensis*. Ibidem. Eodem die martyrium *Ignatii papae Romae*, *qui Petrum excepit imperante Traiano*. Fallitur auctor synaxarii: Evodius enim, non Ignatius, Antiochiae episcopus a sancto Petro constitutus fuit; eique tertius successit Ignatius, quem perperam romanum papam vocat; uti vel ex plerisque Coptitis scriptoribus perspicuum est. Fol. 129. a terg. Die 8. *requies sancti Bissaei monachi scetensis*, sub sancto Ammone abbate. Ibidem. Eodem die martyrium sanc-

torum *Abirom et Atham sanbatensium*, sub Diocletiano imperatore. Fol. 131. a terg. Eodem die martyrium sancti *Apollonii presbyteri ex Bara Sakae oppido*, Ansnae sub Diocletiano imperatore. Fol. 133. Eodem die martyrium *Bimae ex Benklao dioecesis behensensis*, Alexandriae sub Diocletiano imperatere. Ibidem. Eodem die *requies sancti Cyri fratris Theodosii magni imperatoris*, qui in finibus terrarum haud procul ab inferis anachoreticam vitam egit. Fol. 133. a terg. Die 9. martyrium sancti apostoli *Simeonis Cleophae episcopi Hierusalem*, *Iacobi fratris Domini successoris*. Fol. 134. a terg. Eodem die *requies sancti patris Claudiani patriarchae Alexandriae noui*, qui sedit annos quatuordecim. Ibidem. Die 10. martyrium sancti *Theodori episcopi Pentapoleos*, sub Diocletiano imp. Ibidem. Eodem die certamen sancti *Theodori episcopi Corinthi*, *et mulieris sociae*; nec non duorum ducum, nempe *Lucii et Digniani*, qui martyrii eiusdem sancti Theodori anctores fuerant. Fel. 135. Die 11. martyrium sanctorum *Iohannis et Simeonis eius patruelis sarmalensium*, Alexandriae imperante Diocletiano. Fol. 136. Eodem die commemoratio sancti *Isaiae anachoretae in monte Scetes*. Fol. 137. Die 12. commemoratio sancti Michaëlis archangeli. Ibidem. Die 13. *requies sancti patris Basnodii episcopi Copti*. Fol. 137. a terg. Eodem die martyrium sancti *Abamonis tukensis*, Ansnae sub Eugenio praeside. Fol. 138. a terg. Eodem die martyrium sancti *Procopii hierosolymitani*, Caesareae in Palaestina sub Diocletiane imp. Ibidem. Die 15. *requies sancti patris Ephraem syri*. Fol. 140. Eodem die martyrium sancti *Cyriaci*, *et Iulittae eius matris*. Fol. 141. Eodem die martyrium sancti *Abaharcii*. Fol. 141. a terg. Die 16. *requies sancti Iohannis calybitae*, *qui aureum evangelium portabat*. Ibidem. Die 17. martyrium sanctae virginis *Euphemiae*, sub Diocletiano imperatore et Prisce preconsule. Fol. 143. Die 18. martyrium sancti apostoli *Iacobi episcopi Hierusalem*, quem filium Iosephi fabri lignarii minimum fuisse, ideoque fratrem Domini appellatum Coptitae autumant. Ibidem. Die 19. martyrium sancti *Patlani* (Pantaleonis) *medici nicomediensis et sociorum*, sub Maximiano imperatore. Fol. 144. Die 20. martyrium sancti *Theodori ex Sataba*, *Saidi oppido*, Antiochiae sub Diocletiane imperatore. Fol. 145. Die 21. commemoratio deiparae virginis Mariae. Fol. 146. Eodem die *requies sancti Stsinii eunuchi* Theodosii imperatoris. Ibidem. Die 22. martyrium sancti *Macarii filii Basilidis*, Diocletiani imperatoris supremi administri. Fel. 146. a terg. Eodem die martyrium sancti *Leontii militis tripolitani*. Fel. 147. Die 23. Certamen sancti *Longini cappadocis centurionis*, qui latus Christi lancea transfodit, Caesareae sub Tiberio imperatore. Fol. 148. Eodem die martyrium sanctae *Marinae*, sub Dadiano imperatore. Fol. 148. a terg. Die 24. martyrium sancti *Abanobii*, Alexandriae sub Diocletiano imperatore. Ibidem. Eodem die *requies sancti patris Simeonis patriar-*

chae Alexandriae quadragesimi secundi, qui sedit annos septem et menses sex. Fol. 149. a terg. Die 25. *requies sanctae Theclae apostolae*, discipulae sancti Pauli. Fol. 151. a terg. Eodem die commemoratio dedicationis ecclesiae sancti *Mercurii*. Fol. 152. a terg. Eodem die martyrium sancti *Antonii Benensis*, in Pharina sub Diocletiano imperatore. Ibid. Eodem die martyrium sancti *Isaaci sammensis*, imperante Diocletiano. Ibidem. Eodem die martyrium sanctarum *Theclae et Mogiae*, *ex Cracas Bahairae* oppido Alexandriae sub Diocletiano imperatore. Fol. 153. a terg. Eodem die martyrium sancti *Abkargionis bennanensis*, Alexandriae sub Maximiano imperatore. Fol. 154. Die 26. *requies sancti senis iusti Iosephi fabri lignarii* deiparae Virginis sponsi, qui pater Christi in carne vocari promeruit. Fol. 155. Eodem die *requies sancti patris Timothei patriarchae Alexandriae* vigesimi secundi, qui sedisse dicitur annos novem. Fol. 155. a terg. Die 27. martyrium sancti *Abamonis barnotensis*, Ansnae sub Ariano praeside. Ibidem. Eodem die dedicatio ecclesiae *Baphomii abbatis*. Fol. 156. Die 28. *requies sanctae Mariae Magdalenae* paenitentis. Ibidem. Die 29. Commemoratio *sanctae annunciationis*, *et virgineae nativitatis*, *et gloriosae resurrectionis domini nostri Iesu Christi*. Fol. 156. a terg. Eodem die commemoratio translationis reliquiarum sancti apostoli *Thaddaei* ex Syria in urbem Constantinopolim, imperante Constantino magno, a quo templum in eius honorem aedificatum fuit, et hoc eodem die consecratum. Ibidem. Eodem die martyrium sancti *Barsanuphii*, sub Diocletiano imperatore. Ibidem. Die 30. martyrium sanctorum *Mercurii et Ephraemii achmimensium*, sub Constantino (immo Constante) imperatore ariano. Fol. 157.

Mensis messori (augustus). Die 1. martyrium sancti *Apollinis filii Iusti Romaeorum regis*, sub Diocletiano imperatore. Ibidem. Die 2. *requies sanctae Banisae* paenitentis, discipulae sancti abbatis Iohannis exigui. Fol. 158. Die 3. *requies sancti Simeonis inclusi*, ex insula Syriae. Fol. 159. Die 4. *requies sancti regis Iudae Ezechiae filii Achaz*. Fol. 160. a tergo. Eodem die martyrium sancti *Davidis eiusque fratrum in Sangara*. Fol. 161. a terg. Die 5. *requies sancti Iohannis militis*. Ibidem. Die 6. martyrium sanctae *Iulittae ex urbe Caesarea in Cappadocia*. Ibidem. Die 7. Conceptio *deiparae virginis Mariae*, per Gabrielem archangelum Ioachimo et Annae annunciata. Fol. 162. Eodem die festum sancti *Petri apostoli*, quod hodie celebrant Coptitae ob memoriam professionis fidei ab eo emissae, cum scilicet in medio apostolorum confessus est, Christum esse Dei filium. Fol. 162. a terg. Eodem die *requies sancti patris Timothei patriarchae Alexandriae* vigesimi sexti, qui sedit annos duos, et viginti. Fol. 163. Die 8. martyrium sanctorum novem Macabaeorum, nempe *Eleazari senis*, *et Salomiae eius coniugis*, *eorumque septem filiorum*. Fol. 163. a terg. Die 9.

martyrium sancti *Abaori presbyteri satnuphensis*, Alexandriae sub Diocletiano imperatore. Fol. 164. Die 10. martyrium sancti *Matrae*, Alexandriae sub Decio imperatore. Fol. 164. a terg. Eodem die martyrium sancti *Iohannis*, *ex Asmom Tanah*, *et sociorum nonaginta novem*, in Barmone sub Epimacho duce. Ibidem. Die 11. *requies sancti patris Mosis episcopi Ausimae*, sub Chaële Alexandriae patriarcha. Fol. 165. Die 12. Commemoratio sancti Michaëlis archangeli. Fol. 166. Eodem die commemoratio initi a Constantino magno romani imperii post devictum Maxentium tyrannum. Heic Constantinus dicitur anno imperii sui undecimo a sancto Silvestro papa Romae baptizatus. Ibidem. Die 13. Transfiguratio domini nostri Iesu Christi in monte Thabor. Fol. 166. a terg. Die 14. Commemoratio ingentis miraculi sub Theophilo patriarcha Alexandriae avunculo sancti Cyrilli, a Christo domino patrati, cum scilicet crux lignea ab apostata quodam in synagoga Iudaeorum arundine percussa sanguinem et aquam effudit. Fol. 167. Die 15. *requies sanctae Marinae*, quae mutato nomine, *Marinus* dicta est. Fol. 168. a terg. Die 16. *Ascensio corporis deiparae virginis Mariae in caelum*. Fol. 170. Die 17. martyrium sanctorum *Iacobi manhogensis*, *et Abrahami*, *atque Iohannis*, *samanudensium*, in Pharma sub Diocletiano imperatore. Fol. 170. a terg. Die 18. *requies sancti patris Alexandri patriarchae Alexandriae* decimi noni. Fol. 171. a terg. Die 19. Translatio corporis sancti *Macarii magni abbatis in Scetem*, seu Nitriam. Fol. 172. a terg. Die 20. *requies septem puerorum ephesiorum*, sub Theodosio iuniore imperatore. Fol. 173. Die 21. Commemoratio deiparae virginis Mariae. Fol. 174. a terg. Eodem die *requies sanctae virginis Irenes filiae Lonchiani* imperatoris. Ibidem. Die 22. *requies sancti magni prophetae Micheae filii Ioëlis*. Fol. 176. Die 23. martyrium triginta millium christianorum (monophysitarum) iussu Leonis imperatoris Alexandriae caesorum. Fol. 176. a terg. Eodem die martyrium sancti *Damiani antiocheni*. Fol. 176. a terg. Die 24. *requies sancti patris Thomae episcopi Germaniciae*, unius ex patribus qui concilio nicaeno interfuerunt. Ibidem. Die 25. *requies sancti patris Bessarionis magni*, discipuli sancti Antonii abbatis. Fol. 179. Die 26. martyrium sancti *Moysis monachi*, *eiusque sororis Sarae sanctimonialis*, Alexandriae sub Severiano imp. Fol. 180. Eodem die commemoratio *Agaii militis et Teclae monialis*, imperante Iuliano. Fol. 180. a terg. Die 27. martyrium sanctorum *Beniamini et Eudoxiae eius sororis sabsirensium*, sub Diocletiano imperatore. Ibidem. Die 28. festum sanctorum patrum nostrorum *Abrahami*, *Isaaci*, *et Iacobi*. Fol. 181. a terg. Die 29. martyrium sancti *Athanasii episcopi*, *et Charissimi*, *atque Theoponti servorum*, sub Valeriano imp. fol. 184. a terg. Eodem die translatio corporis sancti *Iohannis exigui abbatis* in Scetem. fol. 185. Die 30. *requies*

sancti prophetae magni Malachiae , ex minoribus duodecim prophetis . Fol. 186. a terg.

Mensis parvus , qui est *alnassi* , constans quinque diebus et sex horis, quae singulis quadrienniis integrum diem conficiunt. Die 1. martyrium sanc-apostoli *Eutychii disciputi sancti Iohannis evangelistae.* Ibidem. Eodem die martyrium sancti *Absaei fratris sancti abbatis Hor*, cuius memoria die 29. mensis *baonae* (iunii) recolitur. Ibidem. Die 2. *requies sancti aposto-Titi*, ad quem epistolam scripsit Paulus apostolus. Fol. 188. Die 3. commemoratio sancti *Raphaëlis tertii principis ordinum caelestium*. Fol. 188. a terg. Eodem die martyrium sancti *Hadriani et Iulittae eius coniugis*, quae in corpore *Anatolia* vocatur. Fol. 189. a terg. Die 4. *requies sancti patris anachoretae Bimini*, seu *Beniamini*, aegyptii, qui plura didascalica dicta edidit. Fol. 190. Eodem die *requies sancti Liberii papae Romae* Fol. 191. Die 5. *requies sancti patris Iacobi episcopi Misrne*, seu *Cahirae*. Fol. 191. a terg. Eodem die *requies sancti magni prophetae Amos patris Isaiae* , *ex* minoribus duodecim prophetis. Fol. 192. Eodem die *requies sancti patris anachoretae Barsaumae nudi*, qui obiit in monasterio Sciabaran anno martyrum millesimo trigesimo tertio, hoc est Christi 1317. Fol. 192. a terg. Adnotatio in fine fol. 195. *Absolutus perfectusque est tomus secundus Synaxarii anni coptici , in pace Domini. Amen.*

LXIV.

Codex in fol. bombyc. foliorum 254, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. orientales a S. Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, olim trigesimus primus; quo continetur.

Synaxarium , seu martyrologium , *ecclesiae alexandrinae Coptitarum* , *a Michaële episcopo Atribae et Meligae* (de quo in praecedente codice eiusdem Synaxarii apographo) *ordinatum* , *et in duos tomos distributum. Tomus primus a mense toth ad emscir* inclusive. Incipit fol. 1. *Mensis toth benedictus* , *mensium Coptitarum primus* , *et est aequinoctium autumnale*, *quia dies in eo erit duodecim horarum* , *deinde decrescit. Die* 1. *Initium indictionis* etc. Is codex scriptus fuit anno Christi 1720 , uti haec ostendit calligraphi adnotatio , quae fol. 255. ad calcem apposita est. *Explicit atque absolutus est tomus primus sacrosancti Synaxarii. Complementum autem huius libri fuit feria* 2. *benedicta* , *die vigesima secunda mensis tubae benedicti*, *anno sanctorum martyrum millesimo quadringentesimo trigesimo sexto*, *quorum intercessio complectatur nos* , *et omnes filios baptismi* , *atque salvet ab hoste malo. Amen. Et calligraphus pauper* , *servorum humillimus et abiectissimus* , *nomine tenus non autem opere diaconus* , *curvat se sub*

pedibus vestris, o popule Christi, oratque ut apprecemini ei suisque parentibus veniam; et Christus Deus noster ob id retribuet vobis veniam peccatorum. Et Deo gratias semper, et in aeternum. Amen.

LXV.

Codex in fol. bombyc. foliorum 247, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedens codex manu exaratus, inter codd. orientales a S. Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, olim trigesimus secundus; quo continetur.

Synaxarii (seu martyrologii) *ecclesiae alexandrinae Coptitarum, a Michaële episcopo Atribae et Meligae ordinati, tomus secundus*, a mense *barmahat ad messorim*, hoc est a martio ad augustum. Incipit fol. 2. Desinit fol. 246. a tergo in hanc calligraphi adnotationem. *Explicit atque absolutus est tomus secundus Synaxarii, ope Dei. Amen. Et fuit complementum huius sancti libri sabbatho die 9. mensis hatur, anno SS. martyrum millesimo quadringentesimo trigesimo septimo* (Christi 1722). *Largiatur nobis Deus acceptionem eorum precum. Amen. Et calligraphus pauper, nomine tenus non autem opere diaconus, provolutus sub pedibus patrum et fratrum, rogat ut ex corde dicant: amen; o Domine, ignosce peccata descriptori eius. Et Christus Deus noster retribuet ob id in regno caelorum. Et Deo gratias semper, et in aeternum. Amen.* Confer cum praecedente eiusdem Synaxarii apographo, ubi seriem festorum sanctorum per singulos mensium dies protulimus.

LXVI.

Codex in fol. chartac. foliorum 102, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codd. arabicos a Clemente Caracciolo neophyto in usum bibliothecae vaticanae exscriptos, olim septimus; quo continetur.

Sancti Iohannis chrysostomi homiliae LXXXVIII. ad sectiones sacrosancti evangelii, quae in dominicis festis et ieiuniis, iuxta ritum alexandrinae Coptitarum ecclesiae, per annum legi solent, accommodatae; in arabicam linguam e graeca ab anonymo conversae; praemissa praefatione arabici interpretis de laudibus auctoris, et de utilitate ex earundem homiliarum lectione percipienda; cuius initium fol. 1. a terg. Consequitur series homiliarum, quae in hoc codice exhibentur, quaeque alio a graece et latine editis ordine dispositae sunt, videlicet.

Homilia I. *in illud* (Matth. cap. 11. v. 11.) *non surrexit inter natos mulierum maior Iohanne baptista. Complectitur exhortationem ad solutio-*

nem primitiarum fructuum, et seminum, atque decimarum, et votorum. Legenda nocte dominicae primae mensis toth (septembris), a quo novum annum Coptitae auspicantur. Init. fol. a tergo. Homilia II. *in sectionem de sooru Petri* (Luc. 4.) *Complectitur exhortationem ad observationem divinarum doctrinarum, et ad abiectionem opum mundanarum.* Legenda nocte dominicae secundae toth. Fol. 10. a tergo. Homilia III. *in sectionem de eiectione spiritus immundi* (Luc. 4.). *Complectitur reprehensionem eorum, qui altercantur de praefecturis, et disceptant de primatu in electione.* Recitanda nocte dominicae tertiae toth. Fol. 12. a terg. Homilia IV. *in sectionem de resurrectione filiae archisynagogi.* (Marc. 5.) *Complectitur reprehensionem eorum, qui contristantur super mortuos, sicuti nationes gentium.* Legenda nocte dominicae quartae toth. Fol. 14. Homilia V. *in illud* (Iohan. 6. 26.) *quaeritis me, non quia vidisti signa, sed quia manducastis panem, et saturati estis. Complectitur adhortationem super eleemosynam.* Legenda nocte dominicae primae mensis babeh (octobris). Fol. 15. a terg. Homilia VI. *in sectionem de solutione tributi* (Matth. 17). *Complectitur vituperationem ebrietatis et mollitiei.* Legenda nocte dominicae secundae babeh, et die prima ieiunii ninivitici. Fol. 17. Homilia VII. *in sectionem de eiectione daemonis ab eo, qui habebat domicilium inter sepulchra* (Matth. 5.). *Complectitur vituperationem fornicationis, et avaritiae.* Legenda nocte dominicae tertiae babeh. Fol. 18. Homilia VIII. *in sectionem de secessione Christi domini in montem, orationis ergo* (Matth. 14.) *Complectitur monita generalia, et quod caussa eventus rerum tristium sunt plerumque nostra peccata.* Legenda nocte dominicae quartae babeh, et die 2. ieiunii ninivitici. Fol. 19. Homilia IX. *in illud audientes audiunt, et non intelligunt; et videntes vident, et non vident* (Marc. 4. 12.). *Complectitur reprehensionem eorum, qui student divitiis et thesauris, et laudem pauperum atque egenorum.* Legenda nocte dominicae primae mensis hatur (novembris). Fol. 20. Homilia X. *in illud considerate flores, quomodo crescunt* (Matth. 6. 28.). *Complectitur adhortationem ad quaerendam beatitudinem stabilem, et ad aversionem a cupiditatibus caducis.* Legenda nocte dominicae secundae hatur. Fol. 21. Homilia XI. *in illud* (Matth. 11. 28, et 29) *venite ad me omnes, qui laboratis, et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis ac quietus corde. Complectitur demonstrationem, quod iugum Domini nostri levius est cura rerum mundanarum.* Legenda nocte dominicae tertiae hatur. Fol. 22. Homilia XII. *in illam increpationem adversus discipulos* (Matth. 17. 16.) *quousque ero vobiscum? usquequo patiar vos? Complectitur adhortationem ad eleemosynam.* Legenda nocte dominicae quartae hatur. Fol. 23. Homilia XIII. *in evangelium de peccatrice* (Matth. 7.). *Complectitur*

16 *

reprehensionem mulierum , quae se ornant vestibus aureis ; hortaturque ad aversionem a mundo muliebri per bona opera . Legenda nocte dominicae primae mensis chihach (decembris). Fol. 24. a terg. Homilia XIV. *in evangelium de adultera* (Iohan. 8.) . *Complectitur dehortationem ab amore divitiarum , et a gloriando in rebus mundanis .* Legenda nocte dominicae secundae chihach. Fol. 26. Homilia XV. Vide supra dominicam tertiam mensis babeh (octobris) . Fol. 27. a terg. Homilia XVI. *in illud* (Luc. 8.) *et iter faciebat per omnes civitates et castella ; et cum eo discipuli eius , Maria Magdalena , et uxor ciliarchae Herodis. Reprehendit fideles , illorumque hypocrisin qui se volunt distinguere ab exteris.* Legenda nocte dominicae quartae chihach . Homilia XVII. *in sectionem de socru Petri* (Marc. 1.) . *Continet adhortationem ad abdicandam sollicitudinem ornatus corporum , et ad curam gerendam ornatus animarum .* Legenda nocte dominicae primae mensis tobeh (ianuarii) . Fol. 28. a terg. Homilia XVIII. *in sectionem de ascensu Domini in naviculam* (Matth. 15.) *In ea hortatur ad contemptum rerum temporalium , et memorat resurrectionem , retributionem , aliaque.* Legenda nocte dominicae secundae tubeh. Homilia XIX. *in evangelium de paralytico* (Matth. 2.). Legenda nocte dominicae tertiae tubeh. Fol. 30. Homilia XX. *in illud* (Iohan. 5. 21.) *si ego testimonium perhibeo de me ipso* etc. Legenda nocte dominicae quartae tubeh. Fol. 31. a terg. Homilia dominicae primae mensis emscir (februarii) Petenda est a dominica prima messori (augusti), ubi eam descriptam invenies. Fol. 32. a terg. Homilia XXI. *in evangelium de filio reguli infirmo* (Iohan. 4.). *Complectitur adhortationem ad sanandas animas ex morbis peccatorum .* Legenda nocte dominicae secundae emscir. Fol. 33. Homilia XXII. *in illud* (Matth. 6. 34.) *nolite solliciti esse in crastinum .* Legenda nocte dominicae primae sancti ieiunii quadragesimalis. Fol. 33. a terg. Homilia XXIII. *in evangelium de tentatione Domini a diabolo* (Matth. 4.). *Complectitur adhortationem ad vigilantiam ob certamen cum inimico .* Legenda nocte dominicae secundae ieiunii . Fol. 34. a terg. Homilia XXIV. *in illud scribarum ad Dominum* (Matth. 15.) *quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum ? non enim lavant manus suas , cum panem manducant . Complectitur adhortationem ad curam purgandarum animarum .* Legenda nocte dominicae tertiae sancti ieiunii. Fol. 35. a terg. Homilia XXV. *in illud* (Matth. 6. 25.) *ne sitis solliciti animae vestrae quid manducetis , neque corpori vestro quid induamini. Complectitur adhortationem ad contemptum praesentium rerum .* Legenda nocte dominicae quartae ieiunii . Fol. 36. a terg. Homilia XXVI. *in sectionem de iudice iniquo* (Luc. 18.). *Complectitur adhortationem ad preces , et ad curam salutis animarum .* Legenda dominica quinta ieiunii . Fol. 37. Homilia XXVII. *in illud* (Matth. 21. 28.) *homo quidam habebat duos fi-*

lios. Complectitur adhortationem ad eleemosynam. Legenda nocte dominicae sextae ieiunii. Fol. 38. a terg. Homilia XXVIII. *in evangelium de muliere peccatrice, et de dolo Iudae proditoris. Complectitur reprehensionem eorum qui amant divitias, et adhortationem ad puritatem mentis ante accessum ad sacra mysteria.* Legenda nocte dominicae septimae ieiunii. Fol. 39. a terg. Homilia XXIX. *in illud* (Matth. 12. 1.) *in illo tempore abiit Iesus per sata sabbatho. Complectitur adhortationem ad curam rerum spiritalium, non vero temporalium et iniquarum.* Legenda nocte dominicae quartae bescensii (maii). Fol. 41. a terg. Homilia XXX. *in sectionem de transfiguratione Domini* (Matth. 17.). *Complectitur reprehensionem feneratorum.* Legenda nocte dominicae primae mensis baonae (iunii) Fol. 42. a terg. Homilia XXXI. legenda nocte dominicae secundae baonae. Vide supra homiliam dominicae secundae toth (septembris). Homilia XXXII. *in illud* (Matth. 7. 7.) *petite et dabitur vobis. Complectitur adhortationem ad preces.* Legenda nocte dominicae tertiae baonae. Fol. 44. Homilia XXXIII. *in illud* (Matth. 5. 34.) *ne iuretis per caelum* etc. *Complectitur adhortationem ad studium fidei in Deum excelsum.* Legenda nocte dominicae quartae baonae. Fol. 46. Titulus huius homiliae mendose in corpore praepositus est homiliae XXXVI. Homilia XXXIV. *in illud* (Luc. 9. 1.) *et convocatis duodecim apostolis, dedit eis potestatem. Complectitur adhortationem ad exercendam virtutem, quae ad sanctorum gradum perducit.* Legenda nocte dominicae primae abibi (iulii) Fol. 46. Homilia XXXV. *in sectionem de vilico iniquitatis* (Luc. 16.). *Complectitur paraenesim ad sacerdotes, et admonitionem ad principes ac praepositos.* Legenda nocte dominicae secundae abibi. Fol. 47. Homilia XXXVI. *De virtutum exercitatione; et quod omnia bona opera nobis heic sunt peragenda, ut in resurrectione obtineamus primas sessiones et accubitus; deque laude vitae monachorum, et vituperatione molliter ac superbe viventium.* Legenda nocte dominicae tertiae abibi. Fol. 47. a terg. Titulus huius homiliae mendose a calligrapho praepositus est in corpore homiliae trigesimae tertiae. Homilia XXXVII. *in sectionem de centurione* (Matth. 8.). *Complectitur adhortationem ad curam diligentiamque in curandis animabus; et ut quisque se stantem custodiat, ne cadat; reditum enim ad pristinum statum esse perdifficilem.* Legenda nocte dominicae quartae abibi. Fol. 49. Homilia XXXVIII. *in sectionem de ascensu Domini in naviculam* (Iohan. 6.). *Complectitur cohortationem ad abiicienda oppugnandorum daemonum impedimenta, praesertim tempore misericordiarum et elemosynarum.* Legenda nocte dominicae primae mensis messori (augusti) Fol. 50. Homilia XXXIX. *in sectionem de pharisaeo et publicano* (Luc. 8.). *Complectitur cohortationem ad humili-*

tatem, *nec non usurae reprehensionem*. Legenda nocte dominicae secundae mensis messori. Fol. 51. a terg. Homilia XL. *in illud* (Luc. 11. 17.) *extollens vocem suam quaedam mulier de turba*, *dixit*: *beatus venter qui te portavit*, *et ubera quae suxisti*. *Complectitur cohortationem ad intelligentiam divinorum dictorum*, *eorumque sensuum*. *Item laudes virtutis*, *et vituperationem vitii*. Legenda nocte dominicae tertiae messori. Fol. 53. a terg. Homilia XLI. *in illud* (Luc. 17. 20.) *et interrogaverunt eum pharisaei*: *quando veniet regnum Dei? Complectitur refutationem eorum*, *qui resurrectionem inficiantur*. Legenda nocte dominicae quartae messori. Fol. 54. a terg. Homilia XLII. *de praestantia ac virtutibus ieiunii*, *et de abstinentia a cibo ac potu*, *et a mactandis animalibus*, *deque accessu ad ieiunium*, *et de huius conditionibus*. Legenda feria 2. hebdomadae primae ieiunii quadragesimalis. Fol. 56. Homilia XLIII. *in illud* (Marc. 2. 17.) *non necesse habent sani medico*, *sed aegroti*. Legenda feria tertia hebdomadae primae ieiunii. Fol. 56. a terg. Homilia XLIV. *in illud* (Luc. 6. 24.) *vae vobis*, *o divites*. *Complectitur laudem devotionis et religionis*, *et vituperationem superbiae ac vitae saecularis*. Legenda feria quarta hebdomadae primae sancti ieiunii. Fol. 57. a terg. Homilia XLV. *in Domini ascensum in naviculam*, *eiusque minas adversus ventum*, *et reprehensionem discipulorum naufragio perire timentium* (Marc. 4.). *Complectitur adhortationem ad sacras divinasque doctrinas*. Legenda feria 5. hebdomadae primae sancti ieiunii. Fol. 58. a terg. Homilia XLVI. *In leprosi curam* (Matth. 8.). *Agit de vigilantia ad intelligentiam dictorum divinorum*, *et ad operandum secundum ea*, *ut ipsa nos custodiant a morbis animarum*, *et a lapsibus intellectus*. Legenda feria 6. hebdomadae primae ieiunii. Fol. 59. Homilia XLVII. *In expulsionem spiritus immundi*; *et in illud*: *hoc autem genus non eiicitur*, *nisi per orationem et ieiunium* (Matth. 17. 20.). *Disseritur non esse ieiunium nostrum sicut ieiunium Iudaeorum*. Legenda feria secunda hebdomadae 2. ieiunii. Fol. 60. Homilia XLVIII. *in illud* (Luc. 12. 22.) *nolite solliciti esse animae vestrae quid manducetis*. *Complectitur adhortationem ad occultandas dissimulandasque virtutes*. Legenda feria 3. hebdomadae 2. ieiunii. Fol. 61. Homilia XLIX. *in illud* (Matth. 5. 20.) *nisi abundaverit iustitia vestra plusquam scribarum et pharisaeorum*, *non intrabitis in regnum caelorum*. *Complectitur adhortationem ad cavendos inimicos*. Legenda feria 4. hebdomadae 2. ieiunii. Fol. 61. a terg. Homilia L. *in illud* (Matth. 11. 20.) *et tunc coepit exprobrare civitatibus*, *in quibus factae sunt plurimae virtutes eius*. *Complectitur adhortationem ad recordationem mortis*, *et resurrectionis*, *et ad peragenda congrua huic memoriae opera*. Legen-

da feria 5. hebdomadae 2. ieiunii. Fol. 62. a terg. Homilia LI. *in illud* (Matth. 16. 11.) *cavete a fermento pharisaeorum. Complectitur increpationem molliter viventium , et hypocritarum.* Legenda feria sexta hebdomadae 2. ieiunii. Fol. 63. a terg. Homilia LII. *in illud* (Luc. 14.) *homo quidam genere illustris abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum et reverti.* Estque parabola mnarum seu talentorum. Legenda feria 2. hebdomadae tertiae ieiunii. Fol. 64. Homilia LIII. *in illud* (Luc. 12. 54.) *quum videritis nubem , statim dicitis , hodie erit nimbus* etc. Legenda feria tertia hebdomadae tertiae ieiunii. Fol. 65. Homilia LIV. *in parabolam grani sinapis et fermenti.* (Matth. 13.) Legenda feria quarta ieiunii. Fol. 66. Homilia LV. *in illud* (Matth. 22. 21.) *reddite quae sunt Caesaris Caesari , et quae sunt Dei Deo* . Legenda feria 5. hebdomadae tertiae ieiunii. Fol. 67. Homilia LVI. *in sectionem de hypocrisi , et adversus negantes resurrectionem.* (Matth. 21. et 23.) Legenda feria sexta hebdomadae tertiae ieiunii. Fol. 67. a terg. Homilia LVII. *in sectionem de caena magna , deque discumbentibus* (Matth. 14.). *Complectitur adhortationem ad humilitatem.* Legenda feria 2. hebdomadae quartae ieiunii. Fol. 68. a terg. Homilia LVIII. *in illud* (Matth. 21.) *homo quidam habebat duos filios. Dixit autem ad primum : fili , vade operari in agro* etc. Legenda feria 3. hebdomadae quartae ieiunii. Fol. 69. a terg. Homilia LIX. *in parabolam de multis ad caenam invitatis* (Luc. 14.). Legenda feria quarta hebdomadae quartae ieiunii. Fol. 70. Homilia LX. *in eiectionem daemoniorum , et praeceptum ne rem eam cuipiam manifestarent* (Marc. 34.). Legenda feria 5. hebdomadae quartae ieiunii. Fol. 71. Homilia LXI. *in illud* (Luc. 4. 33.) *et erat in synagoga eorum vir habens daemonium immundum* etc. Legenda feria 6. hebdomadae 4. ieiunnii. Fol. 72. Homilia LXII. *in illud* (Luc. 12. 16.) *hominis cuiusdam divitis uberes fructus ager attulit.* Legenda feria 2. hebdomadae quintae ieiunii. Fol. 73. Homilia LXIII. *in illud* (Marc. 9. 16.) *et respondens unus de turba dixit : magister attuli filium meum ad te , habentem daemonem mutum , et dixi discipulis tuis ut eiicerent illum , et non potuerunt.* Legenda feria tertia hebdomadae quintae ieiunii. Fol. 74. Homilia LXIV. *in illud* (Matth. 19. 5.) *et accesserunt ad eum pharisaei tentantes eum , et dicentes : si licet homini dimittere uxorem suam.* Legenda feria 4. hebdomadae quintae ieiunii. Fol. 75. Homilia LXV. *in eiectionem daemoniorum ab homine multis temporibus a daemone correpto* (Luc. 8. 27.) Legenda feria 5. hebdomadae quintae ieiunii. Fol. 76. Homilia LXVI. *in illud* (Marc. 12. 29.) *audi Israël , dominus Deus tuus , Deus unus est , et diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo* etc. Legenda feria 6. hebdomadae 5. ieiunii. Fol. 77. Homilia LXVII. *in parabolam hominis , qui plantavit vineam , et aedificavit in ea turrim et torcular , eamque ope-*

ex hac epigraphe, quae eiusdem codicis initio praeposita est. *Accidit complementum huius benedicti et utilis libri feria 3. benedicta, die 13. mensis elul* (septembris), *qui est unus ex mensibus anni christiani millesimi septingentesimi duodecimi; calamo servi humilis peccatoris Clementis Caraccioli, qui christiana fide illustratus est, postea quam triginta tres aetatis annos in superstitione transegit, imami* (seu praesulis) *Moslemanorum munere functus. Ipse autem rogat, precaturque Deum, per dominum nostrum Christum filium eius unigenitum, et per matrem eius dominam Virginem, ut peccata praeterita ei remittat, ipsumque pro sua benignitate in posterum tractet. Amen. Exaratus fuit liber in magna urbe Roma, regnante pontifice maximo, et domino venerando Clemente Papa undecimo Albano, quem Deus oculo providentiae suae conservet. Amen.* Consequitur alia epigraphe italica hisce verbis. *Io Clemente Caraccioli del gran Cairo, convertito dal maomettismo alla santa fede cattolica, ho scritto questo libro benedetto in lingua arabica in Roma l'anno XII. del pontificato di nostro signore Papa Clemente undecimo Albani, che Dio lungamente conservi, alli 12. settembre dell' anno* 1712. Apographum, ex quo laudatus neophytus hunc codicem descripsit, in bibliotheca S. Petri in monte aureo de Urbe adservatur.

LXVII.

Codex in fol. bombycinus foliis constans 281, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codd. arabicos ex Aegypto in vaticanam bibliothecam a Iosepho Simonio Assemano inlatos, olim octavus; quo continentur.

1. *Sancti patris nostri Ephraem syri sermones, epistolae, et dicta*, partim ex graeca, partim ex syriaca in arabicam linguam ab anonymo conversa, et in sermones quinquaginta distributa; quorum index initio praefigitur: videlicet. Sermo I. Epistola ad Iohannem monachum de patientia, et quod homini cavendum est, ne in vitae anachoreticae studio a cogitationibus decipiatur, deque praestantia castitatis; estque sermo primus. Init. fol. 4. *Multis quidem adhortationibus Theodorum monachum excitavimus*. Vide bibl. orient. tom. I. a pag. 149, ubi horum sermonum synopsis exhibetur; eosque partim graece, partim syriace, et latine in collectione vaticana operum eiusdem sancti doctoris edidimus. Sermo II. Reprehensio sui ipsius, et confessio. Init. fol. 9. *Fratres, vestrum meo iungite dolorem, miseremini, et indulgete mihi; non enim frustra dicit scriptura.* Sermo III. De eversione superbiae. Init. fol. 13. *Vana est omnis continentia, omnis fervor, omnis obedientia, et abstinentia* etc. Sermo IV. De paenitentia. Init. fol. 18. *Venite dilecti, accedite patres mei.* Sermo V. asceticus, in quo

multum consolationis et demissionis animi est iis, qui salutem desiderant. Init. fol. 29. *Dolor me ad loquendum compellit, et mea indignitas.* Sermo VI. Ad imitationem proverbiorum, et de timore Dei. Init. fol. 52. *Qui credit in filium Dei, aeternam possidet vitam.* Sermo VII. Paraenesis ad eorum directionem, qui pravis dediti sunt affectibus, et honores adpetunt. Init. fol. 93. a terg. *Angor, fratres, attonitus, et maerore saucius.* Sermo VIII. Reprehensio sui ipsius, et confessio. Init. fol. 101. *Quum in multis, fratres, prodesse vobis videar.* Sermo IX. De recordatione affectuum et commotionum animi, cum confessione, et gratiarum actione. Init. fol. 125. *Cupio coram te, Christe salvator, adstare.* Sermo X. De paenitentia. Init. fol. 128. *Qui e sinu patris descendit, et factus est nobis via ad salutem.* Sermo XI. De gratiis Deo agendis, cum magna compunctione. Init. fol. 134. *Tu es solus Deus bonus, et misericors.* Sermo XIII. Paraeneticus. Init. fol. 138. a terg. *Attende tibi ipsi, o iuventus.* Sermo XIII. complectitur multam compunctionem. Init. fol. 39. a terg. *Quadam die diluculo surgens abii.* Sermo XIV. Threni in patres defunctos. Init. fol. 142. a terg. *Cor mihi dolet, dolete mecum, fratres.* Sermo XV. Item de patribus defunctis. Init. fol. 45. a terg. *Ecce dies princeps et illustris.* Sermo XVI. De anima, quae ab inimico tentatur; et quomodo debeat assiduis cum lacrymis Deum interpellare. Init. fol. 152. a terg. *Domine sancte, anima angustiis tentationum oppressa ad te profugit.* Sermo XVII. De iudicio, et animi compunctione. Init. fol. 157. *Venite, fratres mei, et consilium Ephraem peccatoris audite.* Sermo XVIII. De paenitentia, et consummatione saeculi, et de Christi adventu, deque regno iustorum, et peccatorum poena, cuius nullus finis. Init. fol. 164. a terg. *Divina quidem est vita iustorum; quomodo autem facta est illustris, et pulchra, nisi per patientiam?* Sermo XIX. Paraeneticus ad Eulogium. Init. fol. 175. *Frater, quare ad fructum obedientiae non properas?* Sermo XX. Quod non sit genio indulgendum et ridendum, sed potius maerendum et lugendum. Init. fol. 179. *Initium subversionis monachi est risus.* Sermo XXI. De adventu domini nostri Iesu Christi: est secundus adventus propter iudicium. Init. fol. 182. a terg. *Accedite, et venite filii lucis, audite.* Sermo XXII Beatitudines. Init. fol. 187. *Beatus, qui mundum humanum odit.* Sermo XXIII. De virginitate. Init. fol. 192. *Paulus apostolus egregius et praestantissimus nos docet.* Sermo XXIV. Adloquutio ad eos, qui frequenter quidem peccant, raro autem paenitentiam agunt. Init. fol. 197. *Quousque, amice, inimicum sustines?* Sermo XXV. Confessio cum deprecatione. Init. fol. 198. a terg. *Sana me Domine, et sanabor, tu qui es solus medicus.* Sermo XXVI. Paraenesis ad pietatem. Init. fol. 200. *Attende frater vehementer, ne a plana via declines.* Hic uti et sermones, qui sequuntur

usque ad finem codicis, diversa quidem, sed eiusdem aetatis, manu exarati sunt. Eorum nonnulli titulis carent, qui tamen suppleri possunt ex indice, quem prioribus foliis praefixum diximus. Sermo XXVII. De iis, qui prae audacia labuntur, et excusationes in peccatis adducunt. Init. fol. 202. *Frater quoniam monasticam vitam agere cupis.* Sermo XXVIII. Epistola ad fratrem lapsum; et de paenitentia. Init. fol. 205. *Sub obedientia patris spiritualis constitutis, suggerit inimicus instigationes.* Sermo XXIX. Ad quemdam fratrem sciscitantem, ad quem pertineat hoc dictum: melius est nubere, quam igne libidinis uri? Init. fol. 209. *Audi apostolum dicentem: volo omnes homines esse.* Sermo XXX. Paraenesis ad charitatem. Init. fol. 210. *Carissime, si dignus factus es dono doctrinae, et discretionis, et gratia curationum.* Sermo XXXI. Ad monachum, qui instituti sui pertaesus dicebat: *relinquam monasterium, et ad saeculum revertar.* Fol. 210. a terg. *Dominus gloriae dicit: intrate per angustam portam.* Sermo XXXII. De prava consuetudine, et de negligentia. Init. fol. 215. *Quemadmodum gladius nervos incidit equi, et deiicit equitem.* Sermo XXXIII. De differentia vitae monasticae, et saecularis. Init. fol. 216. *Carissime, si saeculo abdicato, factus es monachus.* Sermo XXXIV. De passione Iesu Christi salvatoris. Init. 216. a terg. *Eloqui pertimesco.* Sermo XXXV. De iudicio et resurrectione. Init. fol. 219. *Venite fratres mei omnes, et audite me humilem Ephraem.* Sermo XXXVI. paraeneticus de patientia, et compunctione. Init. fol. 200. *Deus, qui nos plasmavit, quum imbecillitatem mentis nostrae novisset.* Sermo XXXVII. De resurrectione mortuorum, et responsio ad hanc interrogationem: nudi ingressi sumus in hunc mundum, et nudi inde egrediemur. Init. fol. 223. *Hic est, ut opinor, praedictae sectionis sensus.* Sermo XXXVIII. Adversus eos, qui animas decipiunt, et in adulterium atque impudicitiam inducunt, dicentes id nihil mali esse. Init. fol. 227. a terg. *Ad prophetam Ezechielem dixit Deus: et tu, o fili hominis.* Sermo XXXIX. Ad quemdam fratrem de Heli sacerdote contendentem. Init. fol. 231. *Quum scriptura dicat de Heli sacerdote.* Sermo XL. Capita centum, complectentia narrationes, colloquia, doctrinas, et paraeneses, ad humilitatem comparandam. Init. fol. 233. Caput primum. *Initium fructificationis est flos, et initium humilitatis est obedientia in Domino.* Sermo XLI. De Iuliano monacho. Init. fol. 246. a terg. *Optimus hic inter monachos servus fuerat.* Sermo XLII. De recordatione mortis, et de virtute, deque divitiis. Init. fol. 249. *Audiendus nobis est qui dixit: mutuum vobis honorem deferte.* Sermo XLIII. Hypomnesticon per modum epistolae. Init. fol. 251. a terg. *Omni hora in mentem venit visio.* Sermo XLIV. Brevia capita XXIII. de virtutibus, et vitiis. Init. fol. 254. *Vitam vestram beatam praedi-*

co, o Christo dilecti. Sermo XLV. Consilium de vita spirituali ad neophytum monachum. Init. fol. 261. *Tuam ego laudo fidem ac studium*. Sermo XLVI. Paraenesis divina. Init. fol. 268. a terg. *Carissime, ecce novum tibi in Domino commendo depositum*. Sermo XLVII. De modis dormitationum, earumque diversitate. Init. fol. 269. a terg. *Fratres, ut arbitror, tres dormitationis modi*. Sermo XLVIII. De patientia et compunctione. Init. fol. 270. a terg. *Fratres, imitemur strenuos milites*. Sermo XLIX. Paraeneticus ad quosdam fratres, qui e loco in locum absque ulla constantia vagabantur. Init. fol. 271. *Fides est omnis boni operis mater*. Sermo L. Quod oporteat eum, qui coram fratribus legit, laborem et diligentiam in legendo adhibere. Init. fol. 272. *Frater, si res postulaverit, ut coram fratribus legas*. 2. Sancti Gregorii Nyssae episcopi laudatio in sanctum Ephraem syrum. Init. fol. 273. *Quod me movet ad hoc argumentum, de quo dicturus sum* etc. Vide prolegomena ad tom. I. oper. graec. lat. S. Ephraem, ubi haec laudatio profertur. Vide etiam sequentem codicem, qui et hanc ipsam sancti Gregorii laudationem, et sancti Ephraem sermones hucusque recensitos, alio licet interprete, diversoque ordine ac numero, complectitur.

Hic codex scriptus est anno Christi 1325. ut haec ostendunt librarii verba, quae fol. 280. ad calcem leguntur. *Explicit laudatio sancti Ephraem syri; et gloria Deo semper in aeternum. In decade media* (seu die 20) *mensis abibi* (iulii), *anno millesimo quadragesimo primo purorum martyrum; quorum, uti et sancti Ephraem, benedictiones sint cum amanuensi, et lectore, et auditore, et possessore huius codicis. Amen.*

LXVIII.

Codex chartac. in fol. m. foliis constans 175, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codd. arabicos a Clemente Caracciolo ad usum vaticanae bibliothecae descriptos, olim primus; quo continentur.

Sancti Ephraem syri sermones LII. e graeco sermone in arabicum translati ab Abrahamo filio Iohannis antiocheno; ut patet ex epigraphe ad calcem codicis bibliothecae S. Petri in monte aureo de Urbe, unde hocce exemplar desumptum adposita, quae est huiusmodi. *Transtulit hunc librum ex graeco exemplari in arabicum sermonem Abraham Iohannis filius antiochenus protospatharius, scriptor melchita; qui lectores auditoresve enixe rogat, ut preces tum pro interprete, tum pro eo qui interpretationem procuravit, fundere dignentur. Amen.* Hunc autem in ordinem sermones sunt digesti. Sermo I. Epistola ad Iohannem monachum de patientia; et ut caveat ne decipiatur a cogitationibus in vitae anachoreticae stu-

dio ; et de castitate . Init. fol. 5. a terg. *Multis quidem adhortationibus Theodorum monachum excitavimus, ne a suo recederet loco; ei tamen persuadere nequivimus.* Sermo II. Reprehensio sui ipsius, et confessio. Tam huius, quam duorum sequentium sermonum, nonnisi tituli in serie eorum, qui in hoc codice exhibentur, extant ; suppleri tamen sermones possunt ex praecedente codice LXVII. ubi iidem sermones, alio licet ordine et numero habentur. Sermo III. de eversione superbiae. Sermo IV. de paenitentia. Sermo V. asceticus, in quo multum consolationis et compunctionis est iis, qui salvari desiderant. Init. fol. 12. *Dolor me ad loquendum compellit.* Sermo VI. ad imitationem proverbiorum et de timore Dei. Init. fol. 5. a terg. *Qui credit in filium Dei, aeternam possidet vitam.* Sermo VII. paraenesis ad eorum directionem, qui flagitiose vivunt, et honores appetunt. Init. fol. 40. a terg. *Angor, fratres, attonitus, et maerore saucius propter prophetam dicentem.* Sermo VIII. reprehensio sui ipsius et confessio. Init. fol. 44. *In multis, dilectissimi, prodesse vobis videor.* Sermo IX. de recordatione affectionum et commotionum animi, cum confessione, et gratiarum actione. Init. fol. 61. a terg. *Cupio coram te, Christe salvator, adstare.* Sermo X. peculiaris de paenitentia. Init. fol. 63. *Qui e sinu patris descendit, et factus est nobis via ad salutem.* Sermo XI. complectitur gratiarum actionem Domino cum magna compunctione agendam. Init. fol. 65. *Tu es solus Deus bonus et misericors.* Sermo XII. paraeneticus. Init. fol. 66. a terg. *Attende tibi ipsi, o iuventus.* Sermo XIII. complectitur multam compunctionem. Init. fol. 67. *Quadam die diluculo surgens.* Sermo XIV. Threni in patres defunctos. Init. fol. 68. *Cor mihi dolet, dolete mecum.* Sermo XV. Item threni in patres defunctos. Init. fol. 70. *In hoc die primo atque insigni laudemus illustria mysteria filii unigeniti.* Sermo XVI. de anima, quae ab inimico tentatur, quomodo debeat assiduis cum lacrymis Deum interpellare. Init. fol. 73. *Domine sancte, anima angustiis tentationum oppressa ad te confugit.* Sermo XVII. de iudicio et animi compunctione. Init. fol. 74. a terg. *Venite, fratres mei, et consilium Ephraem peccatoris audite.* Sermo XVIII. de patientia et consummatione saeculi; et de Christi adventu et regno iustorum. Init. fol. 77. a terg. *Illustris est vita iustorum, quomodo autem facta est illustris, nisi per patientiam?* Sermo XIX. paraeneticus ad Eulogium. Init. fol. 81. *Ad fructum obedientiae respiciens, o homo.* Sermo XX. Quod non sit genio indulgendum, sed potius suspirandum atque lugendum. Init. fol. 83. *Initium subversionis animae monachi est risus et confidentia.* Sermo XXI. de secundo Domini adventu. Init. fol. 84. *Accedite, filii lucis, et vocem domini Salvatoris nostri audite.* Sermo XXII. beatitudines. Init. fol. 86. *Beatus qui humanum saeculum odit et dereliquit.* Sermo XXIII. de virginitate. Init.

fol. 87. a terg. *Paulus apostolus docet nos de virginitate et puritate animae.* Sermo XXIV. adloqnutio ad eos, qui frequenter quidem peccant, raro autem paenitentiam agunt. Init. fol. 88. a terg. *Quousque, o amice, inimicum sustines?* Sermo XXV. confessio et deprecatio. Init. fol. 89. a terg. *Sana me, Domine, et sanabor, tu qui es unicus medicus.* Sermo XXVI. paraenesis ad pietatem et puritatem in via monastica sectandam. Init. fol. 90. a terg. *Frater, attende vehementer, ne a plana rectaque via declines.* Sermo XXVII. de iis qui audacter cadunt, et excusant se in peccatis. Init. fol. 92. *Frater, si vitam monasticam agis, laudabile quidem opus appetivisti.* Sermo XXVIII. epistola ad fratrem lapsum; et de paenitentia. Init. fol. 95. *Sub obedientia patris spiritualis constitutis suggerit inimicus.* Sermo XXIX. ad fratrem quemdam sciscitantem, ad quem hoc dictum pertineat: melius est nubere, quam uri? Init. fol. 98. *Audi apostolum dicentem: volo, omnes homines esse sicut et me ipsum.* Sermo XXX. paraenesis ad charitatem. Init. fol. 99. *Si tibi, dilectissime, donum scientiae et discretionis, et gratia curationum concessa sit.* Sermo XXXI. ad monachum, qui instituti sui pertaesus dicebat: relinquam monasterium, et ad saeculum revertar, ut in eo vitam meam transigam. Init. fol. 99. *Dominus gloriae dicit: intrate per portam angustam.* Sermo XXXII. de pravis moribus et negligentia. Init. fol. 103. a terg. *Quemadmodum gladius nervos incidit equi, et deiicit equitem.* Sermo XXXIII. de differentia vitae monasticae et saecularis. Init. fol. 104. *Carissime, si abdicato saeculo fias monachus.* Sermo XXXIV. de passione Domini nostri, cui gloria. Init. fol. 105. *Eloqui pertimesco.* Sermo XXXV. de iudicio et resurrectione. Init. fol. 107. *Adeste, fratres omnes, et audite me humilem Ephraem.* Sermo XXXVI. de continentia ab athleta exercenda. Init. fol. 108. a terg. *Qui vere cupiunt tradere animas suas Domino propter promissionem expectandam.* Sermo XXXVII. de patientia et compunctione. Init. fol. 110. a terg. *Qui Deo placere cupit, eiusque heres per fidem evadere.* Sermo XXXVIII. de patientia et compunctione iterum. Init. fol. 113. *Quum Deus, qui nos plasmavit, imbecillitatem mentis nostrae novisset.* Sermo XXXIX. de resurrectione mortuorum, et responsio ad hanc interrogationem: nudi ingressi sumus in hunc mundum, et nudi egrediemur ex ipso. Init. fol. 116. *Secundum opinionem meam hic est huiusce sectionis sensus.* Sermo XL. de iis, qui animas decipiunt, et fornicationem atque impudicitiam inducunt, dicentes hoc nihil mali esse. Init. fol. 120. *Prophetae Ezechieli dixit Deus.* Sermo XLI. ad quemdam fratrem de Heli sacerdote contendentem. Init. fol. 123. *Quum scriptura dicat de Heli sacerdote.* Sermo XLII. Capita centum complectentia narrationes, colloquia, doctrinas, et paraeneses, et quomodo humilitas comparanda sit. Init. fol. 126. Caput primum. *Initium fructificationis est flos.* Sermo XLIII. de Iuliano monacho. Init.

fol. 139. *Optimus hic inter pietatis pugiles servus erat.* Sermo XLIV. de recordatione mortis, de virtute, et divitiis. Init. fol. 149. *Oportet, ut assensum praebeamus dicenti: mutuum vobis honorem deferte.* Sermo XLV. Hypomnesticon in speciem epistolae. Init. fol. 143. a terg. *Omni hora mente revolvo visionem, quam mihi recensuisti frater.* Sermo XLVI. de virtutibus, et vitiis, capita brevia XXIII. Init. fol. 146. *Vitam vestram beatam praedico, Christo dilecti.* Sermo XLVII. consilium de vita spirituali ad neophytum monachum. Init. fol. 154. *Tuam ego laudo fidem ac studium.* Sermo XLVIII. paraenesis divina. Init. fol. 158. *Carissime, ecce novum tibi servandum commendo depositum in Domino.* Sermo XLIX. de diversitate dormitationum. Init. fol. 159. *Ut arbitror, carissimi, tres sunt dormitationis species.* Sermo L. de patientia et compunctione. Init. fol. 159. *Carissimi, imitemur strenuos milites, vigilemus, et parati simus pro rege nostro mortem appetere.* Sermo LI. paraenesis ad fratres qui e loco in locum absque ulla constantia vagabantur. Init. fol. 60. *Fides mater est omnis operis boni.* Sermo LII. quod oporteat eum, qui coram fratribus legit, laboris amore legere. Init. fol. 61. *Frater, si iussus fueris legere coram fratribus.* Huc usque sermones sancti Ephraem ab Abrahamo antiocheno arabice e graeco redditi, quos inter editos a Iosepho Simonio Assemano tom. I. et II. oper. graec. lat. eiusdem sancti doctoris invenies, et quorum synopsis bibl. orient. tom. I. a pag. 149. exhibetur. Consequitur sancti patris nostri Gregorii episcopi Nyssae laudatio in sanctum Ephraem. Init. fol. 172. *Quod me movet ad argumentum de quo eloqui adgredior.* Vide ibidem in prolegomenis; ubi haec ipsa laudatio graece et latine continetur. Is codex scriptus est anno Christi 1713. ut haec docet epigraphe, quae initio eiusdem praefigitur. *Absoluta est exscriptio huius benedicti et utilis libri mane feriae tertiae benedictae, die* 3. *mensis iar* (maii) *benedicti, unius ex mensibus anni christiani millesimi septingentesimi decimi tertii*; *idque calamo hominum vilissimi potentia, peccatis vero et delictis maximi, Clementis Caraccioli neophyti, qui relicto mahometico errore christianam fidem anno aetatis suae* 35. *amplexus est. Ipse autem rogat lectorem, auditorem, et inspectorem, ut ei peccatorum veniam a Deo excelso adprecentur, per intercessionem sanctorum, et genitricis Dei gloriosi domini nostri Iesu Christi, eius filii unigeniti, cui laus et honor cum patre et spiritu sancto in saeculorum saecula. Amen. Descriptus autem est idem liber Romae, regnante venerando patre et summo pontifice Papa Clemente undecimo, cuius vitae spatium Deus perennet, et Christi fideles per benedictionem orationis eius adiuvet. Amen. Ex antiquo exemplari, invento in bibliotheca sancti Petri montis aurei, quod exaratum fuit die* 21. *mensis heziran* (iunii) *benedicti, anno millesimo quadragesimo quinto*

sanctorum martyrum (id est Christi 1329) *quorum orationes sint nobiscum. Amen.* Confer cum praecedente codice LXVII. idem opus complectente; qui tamen alium habuisse interpretem videtur; nec enim verba versioni alterius codici omnino respondent; nec idem est sermonum ordo et numerus.

LXIX.

Codex in fol. chartaceus, foliis constans 117, arabica lingua et charactere elegantissime exaratus, inter codd. arabicos a Clemente Caracciolo ad usum bibliothecae vaticanae exscriptos, olim nonus; quo continentur.

Sancti patris Iohannis spiritualis cognomento Sabae, hoc est *senis*, abbatis dilaithensis, seu Dilaithae monasterii, quod trans Tigrim situm est, circa medium sextum saeculum clari, *opera ascetica*, e syriaca lingua in arabicam ab anonymo conversa; praefixo *indice huius libri*, nempe serie sermonum, epistularum, et capitum didascalicorum, quae ibidem exhibentur; et quorum pars maxima extat syriace et carscinnice in codd. syriacis vaticanis CXXIV. CXXV. CLXXXIX. et CCVII, quos in secundo syriacorum codicum catalogi tomo, recensuimus. Ea autem opera tres in partes sunt distributa.

Pars I. complectitur sermones XXX, quibus haec loco praefationis praemittuntur. 1. Epistola sancti Sabae ad Iohannem fratrem, qui in coenobio monasticam vitam agebat. Init. fol. 6. *Scias velim, mi frater, a me tibi hasce exiguas et inanes litteras pluribus ante annis, usque in praesentem diem, identidem scriptas fuisse, ut te ex mea absentia maestum recrearem.* &c. Vide tom. I. bibl. orient. pag. 433. ubi pars huius epistolae, in qua auctor Iohannes Saba de suis scriptis mentem ipse suam et sententiam prodit, arabice et latine exhibetur. 2. Excusatio collectoris operum S. Sabae fratris germani, nempe Iohannis, de quo modo supra; ubi qua ratione, quave de causa a sancto Saba opera haec elucu brata fuerint, exponitur. Init. fol. 6. *Lectorem horum sensuum per Deum oro, ut ab eos proferentis reprehensione abstineat.* Vide tom. cit. p. 434, ubi integer hic prologus arabice et latine prodiit. Consequuntur S. Sabae sermones ascetici hoece titulo praenotati. *De divinis donis et spiritualibus consolationibus, quae monachis in eorundem solamen et oblectamentum a Deo tribuuntur; deque theoria spirituali, et mysteriorum cogitationumque scientia, nec non de lucta cum malis spiritibus, et de discretione, deque virtutum exercitio, et de orationibus.* Brevem ad Deum precationem prioribus sex sermonibus auctor praemittit, uti sequitur. Porro sermo I. Adhortatio ad sui custodiam et curam; et quod vitare quivis debeat dissolutos ac perversos homines, ex quibus trahi solent pigritia morumque dissolutio, et omnes pravi affectus. Item quod sibi quisque cavere debeat a puerorum consortio, ne forte mentis puritas impudicis cogita-

tionibus labefactetur. Init. fol. 8. *Qui os suum a confabulatione cohibet is a pravis affectibus cor suum custodit*. Extat syriace et carsciunice in citatis codd. syr. vaticanis, et graece in codd. mss. vat. CCCXCI. pag. 213. et DCV. pag. 103, licet perperam sub nomine Isaaci ninivitae. Precatio eidem sermoni praefixa incipit: *Christe fili Dei vivi, aperi oculos cordium nostrorum* etc., uti in syriacis codicibus. Sermo II. de modis quibus spiritus visitat et recreat eos, qui impigre et utiliter versantur in primo et secundo atque tertio gradu perfectionis; nec non de bellis, quibus infestantur; quove pacto in illis victoria est reportanda. Init. fol. 14. *Qui Deum invenire desiderat*. Precatio ibid. *Lux de luce*. Vide cod. syr. vatic. CCVII, ubi idem sermo carsciunice occurrit. Sermo III. de visitatione spiritus, quae monachis conceditur. Init. fol. 15. *Hinc tibi, frater, ostendo, unde et quomodo gratia spiritus purificationem animae tuae adgrediatur*. Precatio ibid. *Christe verbum*. Extat in cit. cod. syr. vatic. sermoni secundo coniunctus. Sermo IV. de diabolo fornicationis, et de pudendorum adtrectatione, variisque tentationum et machinationum generibus, quae istinc emanant. Init. fol. 22. à terg. *Fratres, nemo vestrum prae impatientia blasphemet*. Precatio ibid. *Splendor laudabilis, qui ortus est nobis ex sinu aeterni patris*. Vide bibliot. orient. tom. I. pag. 436. Sermo V. de diabolo blasphemiae. Init. fol. 27. *Hic blasphemiae diabolus obtrectationem in Deum animae insusurrat*. Precatio ibid. *O factor omnium, et fundamentum totius mundi*. Vide ibid. num. 4. Sermo VI. de ira, et evagatione mentis, deque superbia. Init. fol. 29. a terg. *Hic irae diabolus*. Precatio ibid. *O bone, qui numquam irasceris*. Vide ibid. num. 5. Sermo VII. de charitatis officiis, quae sancti angeli ascetis exhibent, et quomodo eos consolantur. Item a nefariis spiritibus cavendum, qui decipere conantur; et quaenam sit fraudis eorum species. Init. fol. 30. a terg. *Quum quis pigritiae, pusillanimitatis, atque inertiae somnum excusserit*. Vide ibid. num. 6. Sermo VIII. quod nemini liceat reprehendere patres, qui pro auditorum captu humiliter atque impolite loquuntur. Init. fol. 36. a terg. *Quidam patrum mysteria Dei, Christique domini nostri coniunctionem, obscure tractant* etc. Ubi tamen nihil de quaestionibus, quae circa trinitatem et incarnationem saeculo sexto agitabantur, disserit; sed solum ostendit, sanctos patres in divinis mysteriis pertractandis auditorum captui sermones suos accommodasse. Vide ibid. num. 7. Sermo IX. de institutione fratrum novitiorum. Init. fol. 38. *Haec est regula, quam Deus probat, ut nemo oculos huc atque illuc convertat; sed tantummodo coram se posita aspiciat*. Vide ibid. num. 8. Extat hic sermo latine redditus in bibliotheca Patrum lib. de contemptu mundi cap. ult. ubi tamen *Isaaco syro presbytero antiocheno* perperam adscribitur. Sermo X. de oratione, deque virtutibus naturarum spiritualium, et de scientia Dei. Init. fol. 40. a terg. *Qui*

Dei dulcedinem gustavit. Vide ibid. num. 9. ubi et eiusdem sermonis synopsim protulimus. Sermo XI. de custodia exteriorum et interiorum sensuum, et quomodo custodiri possint. Init. fol. 46. *Frater, qui ardenti flagras desiderio, ut Dei sis filius.* Vide ibid. num. 10. Sermo XII. de voluntaria huic saeculo morte, et de aeterna alterius saeculi vita. Init. fol. 49. terg. *Qui se ipsum in temporaria vita propter Dei desiderium non mortificaverit.* Vide ibid. num. 11. Sermo XIII. Interrogatio de statu animae post eiusdem separationem a corpore, et ad eam responsio. Init. fol. 50. a terg. *Interrogatus, cur nonnulli ex nostris patribus adserant, animas a corporibus separatas in caelum adsumi; alii vero dicant eas in paradisum migrare; nescio quis doceat in sepulcro eas conditas una cum corpore sepulcrum habitare; alius vero ad ostium eiusdem consistere, Christumque redemptorem expectare; et impiorum quidem animas in tenebris, iustorum vero in luce versari etiam ante resurrectionem.* Vide ibidem num. 12. pag. 438, ubi nihil praeter catholicam doctrinam a S. Saba quaestioni huic respondente, adfirmari ostendimus. Sermo XIV. De libertate, quam habent apud Deum ii, quorum corda spiritu Iesu aguntur, et quomodo iidem auxilia indigentibus per spiritum ferant. Init. fol. 51. a terg. *Reminiscere, frater, verbi quod beatissimus ac plane divinus vir ille protulit, inquiens: mittet spiritum filii sui in corda vestra.* Vide ibid. num. 13. Sermo XV. De diversis donorum generibus, quae a Deo gratis tribuuntur. Init. fol. 52. a terg. *Virtus una est et multiformis.* Vide ibid. num. 14. Sermo XVI. De mundi novi arcanis; adiecta responsione ad interrogationem cuiusdam fratris, qui eundem S. Sabam percontatus fuerat, cur ad aquilonem conversus orasset. Init. fol. 54. *Amodo mihi ipsi contrarius ero.* Vide ibid. num. 15. Sermo XVII. De admirabili Dei revelatione ad animam hisce temporibus: et de libertate, quam Deus animae per ardentem erga ipsum amoris flammam impertitur, et qua animam mystice adloquitur; deque animae cum angelis commixtione; et de charitatis officiis, quae illi hominibus exhibent. Init. fol. 56. *Narravit mihi quidam, quum spiritum Dei secreto secum ipse adloqueretur.* Vide ibid. num. 16. Sermo XVIII. De contemplatione sanctae trinitatis, seu trium personarum, quae menti monachi pro divina misericordia revelatur. Init. fol. a terg. *Laus fonti sapientiae tuae, Deus noster.* Vide ibid. num. 17. Sermo XIX. De donis, quae contemplantibus Deum spiritus largitur. Eorum, qui haec experti sunt, testimonium. Nec non de ineffabili animi voluptate, qua ii fruuntur, qui cum Deo coniunguntur: deque meditatione, qua intellectus visione Dei et animae deliciis inde provenientibus dignus efficitur. Init. fol. 60. *De donis spiritus, de quibus, ut tibi scriberem, rogasti, ecquis pro merito disserere poterit?* etc. Vide ibid. num. 18. Sermo XX. De iucunda voluptate, qua diligentes Deum fruuntur, dum gloriam eiusdem contemplantur. Ubi infantiae Salvatoris memi-

nit. Init. fol. 65. *Scribere quidem vellem, sed nequeo.* Desideratur in codicibus syriacis vaticanis. Sermo XXI. De fuga a mundo, et de anputanda libertate. Init. fol. 69. *Oportet nos mundum fugere, et alienos ab eo esse.* Extat syriace in codd. vaticanis, sed paullulum ab arabico diversus. Syriace incipit: *cum fuga mundi nobis grata efficitur.* Idem sermo graece redditus occurrit in codd. mss. vaticanis CCCXCI. pag. 217. et cod. DCV. pag. 88, etsi perperam sub nomine Isaaci niuivitae. Sermo XXII. Monita et consilia de sancta paenitentia. Init fol. 72. *Os iusti profert iucunda.* Vide tom. cit. num. 21. pag. 440. Sermo XXIII. quomodo Christus dominus noster servis suis seipsum revelet; et qua ratione, ut dixit, eos in scipsis laetificet. Init. fol. 74. a terg. *Mysterium admiror stupeoque.* Ad calcem huius sermonis subiunguntur sententiae cuiusdam monachi, quas Iohannes ad fratrem suum descriptas misit. Init. fol. 77. *Quidam frater haec verba conscripsit, eaque ob oculos posita assidue volutabat.* Vide ibid. num. 22. Sermo XXIV. Ad fratrem suum, a quo interrogatus fuerat, quomodo paenitentia, peccatis pollutam, postquam e sacro baptismo regenerata est, animam mundare et purificare queat. Init. fol. 78. *Si dicas, frater, quomodo corruptum et ad nihilum redactum hominem renovare paenitentia queat.* Desideratur in codd. syriacis vaticanis. XXV. Visio, quam Deus cuidam revelavit, quum ad divina mysteria consecranda accederet. Init. fol. 83. *Omnia quidem mysteria spiritus, sinceris filiorum mysteriorum cordibus sunt coniuncta. Sed audi, frater, visionem magnam* etc. Vide tom. cit. num. 24. pag. 440. Sermo XXVI. Quomodo asceticae vitae studiosis silentium prosit, et quantopere monastico labori obsit negligentia. Init. fol. 85. *Experimento pauca didici ego imbecillus, et fratribus meis monita praescribo.* Deest cum sequentibus sermonibus et epistolis in codd. syriacis vaticanis. Sermo XXVII. de amore et dilectione Dei, et unde originem in homine ducat amor, et quousque pertingat; nec non de mysterio mundi novi, et de coniunctione cum Deo. Init. fol. 96. *Laus abundantiae amoris tui, Deus noster* etc. Sermo XXVIII. de meditatione oeconomiae Domini nostri; et quod Dominus ad superioris gloriae contemplationem eum adtollat, qui ipsius oeconomiam adsidue meditatur, dignumque praeterea eum efficiat contubernio suo; immo ut divinae etiam fiat consors naturae, Deique filius et imago. Init. fol. 93. *Rem tibi admirabilem narrare, frater, adgredior.* Sermo XXIX. de visione Dei; ubi et varia monita et consilia ad monachum coenobitam. Init. fol. 96. a terg. *Quidam frater dixit mihi, quum paradisi recordatio meam mentem rapuisset.* Sermo XXX. de contemplatione Dei et cura erga eam. Init. fol. 104. a terg. *Quod ad contemplationem Dei adtinet, de qua ut tibi scriberem rogasti, frater, nescio quid quaeras.*

Pars II. *Eiusdem sancti Iohannis Sabae epistolae XLVII. ad diversos*; quarum syriacum textum in vaticanis codicibus desideramus. Videlicet. Epistola I. ad quemdam sanctum senem. Init. fol. 108. a terg. *Quem divina lux perfudit* etc. Divina mysteria, ait, silentio et meditatione magis, quam sermone percipi. Epistola II. item ad quemdam sanctum senem. Init. fol. 110. *Eximiam dilectionem tuam admiror, quae vitia tegit.* De futuro saeculo disserit. Epistola III. ad fratrem quemdam, qui prius eum dilexerat; postea vero instigante diabolo conviciis eum iucesserat. Init. fol. 111. *Gaudeo summopere conviciis tuis.* Epistola IV. monita salutaria, et de pravis animi affectibus componendis. Init. fol. 112. *Cognomentum tuum, frater, genere tuo illustrius est.* Epistola V. de mundi contemptu cum devota precatione. Init. fol. 114. *Qui audit, et obedit, pax sancta descendat super eum.* Epistola VI. non esse temere iurandum. Init. fol. 115. a terg. *Praecipe fratribus, pater, ne stultorum instar, singulis quibusque verbis in nomine Dei iurent.* Epistola VII. ad fratrem de laudibus solitariae vitae, et ut a primatus amore sibi caveat. Init. fol. 117. a terg. *Cave, frater, ab iis qui sibi ipsis ac fratribus vim inferunt.* Epistola VIII. ad monachum, a quo impense diligebatur. Init. fol. 117. *Alter alterius faciem videre, nisi per externam lucem, non possumus.* Epistola IX. ad monachos; negligentiam suam deplorat, illorum vero precibus sese commendat. Init. ibid. *Significarunt mihi, vos bene valere; et ego gratias Deo egi pro vestra incolumitate.* Epistola X. paraenesis. Init. fol. 117. a terg. *Causam agendi gratias dedit nobis epistola tua maeroribus plena.* Epistola XI. de oratione. Fol. 119. *Infra gradum perfectionis adhuc existit monachus, qui Deum orans, continuis motibus pulsatur* etc. Sanctos, qui visione Dei fruuntur, non amplius deprecationibus apud Deum indigere, sed potius divinorum beneficiorum dispensatores esse. Epistola XII. ad fratrem, de amore solitudinis, et de castitate. Fol. 121. a terg. *Audi, frater, et veritatem, quam a Deo meo edoctus sum, tibi patefaciam.* Epistola XIII. de puritate cordis; et pia ad Christum supplicatio. Fol. 122. *Qui assidue tingitur.* Epistola XIV. paraenesis. Fol. 123. *Mitto castitati tuae salutem.* Epistola XV. ad fratrem: narrat visionem cuiusdam fratris, qui Christum vidisse se adfirmaverat. Init. fol. 125. a terg. *Audi, frater, quae mihi quidam verax frater narravit.* Epistola XVI. ad monachos hortativa. Fol. 126. *Quod postulatis, ait* etc. Epistola XVII. paraenesis ad patientiam, et quod omittenda sit, quam in crastinum gerimus, cura. Fol. 127. *Ante quam libertas nostra per patientiam probetur.* Epistola XVIII. de gula, ira, et superbia. Fol. 129. *Piscator, qui praedam capere desiderat, escam reti adligat.* Epistola XIX. internos et externos sensus caute custodiendos esse. Fol. 130. a terg. *Noli mei causa dolore adfici.* Epistola XX. precum fratris virtute a

gravissimis diaboli tentationibus se ereptum adfirmat. Fol. 131. *Postea quam te reliqui, cunctas pravitatis suae procellas princeps huius saeculi adversus me commovit.* Epistola XXI. iustos cum gaudio, improbos vero summo cum dolore, de hoc mundo excedere. Fol. 131. a terg. *Firmam immotamque, frater, mentem tuam in Deum defige; et eximiam eiusdem in nos dilectionem demirare.* Epistola XXII. Dei ubique locorum praesentis veritatem exemplo latentis in silice ignis declarat. Init. fol. 132. *Percontaris, frater, quomodo totus in omnibus locis Deus sit.* Epistola XXIII. ut in rebus naturalibus, sic in spiritualibus, omnia modum et tempus habere. Fol. 133. a terg. *Quod a me scire voluisti.* Epistola XXIV. augustissimae trinitatis confessio. Fol. 134. *Ego quoque patrem in Christo eius agnosco.* Epistola XXV. paraenesis. Init. ibid. *Quid tibi scribam, omnium carissime.* Epistola XXVI. ad fratrem. Fol. 134. a terg. *Legi epistolam tuam, et maerore adfectus sum.* Epistola XXVII. paraenesis. Fol. 135. *Si adsiduis imperitiae meae sermonibus aures tuas pulso, serve operi insistens tuo.* Epistola XXVIII. precibus fratris sese commendat, ut diaboli gravissimam tentationem evadat. Fol. 135. a terg. *Rogo te, ut precibus me adiuves.* Epistola XXIX. de eodem argumento. Fol. 136. *Ex quo discessisti.* Epistola XXX. animam ita corpori alligatam esse, ut ab illo nequaquam discedat, etiam cum in divinum amorem rapta, extra sensum posita videtur. Fol. 136. a terg. *Qui de divino amore disserere cupit.* Epistola XXXI. ad fratrem fol. 137. a terg. *Haec mihi, frater, scripsisti: et quandoque obitus tuus continget (quem ais tibi molestum futurum) tu quidem, si hoc accidet, ne contristeris.* Epistola XXXII. ad Christum puerum adloquutio. Fol. 138. *Qui se ipsum renovavit.* Epistola XXXIII. de mutationibus, quae in vita spirituali accidunt. Fol. 139. a terg. *Quod mihi scripsisti, ut tibi significarem.* Epistola XXXIV. virtutum monasticarum thesaurum ab hominum oculis abscondendum esse. Fol. 140. a terg. *Notum tibi facio, fortissime in Domino vir, ut thesaurum tuum abscondas.* Epistola XXXV. paraenetica ad fratrem. Fol. 141. a terg. *Frater; qui stigmata Iesu in membris suis portant, ii Cruci adfixi sunt.* Epistola XXXVI. de divina contemplatione. Fol. 145. *Quorum mens vivo unigeniti verbi spiritu adflata est.* Epistola XXXVII. ad fratrem. Fol. 149. a terg. *Si quaeris, frater, cur arcana tibi mysteria consolandi tui causa haud patefaciam.* Epistola XXXVIII. ad fratrem quemdam, qui paternum debitum solvere postulabatur. Init. fol. 150. *Debitum a te reddi postulantibus, sic responde: monachum terrena omnia, et patrem abdicasse ipsum: non ergo aes patris alienum suscipere eidem licere, aut eo obstringi.* Epistola XXXIX. in quosdam, qui mutuabantur, et non solvebant. Init. Ibid. *Accipite gratiam, et preces pro me fundite.* Epistola XL. paraenetica. Fol. 150. a terg. *Pro tuo in nos amore,*

frater, *retribuere tibi non possumus*. Epistola XLI. paraenetica. Fol. 151. a terg. *Ego quotidie opus vitae incipio*, *frater*. Epistola XLII. de amore divino. Fol. 152. *Non est benignus ac bonus*, *ut Deus noster.* Epistola XLIII. de iustorum et improborum moribus, et exitu. Fol. 153. *Rogasti me*, *frater*, *ut tibi scriberem* etc. ubi claris verbis confirmat Saba noster, quod supra sermone XII. de iustorum praemiis, et improborum poenis, ante communem resurrectionem, docuerat. Epistola XLIV. solis stellarumque visionem cum Dei mysteriorumque divinorum contemplatione comparat. Fol. 155. a terg. *Legi arcanum*, *quod in tua latebat epistola*. Epistola XLV. de eodem argumento. Fol. 56. a terg. *Stellae quoque*, *quas absque solis luce te intueri*, *frater*, *dixisti.* Epistola XLVI. de eodem. Fol. 156. a terg. *Luna*, *cuius discum aliquando stellis refertum conspici adseris*, *est incorporea theoria* etc. Epistola XLVII. de eodem. Fol. 157. *Etiam tempore orationis*, *dilectissime*, *videre est animam sapphiro*, *aut coeruleo colori similem* etc. Epistola XLVIII. de divina contemplatione, et de variis insidiarum diaboli modis. Fol. 157. a terg. *Benedictus Deus*, *pater domini nostri Iesu Christi* etc. Crucis imaginem colendam docet, hisce verbis: *his adiungito psalmos*, *lectiones*, *et adorationes coram cruce*; quod passim repetit.

Pars III. Eiusdem sancti Sabae *capita scientiae* seu apophthegmata, in tres sermones distributa, quorum primus incipit fol. 162. a terg. *Fundamentum sermonis nostri super dominum nostrum Iesum Christum ponentes.* Alter fol. 171. *Si regnum Dei intra nos est.* Tertius fol. 175. *Lux nullo definita tempore* etc. Huc usque sancti Iohannis Sabae dalaithensis abbatis ascetica opera e textu syriaco arabice reddita, quae in pervetustis duobus manuscriptis codicibus bibliothecae sancti Petri montis aurei de Urbe extant, unde hoc exemplar desumptum, cuius in fronte haec arabice a Clemente Caracciolo amanuensi adnotantur. *Accidit complementum descriptionis huius benedicti libri feria tertia 27. mensis benedicti adar* (martii) *anno Christi millesimo septingentesimo decimo quarto*. *Transcriptus autem fuit liber in urbe magna Roma ex apographo antiquo*, *nota temporis manco*, *quod inventum est in bibliotheca sancti Petri montis aurei*, *per manum pauperis humilis servi peccatoris Clementis Caraccioli neophyti*, *regnante reverendo patre et summo Pontifice Clemente undecimo Albano*; *cuius vitam perennet Deus*; *eiusque orationibus nos et omnes Christi fideles adiuvet. Amen.* Eadem epigraphe, paucis immutatis, latine ibidem repetitur.

LXX.

Codex in fol. bombycinus foliorum 414, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos ab Andrea Scandar in vaticanam bibliothecam ex oriente inlatos, olim qoadragesimus quartus; quo continentur.

Sancti Simeonis stylitae opera ascetica; videlicet. I. *sancti Simeonis stylitae sermones ascetici XXXVI.* praefixo indice rerum omnium; quae in hoc codice exhibentur; quaeque cum iis rebus, quas recensebimus infra in cod. LXXX. adamussim concordant: si tamen brevia dicta, et interrogationes, atque responsa excipias, quae alio ordine ac numero disposita sunt. Init. fol. 12. I. *de recta, et prava animae opinione, et consilio. Haurite vobis imbrem.* II. *eiusdem sancti Simeonis stylitae interrogationes, et responsiones XXV.* Init. fol. 316. *Interrogatio sancto patri Simeoni a fratribus proposita de puritate.* In laudato codice interrogationes et responsiones XLI. numerantur. III. *brevia dicta, seu orationes XXXVIII. eiusdem sancti patris nostri Simeonis*; quarum postrema fine mutila. In citato codice viginti recensentur; verum quae hunc numerum excedunt, ad eiusdem sancti Simeonis interrogationes et responsiones revocandae sunt. Init. fol. 365. *Oratio prima ostendit, idiotas gratiae participes, meliores esse ac praestantiores sapientibus, qui ea carent, sicuti civitas magna diruta.* In cit. codice num. 9. praenotatur.

Hic codex decimo quinto Christi saeculo videtur descriptus. Eius initio haec epigraphe syriace recentius addita. *Migravit ex hoc seculo tristitiarum pleno pater noster mar Severus, qui et Paulus, filius Gehae, ad regionem vitae laetitiarum plenam, anno Graecorum* 1832. (Christi 1521.) *die* 28. *thamuz* (iulii) *precibus Dei genitricis Mariae, et omnium sanctorum, in saeculorum saecula. Amen.* Episcopum fuisse hunc Severum, liquet ex titulo *mar*, idest *dominus*, quem nonnisi viris sive sanctitate, sive episcopali dignitate insignibus, adtribuere Syri Arabesque consueverunt. Cuiusnam autem civitatis vel nationis episcopus is fuerit, nos latet.

LXXI.

Codex in 4. membr. foliis constans 226, arabico sermones et litteris cuficis, quibus veteres Arabes uti consueverunt, eleganter exaratus, inter codd. orientales ab Andrea Scandar in vaticanam bibliothecam inlatos, olim quadragesimus quintus. Ibi continentur.

I. Sancti Epiphanii episcopi Cypri vita, auctore Iohanne presbytero constantinensi. Titulus. Fol. 1. *Haec sunt quae Iohannes presbyter Constantinae de regimine vitae beati et sancti Epiphanii episcopi Cypri conscrip-*

sit. Initium ibidem. *Beatus sanctus Epiphanius ex vico civitatis Bethgebediz* (Eleutheropoli) *qui ab eadem tribus circiter milliariis distat, oriundus fuit.* Vide tomum II. oper. S. Epiphanii edit. Paris., cui vita eiusdem sancti parum ab hac discrepans, graece et latine praefigitur. II. Vita sancti Euphemii (lege Enthymii) abbatis fundatoris Laurae sancti Sabae in Palaestina, capitibus tribus et quinquaginta absoluta. Init. Fol. 37. *Unigenitus filius, Dei verbum, qui erat ante saecula, qui pro miseratione ac benignitate sua propter hominum salutem, iuxta voluntatem patris et spiritus sancti voluit ex Maria virgine incarnari.* Auctor huius vitae Cyrillus scytopolitanus anno Christi 557. clarus. Vide Coteler. monument. eccl. gr. tom. II. pag. 220. ubi eadem vita, paucis mutatis, graece et latine exhibetur. III. Vita sancti Sabae abbatis, auctore eodem Cyrillo scythopolitano. Init. fol. 74. *Benedictus Deus pater domini nostri Iesu Christi, qui te, perfecte virtutibus pater, selegit ad praecipiendum mihi, ut scriptas tibi mitterem vitas patrum nostrorum sanctorum Euphemii et Sabae, et historiam eorum conversationis, qua bonam apud fortem Deum habere sortem meruerunt.* Confer cum actis S. Sabae a Cotelerio tom. III. p. 220. graece et latine editis, a quibus haec nostra aliquantum differunt. IV. S. Anastasii, abbatis montis Sinai, homilia de paenitentia, in psalmum sextum, legenda in ingressu ieiunii. Init. fol. 113. *Dilectissimi, habetis in psalmo sexto ex paraenesi sancti spiritus, quod consentaneum est exordio ieiunii et purae paenitentiae.* Eadem homilia, sed ex diversa arabica interpretatione, absque auctoris nomine extat in secundo syriaci catalogi tomo cod. CXCIX num. XXI. p. 446. V. vita Xenophontis, eiusque coniugis Mariae, et filiorum Iohannis et Arcadii. Init. fol. 124. *Fuit quidam vir ex patriciis, cui nomen Xenophon, domesticus imperatoris, divitiis abundans.* VI. S. Cassiani romani abbatis narrationes de sanctis patribus scetensibus, ad S. Leontium abbatem. Init. fol. 130. a terg. *Pater mi sancte, ego et sanctus Germanus, qui fraternitatem mecum a iuventute in schola contraxerat.* VII. S. Nili abbatis paraenesis spiritualis ad Thomam monachum. Init. fol. 141. *Quid putavisti, cum silentium et solitudinem elegisti?* VIII. Eiusdem sancti Nili abbatis homilia de pravis consuetudinibus. Init. fol. 147. *Molestum admodum atque periculosum certamen fidelibus positum est in hoc saeculo.* IX. S. Isaiae abbatis praecepta ad novitios, cum monasticum institutum amplectuntur. Init. fol. 158. *Si mundo abrenunciasti, tuamque animam Deo obtulisti, ut peccatorum tuorum paenitentiam ageres, ne sinas a cogitationibus tuis maerore te affici propter vetera tua delicta.* Vide citatum tomum nostrum, ubi pleraque Isaiae abbatis scripta ascetica recensentur. Is autem scetensi monasterio praefuit, aequalisque fuit Macario aegyptio, Poemeni, Iohanni, Iob seu Anub, Paphnutio, Ammoni, Loth, Petro, Agathoni, Abrahae, Sisoi, Martyrio, Hor,

et Atri seu Ari; ut ex ipsius sermonibus, et ex apophthegmatibus patrum li- quet; adeoque claruit quarto Christi saeculo exeunte. X. Eiusdem S. Isaiae abbatis sermo de causis peccati. Init. fol. 173. *Nequit homo semet ipsum custodire a peccato, nisi custodierit se ab iis quae peccatum generant. Haec autem peccatum generant.* XI. Excerpta ex patrum dictis et gestis de monastico instituto, ad profectum animarum. Init. fol. 173. *Sciamus oportet, qui esse debeat monachus. Nunc itaque, prout Christus nobis impertitur, dicimus. Primo in duas professiones.* XII. S. Sabae paraenesis et reprehensio sui ipsius. Fol. 201. *Veh tibi, anima prava.* XIII. S. Macarii abbatis sermo de oratione. Init. fol. 204. *Qui ad Deum accedere vult, et vitam aeternam promereri.* XIV. Eiusdem S. Macarii abbatis epistola ad filios suos dilectos, nempe monachos. Init. fol. 206. *Filii carissimi, multiplex est laus sanctorum. Oportet itaque ut eam dignoscamus, inquiramusque, quae fuerit eorum conversatio et operatio.* XV. S. Stephani thebaei sermo de instituto monastico. Init. fol. 217. *Ante omnia, fili, abrenuncia saeculo, et a terra tua atque tuo genere procul esto.* XVI. Testamentum cuiusdam monachi senis ad suum discipulum. Init. fol. 225. *Observa, frater, quod tibi testor, neque illud negligas atque abiicias. Primum autem cura, ut Deum timeas, eumque colas: qui enim praecepta Dei custodit, eum Dominus ab omnibus inimicis custodiet et liberabit.*

Is codex exaratus est anno Christi 788, ut ex hisce calligraphi verbis constat, quae fol. 226. ad calcem leguntur. *Exaravit hunc codicem peccator pauper pater Antonius David, filius Salomonis, bagdadensis, in laura S. Sabae, eumque describendum curavit pro sacro monasterio montis Sinai pater Isaac monachus. Ego autem peccator imbecillus eiusdem codicis scriptor, oro et obsecro cunctos sanctos patres et alios qui in eo legerint, ut petant atque rogent Iesum Christum Deum et salvatorem nostrum, ut mihi multa peccata mea dimittat et delicta. Parcat Deus ei, qui fecerit, et qui scripserit, et describi curaverit, et qui legerit, aut legi audierit, et qui dixerit, amen. Per intercessionem dominae sanctae Mariae, et sancti patris nostri Sabae, et omnium iustorum et sanctorum eius. Exaratus est autem mense rabio priore, anno centesimo septuagesimo secundo (hegirae).*

LXXII.

Codex in fol. p. bombyc. foliorum 258, arabicis litteris et sermone exaratus, inter cedd. orientales ab Andrea Scandar in vaticanam bibliothecam inlatos olim quadragesimus sextus; ubi continentur.

Antiochi monachi Laurae sancti Sabae pandecte divinorum librorum,

sive compendium totius christianae religionis, et sacrarum scripturarum doctrinae, capitibus CLXXX. comprehensum, quorum series initio praefigitur, ubi de virtutibus et vitiis, adductis variis exemplis, et interrogationibus Barsepii libro primo, de rebus monasticis exponitur. Praeit epistola eiusdem Antiochi monachi ad Eustathium abbatem monasterii Ataliae de urbe Ancyra Galatiae; in qua de occasione conscribendae huius pandectes; deque gestis monachorum Laurae sancti Sabae, eorumque pro Christi fide martyriis sub Ismaëlitis Palaestinam invadentibus consummatis disserit. Init. fol. 4. Consequitur prohoemium ad capita, de quibus agendum est. Fol. 8. Porro caput primum de fide incipit fol. 9. Caput centesimum trigesimum et ultimum de regno caelesti incipit fol. 251. a terg. Opus perrarum, atque animabus utilissimum, uti in fine seriei capitum dicitur: pluribus tamen mendis ex oscitantia calligraphi scatet. Eius auctor *Antiochus ex oppido Galatiae, Madgmagha nuncupato, ab Ancyra viginti millibus passuum distante, oriundus*; ceu ipse in clausula capitis centesimi trigesimi fol. 257. a terg. profitetur. Claruit circa medium duodecimum Christi saeculum. Is codex, cuius aetas ad decimum quartum Christi seculum videtur referenda, pertinuit olim ad bibliothecam monachorum montis Sinai, teste Simeone eiusdem montis Sinai episcopo, qui in fronte haec praenotavit. *Dico ego Simeon episcopus montis Sinai, hunc codicem legatum esse atque addictum bibliothecae monachorum montis Sinai, ut ex eo utilitatem percipiant. Quisquis autem illum inde extrahere ausus fuerit, esto sors illius cum Iuda.* Ad calcem vero fol. 258. isthaec a calligrapho anonymo adnotantur. *Explicit ope domini Iesu Christi, cui gloria in saecula, curante patre sancto spirituali amplissimo archiepiscopo Simeone, qui tenet claves rubi illustris, et aliorum sanctorum locorum* (quae nimirum in monte Sinai sunt). *Deus dimittat eius, parentumque suorum peccata.*

LXXIII.

Codex in fol. bombycinus, foliis constans 229, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codd. arabicos ex oriente in vaticanam bibliothecam a Iosepho Simonio Assemano inlatos, olim nonus. Ibi continentur.

Sancti Iacobi sarugensis, Batnarum in Mesopotamia episcopi, syriacae ecclesiae doctoris, die 29. novembris anno Christi 521. defuncti, *homiliae XXIII.* e syriaco in arabicum sermonem ab anonymo conversae. Videlicet. Homilia I. de curru, quem vidit Ezechiel propheta, quum esset in captivitate babylonica. Init. fol. 1. a terg. *Altissime inscrutabilis, qui currui insides.* Extat syriace in cod. syriaco CXVII, olim nitriensi V. de quo in se-

cundo tomo syriaci nostri catalogi, et in biblioth. orient. tom. I. a pag. 305, ubi haec adnotatio titulo adiuncta legitur: *est autem haec homilia prima omnium homiliarum sancti mar Iacobi*. Homilia II. de creatione Adae, et de resurrectione mortuorum. Init. fol. 29. a terg. *Ab initio admodum excellens fuit Adae creatio.* Extat syriace in laudato cod. nitriensi V. fol. 155. Homilia III. *In illud Dei* (genes. 1. 26.) *venite faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Init. fol. 39. *Domine dominus noster, maior est sermo tuus, quam ut oratores de eo satis loqui possint.* Vide ibid. fol. 159. Alia est ab ea homilia, quam Iacobus edessenus sarugensi nostro abiudicat, teste Gregorio Barhebraeo in lib. horrei mysteriorum cap. 6. in genesim, cod. syr. CLXX. Homilia IV. de expulsione Adae e paradiso. Init. fol. 45. *Iuste, qui Adamum e paradiso expulisti*. Homilia V. de Adamo, mortalisne an immortalis creatus fuerit? Init. fol. 66. *Per te, sapiens, sterilis meus sermo concipiat, tuoque commercio fructus laudis lingua mea pariat.* Homilia VI. de iusto Noëmo et de diluvio. Init. fol. 72. a terg. *Iuste, qui sapientia tua Noëmi generationes abscidisti, latum meo sermoni ostium recludc, ut tua gesta referat.* Homilia VII. de superbia. Init. fol. 95. *Fili Dei, qui decus inenarrabile es, da mihi ut dicam.* Vide codic. syriac. nitrien. V. fol. 208. Homilia VIII. de amore divino. Init. fol. 100. *Fili Dei, qui pro amore tuo ad renovanda omnia advenisti.* Vide cod. syr. CXV, seu nitriensem XIII. fol. 93. et cod. syr. CXVIII. inter codd. a Iosepho Simonio Assemano in bibliothecam vaticanam inlatos, olim VII. fol. 109. ubi eadem homilia syriace occurrit. Homilia IX. in illud Domini nostri, Matth. 19. 24: *facilius est, camelum per foramen acus intrare, quam divitem in regnum caelorum.* Init. fol. 109. *Doctrina filii Dei plena est lucis.* Extat syr. cod. nitrien. V. fol. 271. sed principio mutila. Homilia X. de thesauro abscondito in agro. Init. fol. 115. a terg. *Opulentia es, Domine mi, gaza, et thesaurus possidenti te.* Extat syriace cod. nitrien. V. fol. 298. et cod. syr. CCLI, alias nitrien. X. fol. 4. ubi hocce titulo praenotatur. *In illud Domini* (Matth. 13. 44.) *simile est regnum caelorum thesauro abscondito in rure.* Homilia XI. de divite et Lazaro. Init. fol. 150. *Tibi meas adorans commendo petitiones, largitor.* Vide codd. syr. CXVII. fol. 225. et CXVIII. fol. 186. Homilia XII. de parabola decem virginum. Init. fol. 143. *Sponse excelse, qui mundum universum ad nuptias tuas vocasti.* Extat syriace in codd. CXV. fol. 117, CXVII. fol. 391, CCLI. fol. 10. de quibus in secundo codicum syriacorum catalogi tomo. Homilia XIII. de anima hominis. Init. fol. 153. *Anima hominis est divinitatis imago.* Vide cod. syr. CXVII. fol. 196, et CXVIII. fol. 98. ubi inscribitur. *In illud Domini effatum: quid prodest homini, si mundum universum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur?* Homilia XIV. paraenetica. Init. fol. 159. *Domine universorum ad laudem tuam sit sermo labiorum meorum.* Vide codd.

syr. CXVII. fol. 183, et CXVIII. fol. 96. Homilia XV. de paenitentia. Init. fol. 163. *Magnam pro tuo amore ianuam aperi mihi, fili Dei.* Vide codd. CXVII. fol. 209, et CXVIII. fol. 101. Homilia XVI. de decem drachmis, et centum ovibus. Init. fol. 169. *Ecquis tuorum pulchritudinem sermonum satis enarrare queat, o fili Dei?* Vide cod. syr. CXVIII. fol. 221. Homilia XVII. de oratione, quam Dominus noster discipulos suos docuit. Init. fol. 175. a terg. *Fili Dei, ex quo oratores omnes ditescunt.* Vide codd. syr. CXVII. fol. 272, et CXVIII. fol. 147. Homilia XVIII. de pharisaeo et publicano, qui in templum ad orandum ascenderant. Init. fol. 189. *Filii, doctrina Dei vitae plena est. Venite ergo.* Vide codd. syr. CXV. fol. 7, CXVII. fol. 264, et CXVIII. fol. 154. Homilia XIX. de vidua paupere, quae duos obolos in gazophylacium immisit. Init. fol. 197. *Mentem meam, Domine, doctrina tua illumina, ut vocibus stupore plenis fortitudinem tuam conlaudem.* Homilia XX. de viduae filio, quem Dominus noster ad vitam revocavit. Init. fol. 204. *Rex, qui in terra mortalium ortus es.* Vide codd. syr. CXVII. fol. 306, et CXVIII. fol. 120. Homilia XXI. de divinorum sacramentorum sumptione, sive de eucharistia. Init. fol. 210. a terg. *Cor mundum crea in me, Domine, iuxta voluntatem tuam.* Extat syriace cod. CXVII. fol. 505, et carsciunice, seu arabice litteris syriacis, cod. syr. CLIX. fol. 178. Pars autem huius homiliae canitur in missa Syrorum, dum populo eucharistia sumenda porrigitur, ab iis verbis: *qui igneos in sublimi regione sua inflammat, eum sub pane et vino super mensam intueris.* Ubi auctor Iudam proditorem, panem consecrationis expertem, a Christo in caena sumpsisse opinatur, hisce verbis: *qui invidia et fraude in proximum suum plenus est, Iudam imitatur, cui corpus suum Dominus nequaquam tradidit. Fregit enim ille, corpusque et sanguinem suum super mensam distribuens, porrexit undecim discipulis, ut ex eo sancte manducarent: et quia Iudas fraudem animo meditabatur, a sancto eum prohibuit, quia sumere illud cum discipulis haudquaquam dignus erat.* Quem Sarugensis locum citant passim Syri evangeliorum interpretes; uti Iosephus Simonius Assemanus bibl. orient. tom. I. pag. 327. adnotavit; ubi et monuit, doctissimum Stephanum Edenensem patriarcham antiochenum lib. III. apologiae Maronitarum cap. 2. obiect. 6. ostendere, Sarugensem per ea verba nil aliud intellexisse, quam Iudam proditorem effectu eucharistiae, qui remissió peccatorum est, caruisse. Homilia XXII. de sacro ieiunio. Init. fol. 218. *Ad laudis tuae portum currat eloquium meum, fili Dei.* Extat in codd. syriacis CXVII. fol. 169, et CXVIII. fol. 80. ubi *sermo primus de sancto ieiunio quadragesimali* inscribitur. Homilia XXIII. de fine mundi, et de iudicio. Init. fol. 227. *Occurrit mihi saeculum, calamitates afferens mihi dispensandas.* Deest finis, qui tamen suppleri potest ex codd. syriacis CXVII, et CCLI, ubi homilia haec tertia earum recensetur, quae de consummatione saeculi, de antichristo, de secundo

Christi adventu, et de iudicio inscribuntur.

Hic codex, cuius aetas ad decimum tertium Christi saeculum videtur revocanda, pertinuit olim ad bibliothecam monasterii patrum syrorum in Scete Aegypti, ut haec docet adnotatio, quae in eiusdem codicis fronte a Cyriaco metropolita apposita est. *Hunc benedictum librum ad monasterium* (scetense) *advexit pater noster Cyriacus metropolita, eumque stabili et perpetuo legato addixit coenobio dominae nostrae Virginis, dominae monasterii abbatis Pesois, quod syrorum patrum nuncupatur. Nulli autem hominum a Christo fas est, eundem ex praedicto coenobio extrahere. Qui secus fecerit, sortem Iudae, Domini sui proditoris, inveniet. Et laus Deo semper in aeternum.*

LXXIV.

Codex in fol. bombyc. foliorum 265, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codd. arabicos ab Andrea Scandar ex oriente in vaticanam bibliothecam inlatos, olim quadragesimus. Ibi continentur.

I. Homiliae sacrae XI. in divinis syrorum Iacobitarum officiis recitandae. Videlicet. Homilia I. de ieiunio, titulo et principio manca. Accedunt ad calcem precationes duae, quarum prima pro rege regnante, altera pro patriarcha antiocheno syrorum Iacobitarum, quae lectionibus homiliarum adiungi solent. Init. fol. 1. Homilia II. de dominica hosannarum, subiectis aliis duabus precationibus pro rege et pro patriarcha. Init. fol. 5. Homilia III. de feria quinta mysteriorum, sive in caena Domini, adnexa una precatione pro rege. Fol. 7. a terg. Homilia IV. de magna resurrectione Domini. Subnectitur alia precatio pro rege. Fol. 10. a terg. Homilia V. Alia de dominica resurrectionis. Subnectitur alia precatio pro rege. Fol. 12. Homilia VI. de magno festo ascensionis Domini. Fol. 14. a terg. Homilia VII. alia de glorioso festo ascensionis. Fol. 18. Homilia VIII. de magno festo pentecostes. Fol. 20. Homilia IX. alia de die pentecostes. Fol. 22. Homilia X. de gloriosa cruce, eiusque inventione per manum sanctae Helenae. Fol. 24. XI. de transfiguratione Domini in monte Tabor. Fol. 26. a terg. Ad calcem huius homiliae fol. 28. a terg. haec a calligrapho adnotata leges. *Absolutae sunt et completae sacrae homiliae, prout invenire licuit in codice magistri Haggi Phara*, hoc est peregrini, seu peregrinatione hierosolymitana fuucti Gaudentii, *filii Mosis iacobitae bairudensis, die 14. mensis tesrin posterioris* (novembris) *anno Graecorum millesimo septingentesimo sexagesimo sexto* (Christi 1455). *Eas autem descripsit servus pauper, reus peccator Moses, nomine tenus non vero re presbyter, diebus patrum nostrorum patriarcharum mar-Ignatii, et mar-Matthaei; et patris nostri maphriani* (seu orientis primatis) *mar-Basilii Maadani, et patris nostri metropolitae mar-Iosephi, qui appellatur Cy-*

rillus, *et patris nostri mar-Dioscori metropolitae Damasci urbis a Deo custoditae*, *cognomento ben-Dhau*, *qui residet in monasterio hierosolymitano* etc. Auctor homiliarum, uti et codicis unde eas transcripsit presbyter Moses, qui infra passim sese cognominat *ben-Atascia hadetensis*, nos latet. Porro qui ab eodem Mose calligrapho heic memorantur; *Ignatius* scilicet patriarcha antiochenus syrorum Iacobitarum, fuit huius nominis nonus, antea *Behenamus* nuncupatus, obiitque anno Graecorum 1766 (Christi 1455) quum tres supra quadraginta annos sedisset. Vide Assem. bibl. orient. tom. II. pag. 465, ubi et eiusdem scripta recensentur. *Matthaeus* alexandrinus Coptitarum patriarcha nonagesimus ex Said, hoc est Aegypto superiore seu Thebaide, oriundus. *Basilius*, qui et *Barsauma* iacobita orientis maphrianus quadragesimus sextus, ordinatus anno Graecorum 1733. (Christi 1422.) obiit 1766. (Christi 1458). *Ioseph* qui et *Cyrillus* anno Graecorum 1769. (Christi 1458), praedicto Basilio defuncto, in maphrianum ordinatus, paucis post diebus decessit. *Dioscorus nabachensis*, metropolita damascenus, obiit circa annum Christi 1480. Eius et Mosis ben-Atasciae, huius codicis calligraphi, opera catholicum montis Libani ducem Abdalmonaëmum maronitam iacobiticae sectae nomen dedisse, atque in honorem Barsaumae haeretici templum in monte Libano exstruxisse, Stephanus Aldoënsis antiochenus Maronitarum patriarcha in vindiciis et chronico suae gentis affirmat.

II. *Petri*, *qui et Severus*, *meligensis episcopi*, *cognomento al-Giamil*, *liber polemicus adversus Armenos*, inscriptus *liber radiorum*; quem calligraphus in epigraphe eidem praefixa, Severo antiocheno patriarchae perperam tribuit, atque eundem librum commentariis illustratum fuisse a Petro patriarcha alexandrino. Sic enim loquitur. *Incipimus ope Dei*, *bonitate providentiae eius*, *describere pauca ex libro radiorum*, *syriace zalghe inscripto*, *in quo memorantur errores fratrum nostrorum Armenorum in consecratione panis azymi et vini sine mixtione aquae*, *et in aliis eorum ritibus*. *Idque ex dictis patris domini illustris anba Severi in suo libro*, *cui titulus caput sedium*, *graece πρωτοθρόνιον*, *quem anba Petrus patriarcha Alexandriae exposuit*. Init. fol. 29. Vide syriaci catalogi tomum II. cod. CLIX. num. XXVII. p. 314, ubi idem opus *Petro meligensi episcopo* adscribitur, carsciunice sive arabice litteris syriacis exaratum. III. *Dissertatio de fide Nestorianorum*, *deque discrepantia eorum opinionis ab orthodoxa fide*. Init. fol. 37. a terg. IV. *Professio fidei a mar-Severo patriarcha antiocheno emissa*, quum ad urbem Tyrum a Dadiano fuit advocatus. Init. fol. 43. a terg. Extat syriace loc. cit. num. 9. Heic autem praemittitur, Petri Severi, de quo modo supra, *praefatio de laudibus praedicti Severi patriarchae*, de eius nempe generis nobilitate, eximia doctrina, ac virtutibus; et quomodo ob monophysiticam fidem patriarchali antiochena sede fuerit deturbatus, et ad syno-

dum tyriam deductus. Init. fol. 43. V. *Liber de synodis , et quae fuerit causa schismatis in ecclesia*, sive historia quatuor priorum synodorum ; auctore *patre domino anba Severo*, cognomento *ben-al-Mocaffah* sive *Mocaffaeo* episcopo Asmonaeorum coptita , qui vivebat anno Christi 978, uti liquet ex historia patriarcharum alexandrinorum a Renaudotio edita pag. 367 , ubi et reliqua eius scripta recensentur. Extat carsciunicę in praelaudato cod. syr. CLIX. Init. fol. 48. VI. Eiusdem Severi Mocaffaei episcopi Asmonaeorum *expositio symboli fidei apostolorum*, quam a solis Syris iacobitis, Coptitis, Habessinis, et Armenis, qui omnes monophysiticis et monotheliticis erroribus infecti sunt, retineri auctor contendit. Praeeunt nomina viginti quatuor prophetarum veteris testamenti , et duodecim apostolorum novi testamenti, quorum auctoritates in confirmationem articulorum eiusdem symboli proferuntur. Init. fol. 59. VII. Eiusdem Severi Mocaffaei tractatus de haeresibus , hoc titulo insignitus. *Commentarii de sanctis synodis, et de pura fide, ad quam christiani pervenerunt , deque adquisitis ab iis imperio, prophetia, et sacerdotio; et quae fuerit occasio gentibus amplectendi sanctam fidem; et quomodo schismata, et haereses acciderint, quae nationes omnes ad aeternum ignem gehennae detruserunt, praeter Iacobitas in vera fide constantes*, uti auctor effutit. Init. fol. 67.

VIII. Mosis ben-Atasciae presbyteri hadetensis, huius codicis calligraphi, *liber vitae*, sive apologia fidei Iacobitarum, quam auctoritate patrum confirmare nititur: ac praeterea multa nugatur de Dioscoro , Barsauma , Severo, et Iacobo Baradaeo Monophysitarum antesignanis; asseritque in fine fol. 108. a terg. se hunc librum memoriter ex variis scriptoribus, ac praesertim ex Dionysio Barsalibaeo collegisse, sub Dioscoro ben-Dhau nabachensi Damasci metropolita , de quo modo supra , anno Graecorum 1766, hegirae 859, h. e. Christi 1455. Init. fol. 84. IX. Iohannis qui et Iosue bar-Susan, patriarchae antiocheni syrorum Iacobitarum 37, epistola ad Christodulum patriarcham alexandrinum Coptitarum de ritu syrorum Iacobitarum miscendi sal et oleum pani eucharistico, quem ritum Coptitae reiiciunt; data , uti in titulo legitur, anno Graecorum millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, h. e. Christi 1055. Sed mendum est in anno; Iohannes enim bar-Susan anno Graecorum 1384 , Christodulus autem anno 1389. obierunt, uti Iosephus Simonius Assemanus bibl. orient. tom. II. p. 144. et 355. ostendit; ubi et eiusdem Iohannis patriarchae scripta memorat. Hanc epistolam e syriaca lingua in arabicam transtulit praefatus *Moses ben-Atascia hadetensis*, ceu ipse in eiusdem epistolae clausula fol. 117. profitetur. Init. fol. 109. X. Hichari sapientis philosophi monita moralia ad filium. Init. fol. 117. XI. Caelestini papae Romae homilia paracletica , seu expositio didascaliae i. e. doctrinae apostolorum, a praefato Mose ben-Atascia arabice e syriaco conversa. Fol. 121. a terg. XII. Disputatio syrorum Iacobitarum adversus fratres nostros Melchitas, qui duas in Christo naturas et volun-

tales, unam tamen personam profitentur, auctore eodem Mose ben-Atascia hadetensi presbytero, qui haeresim Iacobitarum acriter propugnat. Init. fol. 125. a terg.

XIII. Maphriani Mosis Cephae ecclesiae doctoris, homiliae tres a Mose ben-Atascia arabice e syriaco conversae. Videlicet. Homilia I. de festo inventionis gloriosae et sanctae crucis. Init. fol. 145. Homilia II. de festo gloriosae ascensionis Domini in caelum. Fol. 151. a terg. Homilia III. de descensu spiritus sancti die pentecostes super sanctos apostolos in sancto caenaculo Sion. Fol. 154. a terg. In clausula huius tertiae homiliae fol. 159. haec adnotatio legitur. *Domine miserere servi tui Mosis Atasciae exscriptoris. Absolutae autem sunt et completae homiliae tres doctoris veracis Mosis Cephae mosulani, quas e syriaco in arabicum idioma vertit servus pauper in mari delictorum et peccatorum demersus, Moses Atascia hadetensis; et ipse rogat quemcumque fratrem, ut corrigat errores, quos in iis reperit; et Deus dominus misereatur eius mortuorum, et mortuorum scriptoris, et mortuorum omnium filiorum baptismatis.* Porro auctor, Moses Cepha seu Bar-Cepha, i. e. filius Petri, ex monacho sancti Sergii archiepiscopus mosulanus creatus, Severi nomen adsumpsit, obiitque die 13. februarii anno Christi 913, editis variis operibus, quae magno sunt apud Iacobitas in pretio, quaeque tum a nobis (1) in catalogo codd. syr. vatic., tum a Iosepho Simonio Assemano bibl. orient. tom. II. pag. 128, et ab Andrea Masio, qui eiusdem bar-Cephae de paradiso commentarios ad Ignatium latine reddidit, typisque plantinianis vulgavit an. 1596, recensentur; ex quibus anaphora quoque, sive liturgia, quam hodieque Iacobitae adhibent, latine prodiit per Renaudotium tom. II. liturg. orient. pag. 391. XIV. Patris mar-Dionysii Barsalibaei, amidensis metropolitae, syri iacobitae duodecimo Christi saeculo clari, expositio missae, e syriaca lingua in arabicam translata a praefato Mose Atascia, et partim ab ipso, partim a Nasralla filio Abdalkarimi exarata: quae autem ab hoc descripta sunt, ea carsciunice seu arabice litteris syriacis elegantissimis exprimuntur. Init. fol. 159. Diversa haec est ab eiusdem Barsalibaei fusiore expositione in liturgiam Ignatio archiepiscopo hierosolymitano nuncupatam, quam tom. II. syriaci catalogi, cod. syr. CII. recensuimus, et cuius pars maxima totidem ferme verbis (demptis textibus catholicum dogma de duabus Christi naturis, voluntatibus ac operationibus, comprobantibus) legitur in sancti Iohannis Maronis patriarchae antiocheni Maronitarum tractatu de sacerdotio lib. II. de expositione liturgiae S. Iacobi apostoli cod. syr. vat. CI, quem Iosephus Aloysius Assemanus latine vertit, ac typis vulgavit in codice liturgico ecclesiae universae lib. 4. XV. Clausula in fine missae, elata voce a sacerdote di-

(1) Nimirum hoc loco loquitur Stephanus Evodius Assemanus. Namque ambo Assemani, tum Stephanus scilicet tum Iosephus, ad hos adornandos catalogos coniuncta opera incubuerunt.

cenda, cum benedictione eulogiarum iuxta ritum syrorum Iacobitarum, ab eodem amanuensi Mose Atascia arabice e syriaco reddita. Init. fol. 208. a terg.

XVI. Danielis Al-Hettab, syri iacobitae, duodecimo Christi saeculo clari, liber de fundamentis fidei, et de consolatione cordium fidelium, secundum placita Iacobitarum, in sectiones XIV. distributus; in quarum prima probat Deum existere. 2. Deum aeternum esse. 3. infinitum. 4. incomprehensibilem. 5. simplicem. 6. unum natura, et trinum personis. 7. responsio ad obiectiones Iudaeorum, 8. de vera in Christum fide. 9. cur persona filii incarnata, et non aliae duae personae trinitatis. 10. quod in virgine Maria verbum aeternum, non Dei voluntas, inhabitavit. 11. adversus eos, qui Christum puram esse creaturam dicunt. 12. cur verbum incarnatum. 13. cur Christus mundum redemerit. 14. de Christi persona, natura, proprietatibus, et passionibus; ubi Mariam virginem esse deiparam adversus Nestorianos; Christum vero unica constare natura et voluntate ac operatione, adversus catholicos scribit; de trisagio etiam, et de corpore Christi, passibile ne an impassibile sit, multa disserit. Init. fol. 211. Opus rarissimum, quo scripta polemica Eliae episcopi nestoriani adversus Iacobitas penitus refelli, Moses Atascia in epigraphe eidem operi praefixa admonet. Vide codd. syr. vatic. CLIX. et CLXXIV. ubi eiusdem auctoris responsio rithmica ad interrogationem Chamisii bar-Cardahae nestoriani de Christo, an sub decem praedicamentis comprehendatur, syriace exhibetur. XVII. Homiliae septem sancti mar-Iacobi sarugensis, Batnarum episcopi, Syrorum doctoris; quarum prima de paenitentia. Init. fol. 241. *Carissimi, in spem resurrectionis pater noster Iacob filiis suis mandavit.* Haec et sequentes homiliae desiderantur in elencho operum eiusdem S. doctoris, quem edidit Assemanus in bibl. orient. tom. I. pag. 304, nondum enim ad manus eius hic codex pervenerat, cum praefatum elenchum typis mandabat.

XVIII. Eiusdem homilia de praesentatione Christi domini in sanctum templum. Init. fol. 248. a terg. *Laus Deo, qui mentes nostras et vestras illuminavit.* XIX. Eiusdem homilia de feria 6. crucifixionis. Init. fol. 248. a terg. *Dicamus omnes: laus tibi, o misericors; laus tibi, o clemens.* XX. Eiusdem homilia de festo magnificae resurrectionis Domini. Init. fol. 251. *Laus tibi, o antique dierum; laus, o beneficentissime.* XXI. Eiusdem homilia de pentecoste. Fol. 258. a terg. *Laus tibi, o creator terrae et plantarum; laus tibi, o Domine gratiarum et bonorum.* XXII. Eiusdem homilia de festo virginis Mariae, quod in medium mensem *ab* (augustum) incidit, vocaturque festum migrationis sive assumptionis. Fol. 260. *O fideles, laudate et dicite: laus tibi, o antique.* XXIII. Eiusdem homilia alia de Mariae virginis migratione, quae medio augusto celebratur. Fol. 261. *Laus Deo, qui distribuit formis humanis utilitates suae gratiae.* Hucusque homiliae sancti Iacobi sarugensis, quas Moses Atascia hadetensis in arabicam linguam e syriaca trans-

tulit, quaeque praestitutis diebus in divinis Syrorum officiis recitari solent. Is vero codex, cuius aetas ad annum Graecorum 1766. (Christi 1455) referenda est; uti ex superius prolata epigraphe, ac interpretis arabici Mosis Atasciae adnotatione liquet; pertinuit olim ad Petrum presbyterum iacobitam, qui illum anno Graecorum 1947 (Christi 1636) sui iuris fuisse fol. 265. in calce testatur.

LXXV.

Codex in fol. bombyc. foliorum 183, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. orientales a sacra Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, olim trigesimus octavus; quo continentur.

Homiliae XIX. in divinis Syrorum officiis recitandae. Videlicet. I. Homilia cuiusdam doctoris de Iona propheta, eiusque praedicatione ad Ninivitas; et de eorum conversione ad Dominum. Init. fol. 1. II. Homilia inscripta mandatum cuiusdam ex sanctis patribus, legenda feria sexta hebdomadae primae sancti ieiunii quadragesimalis ad matutinum. Init. fol. 20. III. Homilia cuiusdam ex patribus sanctis, recitanda dominica prima sancti ieiunii. Init. fol. 30. IV. Homilia, seu mandata cuiusdam ex sanctis patribus, recitanda feria sexta hebdomadae secundae ieiunii ad matutinum. Init. fol. 36. a terg. V. Sancti Gregorii theologi nazianzeni episcopi homilia de tentatione Domini (cui gloria) per satanam, legenda dominica secunda ieiunii. Init fol. 45. VI. Sancti Iohannis chrysostomi homilia in psalmum sextum; legenda feria sexta hebdomadae tertiae sancti ieiunii, ad matutinum. Init. fol. 57. Eadem homilia carsciunice absque auctoris nomine extat in codice syriaco vaticano CLIX. num 21. p. 446. ubi hunc praesefert titulum: *homilia de paenitentia*; *estque expositio in psalmum sextum.* VII. Eiusdem sancti Iohannis chrysostomi homilia de filio prodigo; legenda dominica tertia sacri ieiunii. Fol. 66. a terg. Eadem homilia syriace habetur in cod. syr. vatic. CIX. num. 2. p. 72. ubi inscribitur: *sancti Iohannis episcopi constantinopolitani sermo paraeneticus*, *sive homilia prima de filio prodigo*, *cuius fit mentio in evangelio.* VIII. Eiusdem sancti Iohannis chrysostomi homilia de pharisaeo et publicano; legenda feria sexta hebdomadae quartae sacri ieiunii ad matutinum. Fol. 79. a terg. IX. Eiusdem sancti Iohannis chrysostomi homilia de muliere samaritana; legenda dominica quarta ieiunii. Fol. 85. X. Eiusdem sancti Iohannis chrysostomi homilia de homine illo, qui Hierosolymis in Hiericum descendens, incidit in latrones; legenda ad matutinum feriae sextae hebdomadae quintae ieiunii. Init. fol. 91. XI. Homilia cuiusdam ex sanctis patribus de languido, quem dominus noster Christus (cui gloria) sanavit apud piscinam probaticam Hierosolymis, postquam ille triginta octo annos ibidem moratus fuerat, expectans hominem qui eum in

aquam mitteret, quum haec ab angelo turbaretur; legenda dominica quinta ieiunii. Fol. 99. XII. S. Ephraem syri homilia de muliere peccatrice, legenda feria sexta hebdomadae sextae ieiunii. Fol. 104. a terg. XIII. Eiusdem S. Ephraem syri homilia de caeco nato, legenda dominica sexta ieiunii. Fol. 120. a terg. XIV. S. Basilii magni homilia de divite et Lazaro mendico, deque paenitentia; legenda feria sexta hebdomadae septimae ieiunii. Fol. 126. XV. S. Iohannis chrysostomi homilia de die dominica hosannarum, et de sessione Domini super pullum asinae. Fol. 137. a terg. XVI. Eiusdem S. Iohannis chrysostomi homilia de caena mystica Domini, et de ablutione pedum discipulorum eius; legenda ad matutinum feriae quintae foederis, seu hebdomadae maioris. Fol. 144. XVII. Sancti Ephraem syri homilia de immolatione Isaaci per Abrahamum eius patrem. Fol. 148. a terg. XVIII. Sancti Dionysii episcopi urbis Athenarum homilia, legenda post horam sextam feriae sextae maioris. Fol. 157. Praeit synopsis narrationis de conversione eiusdem Dionysii areopagitae ad christianam fidem, cuius initium ibidem. XIX. Cuiusdam ex sanctis patribus homilia de sancta resurrectione Domini nostri Iesu Christi a mortuis; legenda dominica resurrectionis, vel dominica secunda eiusdem, quae dominica Thomae appellatur. Fol. 169. Is codex ad decimum quartum Christi saeculum videtur referendus, si quaedam folia hinc inde recentius suppleta excipias.

LXXVI.

Codex in fol. bombyc. foliis constans 480, arabico sermone et charactere perelegante exaratus, inter codd. arabicos ex oriente in vaticanam bibliothecam a Iosepho Simonio Assemano inlatos, olim quartus; quo continetur.

Pars. I. Caput I. *Patris Niconis monachi*, de quo mox infra, typicon in duos codices distributum. Codex I. capitibus XL. absolutus; praemissa praefatione interpretis, qui eundem librum arabicum e graeco fecit; cuius tamen priora decem commata vel atramenti rasura, vel temporis iniuria adeo consumpta sunt, ut vix aut ne vix quidem legi possint. Incipit ab iis verbis fol. 2. *Ego autem rogo eum, qui hunc librum exscripserit aut exscribendum curaverit, oret pro me.* Consequitur praefatio auctoris de non recedendo a statutis et traditionibus sanctorum patrum, cui insertus est index, sive series capitum quadraginta, quibus, ut praemonuimus, typicon absolvitur. Init. fol. 2. a terg. h. e. *Scopus noster operam laboremque impendendi in compositione huius codicis, est utilitas eius qui utilitatem et profectum cupit* etc. Caput. I. Regulae monasteriorum, et constitutiones monachorum. Prologus de orthodoxa fide, causa huius collectionis; et tituli varii, in quibus auctor agit inter cetera de recta

psallendi ratione; de observatione festorum, et de qualitate et quantitate ciborum diebus festis et ferialibus; de calceis et vestimentis; de officialibus, et ministrandi ratione; de ieiunio B. V. Mariae, quod inchoatur a kalendis augusti. Inest kalendarium festorum a mense septembri, unde initium anni Graecorum, usque ad mensem augustum. Fol. 15. Cap. II. Institutiones ad usum monasterii beatae virginis Mariae, ubi auctor monachum primo egerat; et quae cura habenda sit ecclesiae; et quomodo hospites recipiendi. Fol. 61. Cap. III. Ad eiusdem coenobii monachos, institutiones aliae variis de rebus: ubi et de ordinatione eunuchorum, deque paenitentiis iniungendis. Fol. 64. Cap. IV. Ad Lucam abbatem, de festis et ieiuniis dominicis, et de Iohanne ieiunatore. Fol. 93. Cap. V. Ad Arsenium abbatem, institutiones laicorum et monachorum; deque obedientia, et confessione peccatorum. Fol. 99. Cap. VI. Ad Gerasimum abbatem, de veris ieiuniis quae sancta ecclesia christianis orthodoxis tradidit: et de typicis magnorum monasteriorum Studitarum, scilicet Laurae sancti Sabae, et montis Athonis. Fol. 110. Cap. VII. Ad Cosmam abbatem, qua ratione celebranda sint ieiunia dominica, et quomodo solvenda. Fol. 115. a terg. Cap. VIII. Ad Ephraemum abbatem, de charitate. Fol. 120. a terg. Cap. IX. Ad Georgium abbatem, non esse invehendum in eos qui sacris scripturis consentanea docent, licet contraria dictis agant, iuxta illud evangelii *super cathedram Mosis* etc. Fol 129. Cap. X. De ieiunio ante festum assumptionis beatae Mariae virginis. Fol. 132.

Cap. XI. Ad monachos coenobii Deiparae, quod abbatis Lucae nuncupatur, institutiones de vita communi. Fol. 138. a terg. Cap. XII. Ad presbyterum monasterii sancti Simeonis thaumastoritae seu de monte admirabili; quomodo hoc monasterium a Mahometanis contamiuatum fuerit. Fol. 144. a terg. Cap. XIII. De Barsanuphio magno catholico, et altero eiusdem nominis haeretico, de quo sanctus Iohannes damascenus haeres. 86. Fol. 149. Cap. XIV. Ad Theodosium presbyterum, de festis et ieiuniis; et quomodo se gerere debeat sacerdos erga suos subditos; et de confessione peccatorum; deque variis daemonum insidiis. Fol. 153. Cap. XV. De peregrinatione, et de paupertate. Fol. 187. a terg. Cap. XVI. Ad Meletium monachum, quod pax et concordia propter Deum quidem quaerenda sit; reiicienda vero, si cum pravo animi adfectu habeatur. Fol. 198. a terg. Cap. XVII. Ad abbatem monasterii sancti Iohannis, quantum periculi habeat in superioribus iracundia; et quod plenum periculis sit excipere confessiones mulierum; et quod non liceat viris ingredi monasteria feminarum, nec feminis monasteria virorum. Fol. 203. a terg. Cap. XVIII. Ad Petrum abbatem, quomodo se gerere debeant monachi, et quid ipsis agendum. Fol. 213. Cap. XIX. Ad Gerasimum abbatem, quid a monacho praestandum sit; et de sui ipsius conversatione, quomodo scilicet monachum primo egerit in monasterio

Deiparae sub Luca abbate; eoque a Mahometanis diruto, ad monasterium sancti Simeonis thaumastoritae sese contulerit. Fol. 231. a terg. Cap. XX. Ad monachos coenobii Bethiasensis, de commemoratione archiepiscopi sub initium et finem orationis facienda. Fol. 245. a terg.

Cap. XXI. Ad Iohannem abbatem, de communione episcoporum, extra dioecesim suam commorantium; et de episcopis ab urbe minore ad maiorem transeuntibus. Fol. 261. Cap. XXII. Ad eundem, quomodo solvendum sit ieiunium paschae, et de amphora, seu missa patriarchae, et episcoporum; deque eorundem commemoratione. Fol. 275. Cap. XXIII. Ad praefectum filium Mariae, quod non liceat redditus ecclesiarum, monasteriorum, et monachorum in usum saecularium principum convertere; et quod monachi, qui ab episcopo aut abbate chirotoniam seu benedictionem cum impositione manus non acceperunt, ii spiritus sancti gratia orbati sint. Fol. 285. Cap. XXIV. Ad eundem, quod spiritus sancti eloquia, quamvis simplicia videantur, plena tamen sunt mysteriis. Fol. 294. Cap. XXV. Ad eundem, boni christiani munia esse, beneficiis malefacta rependere; et quomodo cum haereticis agendum. Fol. 296. Cap. XXVI. Ad presbyterum laodicenum, de iis qui in captivitate vim patiuntur. Fol. 300. Cap. XXVII. Ad eundem, quod presbyter et reliqui clerici ad eos gradus per paenitentiam non redeunt, e quibus per culpam exciderunt. Fol. 303. Cap. XXVIII. Ad eundem, quod praeclara est confessio hominibus facta: et quod canones ex libris sacris petendi sunt, ac praecepta ex ipsis sumenda; daemones enim illum formidant, qui ita se gerit; secus ei non parcunt, qui canones sibi extra sacros libros condit, et praecepta de suo cudit. Fol. 314. a terg. Cap. XXIX. Ad Stephanum monachum, de divina liturgia et sacerdotio; et quod missa non ubicumque, nec a quocumque celebrari debeat, et de iis quae ad sacerdotium spectant. Fol. 321. a terg. Cap. XXX. Ad Basilium monachum, quod episcopis non liceat abdicare episcopatum, et alios sibi pro libito substituere; et quid hac de re canones praecipiant, et de humilitate cordis, sine qua virtus perfecta esse nequit; et quod catechumeni exire debeant templo, cum dicitur in missa *foras catechumeni*. Fol. 328.

Cap. XXXI. Ad eundem, quod coniuncta operibus doctrina praeclara sit; et quod sacerdotio fungi non liceat ei, qui labe aliqua est pollutus; et de hebdomada casei, quae ieiunium quadragesimale praecedit, quomodo instituta sit, propter iusiurandum; scilicet Heraclii imperatoris; et de sede patriarchali antiochena. Fol. 339. Cap. XXXII. Ad quosdam, qui ex urbe Hierusalem advenerat, rogabantque auctorem ut veram canonum notitiam ipsis traderet; et quod sacra communio etiam in mortis articulo deneganda episcopis, qui minore relicto, maiorem thronum appetunt. Fol. 342. Cap. XXXIII. Ad quemdam hierosolymitanum eremitam episto-

la ascetica, qua canones de quolibet bono opere traduntur. Fol. 349. a terg. Cap. XXXIV. de statu laicorum, et quod ii qui a naturali rationis usu discedunt, in beluarum morem incidunt; et de iis qui ex legitimo aut illegitimo nati sunt matrimonio. Fol. 355. Cap. XXXV. Cleri antiocheni et Petri archimandritae Laurae sancti Simeonis thaumastoritae, epistola ad Euthymium patriarcham hierosolymitanum, de Armenis; quod non sit ipsis molestia inferenda, sed permittendum ut iuxta ritum suum vivant, quippe qui orthodoxi sunt. Fol. 350. a terg. Cap. XXXVI. Auctoris ad Gerasimum abbatem epistola de iisdem Armenis; cui et epistola cleri antiocheni et Petri archimandritae monasterii sancti Simeonis thaumastoritae exemplar transmittit. Fol. 360. a terg. Cap. XXXVII. Ad eundem Gerasimum epistola de monachis ibericis. Fol. 366. Cap. XXXVIII. Ad presbyterum monasterii sancti Simeonis thaumastoritae epistola de latini ritus hominibus, quos septemdecim erroribus insimulat; et de Petri patriarchae antiocheni epistola, quam ceu heterodoxam reiicit. Fol. 369. Cap. XXXIX. De somniis, et diabolicis illusionibus, deque revelationibus divinis, et quod miracula, Deo permittente, aliquando ope daemonum fieri consueverunt. Item responsio ad quinque quaesita, videlicet 1. de Tetraditis. 2. de benedictione aquae. 3. de Eusebio Pamphilo caesareensi. 4. de triginta argenteis, quibus Christum Iudas vendidit. 5. de Armenis, qui recenti tantum pane ad eucharistiam utuntur. Fol. 378. Cap. XL. Ad Petrum archimandritam monasterii sancti Simeonis thaumastoritae exemplar epistolae episcoporum, qui Niconem ad docendi munus compulerunt; et de tertiis et quartis nuptiis. Item ordo induendi novitium habitu monastico. Fol. 392.

Pars II. Eiusdem patris Niconis monachi codex alter de monasteriis, et universo monastico instituto, aliisque rebus ecclesiasticis; ubi agitur potissimum de auctoritate episcoporum in monachos et monasteria; de schismaticis et haereticis; de tempore solutionis ieiunii paschalis; de multiplici virtutum genere; et de Brachmanis. Init. fol. 402. *Complectitur hic codex ea, quae spectant ad casta monasteria* etc. Avulsis nonnullis foliis, deest finis huisce codicis, uti et adnotatio librarii de eiusdem aetate, quam orientales calligraphi plerisque scriptis suis adponere consueverunt. Porro Niconem nostrum ex Cotelerio, Allatio, et Montfauconio laudat Iohannes Fabricius. biblioth. gr. tom. X. pag. 283. Sed nonnisi Pandectas de interpretationibus divinorum mandatorum ab eo congestas, recenset, quas adhuc ineditas, etsi luce dignas, in variis bibliothecis manuscriptas servari adfirmat. Quare maximi quidem habendus est codex noster, utpote qui duo alia eiusdem Niconis opera eruditissima exhibeat, quae nusquam alibi, quod sciamus, inveniuntur; et ex quibus hunc commentarium de ipsius Niconis vita et scriptis desumptum, in usum bibliothecae fabricianae continuatorum, et historiae

graecae studiosorum, heic adnectere operae pretium duximus.

Nicon monachus graeco-melchita floruit in Syria circa annum Christi 1060, Iohanne, Nicolao, et Petro, antiochenis Melchitarum patriarchis. Praeceptorem habuit, quum primum monastico instituto nomen daret, Lucam abbatem monasterii Deiparae virginis, qui ad anazarbensem episcopatum a Nicolao patriarcha postmodum evectus est. Eo in loco quum Nicon ad monasticam disciplinam restituendam Luca auctore, ferventius incumberet, invidiam fratrum subiit, qui austeritatem hominis aegre ferentes, eo devenerunt ut monasterium ipsum igni traderent. Cellarum igitur incendium Nicon evadens, ad Lauram sancti Simeonis apud Antiochiam in monte admirabili se confert; ubi regularis observantiae amore ductus, praeter librum de interpretatione divinorum praeceptorum, quem Fabricius laudat, ingens volumen condidit, ex vetustissimis illius loci manuscriptis codicibus, ex patrum placitis et decretis synodalibus collectum; in quo communem monachorum victum statuens, corruptos etiam laicorum hominum mores perstringit. Alium insuper tractatum eodem fere de argumento, minoris tamen molis, conscripsit. Quae duo opera in nostro codice continentur. Quare ardentissimi zeli famam adeptus, patriarcha et episcopis antiochenae provinciae potissimum hortantibus, praedicationis munus suscepit; ut nimirum, regionibus ubique peragratis, ecclesiis lustratis, monasteriis inspectis, conlapsam clericorum aeque ac monachorum disciplinam restitueret, data eidem amplissima in cunctos auctoritate: qua Nicon quam bene usus fuerit, satis demonstrant longa itinera quae suscepit, plures epistolae quas ad diversos scriptitavit, canones denique synodorum evoluti, sententiaeque patrum ab eodem illustratae. Haec fere omnia ex Niconis ipsius scriptis deprompta.

Et quidem aetatem ipse suam prodit in praefatione ad volumen alterum fol. 403. hisce verbis: *ad utilitatem animae suae, et ad posterorum memoriam* (scripsit Nicon hunc tractatum) *anno mundi sexies mille quingentesimo nonagesimo sexto* (h. e. Christi 1088. iuxta supputationem vulgarem Graecorum, qui Christum natum asserunt anno ab orbe condito 5508.) ea scilicet tempestate, qua Latini sacrum bellum adversus Mahometanos, Goffredo duce, susceperant; de quibus haec Nicon epist. 38. ad presbyterum sancti Simeonis fol. 372: *quum autem nunc, mi pater, Francorum gens bellum iam inierit, et fortasse victoriam retulerit.* Non enim de Niconis aetate, sed de synodo Constantinopoli, sub Constantino et Romano imperatoribus habita, intelligenda sunt ea verba, quae epist. 40. fol. 398. de quartis nuptiis reiiciendis, leguntur. *Decernimus omnino et statuimus, nemini licere ab hoc anno deinceps, qui est annus sexies mille quadringentesimus octavus, Christi 900, indictione octava, quartas nuptias contrahere.* Genus quoque suum exprimit in praefatione ad typicon fol. 17. inquiens: *verum sicut accepi ab initio rerum a maioribus, a progenitoribus meis, qui nequaquam exteris*

nationibus admixti, *vitam in obscuris quibusdam locis et oppidis agebant*, *sed per Christi gratiam cunctis noti erant*, *et purum ex Romaeis* (sic Graecos in oriente appellant) *genus ducebant.* Laicum autem se fuisse, non presbyterum, nec ulla clericali dignitate insignitum, videtur indicare loco supra cit. ubi ait: *ecquid igitur infelix ego dicere queam*, *quum laicus sim et saecularis?* Quod saepe etiam in suis epistolis repetit.

De monasterio autem Deiparae, quod abbatis Lucae nuncupatur, haec refert epist. 19. ad Gerasimum fol. 236. *Nam e patria ad peregrinum locum veniens*, *quum in Lucam abbatem incidissem*, *eiusque monasterium conspexissem*, *in quo monasticam vitam tu quoque amplexus fuisti*, *illum quidem spiritualem mihi patrem constitui*, *ipsi confessus sum*, *ab ipso in monachum admissus*, *et cuculla*, *imparibus licet meritis*, *indutus*; *ipsi denique ad extremum usque ministravi. Ac primum quidem litteris mihi mandavit cuncta praecepta*, *quae in evangelio continentur adiectis aliis*, *quae in eius monasterio observari consueverant. Summo autem opere incubuit praefatus abbas*, *ut disciplinam monasticam reformaret*, *non tamen valuit*, *quod fratres morem ei nequaquam gererent. Studuit quoque plures alios errores evellere*, *irrito tamen conatu. Quare angebatur plurimum*, *maerebatque. Demum rerum mihi curam commisit*, *quod discipulus eius essem*, *quamvis indignus.* Hinc orta in Niconem odia, ceu ipse narrat in praefatione ad typicon fol. 18. his verbis. *Ego autem Nicon monachus hos canones nequaquam neglexi*, *aut abieci. Absit hoc a me. Testis mihi primum est mea mens*, *et conscientia coram Deo. Deinde vero omnes norunt*, *quantas persequutiones pertulerim*, *ex monasterio in monasterium pulsus*, *e valle in vallem*, *e loco in locum*; *et quantas subiverim aerumnas*, *molestias*, *nullius licet criminis reus. Eo etiam mecum devenerunt*, *ut cellas*, *in quibus commorabar*, *comburerent. Ista vero in me persequutio non aliam ob causam excitata fuit*, *quam propter zelum divinae legis.* Diruto Deiparae monasterio, ad Lauram sancti Simeonis thaumastoritae convolat, ut scribit in epistola ad Gerasimum abbatem fol. 237. *Post excidium autem monasterii*, *sicut nosti*, *quum ibi degeres*, *migravi ad monasterium sancti Simeonis thaumastoritae*, *Dei sanctorumque eius ope implorata. Heic reperi fundatorem loci Iohannem*, *qui ore tenus ea mihi tradidit*, *quae scriptis integre mandata fuerant.* De sua denique praedicatione haec profert in epist. 38. ad presbyterum sancti Simeonis fol. 361. *Quam ob rem ad hoc ego*, *licet indignus*, *electus fui ministerium*, *a tempore usque Theodosii patriarchae*; *deinde a synodo ab eodem coacta*, *cui interfuerunt ipsius archiepiscopi*, *episcopi*, *et clerus universus.*

Scripsit Nicon graeco sermone tria opera, quae anonymus interpres arabici iuris fecit. Ex his duo postrema Iosephus Simonius Assemanus nactus est in Alepo

Syriae urbe, quae iu codice, quem prae manibus habemus, continentur. Primum ingens volumen arabice inscriptum *continens magnum* sive *pandectae*: de quo ipse Nicon haec habet verba in praefatione ad typicon nostrum fol. 3: *his itaque morbis nos divina ope occurrere volentes, ut praefati sumus; primum quidem ingentis molis et maximae utilitatis volumini postremam manum imposuimus; in quo praecepta Dei enucleavimus ex doctrina divinorum patrum spiritu sancto adflatorum. Deinde sacros congessimus conciliorum canones, adiicientes varias sanctorum patrum sententias; aliquot insuper ex iure loca; ut inde decerpere unusquisque sibi posset, quo opus haberet, eoque frui liceret, quod necessitas postularet.* De hoc opere vide Fabricium loc. supra cit.

Pars III. Alterum Niconis opus *typicon* inscribitur, in praefationem et capita quadraginta divisum; in quo typica maiorum ecclesiarum, celebriorumque orientis monasteriorum imitatus, monachorum regulas tradit, et varias quaestiones secundum sacros canones resolvit. Comprehendit id opus in codice nostro folia 402; et quamvis tertio opere posterius, heic tamen primum obtinet locum. Tertium denique opus de instituto monastico, et schismaticis, atque haereticis disserit, de quo idem Nicon epist. 22. ad Iohannem abbatem sic scribit fol. 276: *deinde alterum quoque conscripsi codicem variis de rebus, ac praecipue de schismate monasteriorum, quae obedientiam apostolicae sedi, locorumque episcopis praestare detrectant. Item quo tempore solvendum sit sancti paschatis ieiunium sabbatho maiore. Denique aliis multis de rebus necessariis, de quibus ego humilis ab aliquibus interrogatus, responsum divina ope dedi ex sacris canonibus, et ex reliquis legalibus libris.* Incipit hoc opus in nostro codice fol. 402. usque in finem; ubi aliquot folia desiderantur, quemadmodum supra monuimus.

Iam vero de Niconis fide primum disseramus; deinde observanda nobis sunt, quae in postremis hisce duobus operibus vel ad sacramenta, ritusque ac mores diversos christianarum nationum, vel ad ecclesiasticam illustrandam historiam spectant. Ait igitur Nicon fol. 18. et 232. atque alibi passim, se illud admittere, vel damnare, quod damnat admittitve ecclesia: articulis fidei firmiter credere: doctrinam, traditiones, et canones amplecti, quae apostoli, synodi, et patres fidelibus tradiderunt: concilia venerari tum generalia, tum particularia; et ex generalibus quidem septem priores synodos recenset: de octava, utpote photianus, ne verbum quidem. Certe canones 13, 14, et 15 synodi constantinopolitanae, in basilica apostolorum sub Ignatio patriarcha habitae, laudat fol. 279. et 417. Sed Niconem, neque Ignatium neque eam synodum suscepisse, constat ex eiusdem epistola 38. ad presbyterum sancti Simeonis, in qua Photium sequutus, Latinos haereseos insimulat, quod spiritum sanctum ex filio procedere sentiant. Beatam Virginem deiparam singulari religionis ardore

coluit: de qua fol. 232. haec scribit. *Verum etiam novum testamentum amplector, quo natura nostra innovata est per incarnationem domini nostri Iesu Christi Dei perfecti, et hominis perfecti, qui incarnatus est ex purissima virgine Dei genitrice, verissima domina mea, quam valde diligo; cuius patrocinio adhaeret anima mea, quae ab initio ad salutem veluti manu me duxit; quae e nihilo fallacis mundi me traxit; quae saeculi negotiis me implicitum extricavit; quae a servitute mundi me liberum reddidit; quae denique mea est usque ad extremum spiritum advocata et directrix.* Eosdem sensus iisdem fere verbis legere est, ubicumque mentionem Deiparae facit. Quare maiore ait Nestorium odio se prosequi, quam ceteros haeresiarchas, quod ille in beatam Virginem blasphemus fuerit. Verba illius haec sunt fol. 232. *Anathematizo insuper cunctas haereses: honorans Dominam meam maledico Nestorio, qui blasphemiae verba in ipsam protulit, myriadibus maledictionum digno. Hanc autem haeresim plus aliis anathematizo, fretus me ab ipsa Deipara in famulum susceptum iri, ut eiusdem patrocinio ab omnibus merear criminibus absolvi.*

Tribus celeberrimis ieiuniis, quae praemittuntur paschati, nativitati Domini, et festo apostolorum Petri et Pauli, quartum etiam adiungit, ante assumptionem beatae Virginis servandum, de quo nonnulli Graecorum dubium movebant. Illud adstruit fol. 55. 132. 234. tribus potissimum auctoritatibus. Ac primum quidem synodum citat Constantinopoli sub Constantino et Romano imperatoribus habitam, quae canone de tertiis nuptiis haec decernit. *Ter in anno communionem percipiat, qui ad tertias nuptias transiit: in paschate, in nativitate Domini et in dormitione Deiparae; idque propter ieiunia, quae hisce festivitatibus praemittuntur.* Deinde adducit testimonium Iohannis archiepiscopi nicaeni, qui in epistola ad catholicum Armeniae maioris, refellens ieiunium Arzaburii, haec ait. *De hoc quidem, Arzaburii ieiunio nec apostoli quicquam scripserunt, nec ipsum synodus nicaena tradidit, aut alii patres; sed solum commemorant quartam et sextam ferias, ieiunium maius, quadragesimale, ieiunium hebdomadae passionis Christi, ieiunium nativitatis eiusdem, ieiunium apostolorum, et ieiunium transitus Deiparae.* Demum patriarchas antiochenos se consuluisse hac de re Nicon testatur, Petrum scilicet, Theodosium, ac Iohannem, qui ieiunium ipsum sibi a maioribus suis traditum fuisse confessi sunt. Sic ergo ait fol. 134. *Age vero audiamus quae oretenus nobis tradiderunt summi sacerdotes hoc eodem de ieiunio, quaeque accepimus a patriarchis Antiochiae et universi orientis, a Petro, inquam, et Theodosio: quorum sententiam Iohannes quoque patriarcha scriptis testimoniis confirmavit.* Et fol. 234. ait se nomine Simeonis Mesopotamiae archiepiscopi Theo-

dosium patriarcham adiisse, ut hoc sibi dubium tolleret; qui ieiunium illud non modo ubique locorum antiochenae ecclesiae receptum esse adfirmavit, verum etiam a montis Olympi monachis summa religione celebrari consuevisse. A nativitate Domini ad festum epiphaniae, et a paschate resurrectionis ad ascensionem, ieiunium quartae et sextae feriarum a monachis esu lacticiniorum, a laicis carnium solvi, asserit fol. 42. de observatione festorum cap. 3. Idem observandum, inquit, in festo praesentationis beatae Virginis, quod occurrit in ieiunio natalis Domini, et in festo nativitatis Iohannis baptistae, quod cadit in ieiunium apostolorum. Fol. 81. Ex Nicephoro autem constantinopolitano patriarcha permissum esse docet fol. 42; immo debere eos lacticiniis vesci feriis 4 et 6. ante exordium ieiunii quadragesimalis, in detestationem ieiunii Arzaburii Armeniorum.

Missae sacrificium pro defunctis laudat fol. 68. hisce verbis. *Si presbyter in monasterio extiterit, ipse missam celebret die tertia, nona, quadragesima, et in anniversario defuncti pro eius anima iuxta morem orthodoxorum christianorum. Si autem in monasterio presbyter non adsit, missae eo mittendae sunt, ubi presbyter sit, qui pro animabus defunctorum celebret*. Hunc ritum ex apostolorum constitutione confirmat, inquiens loc. cit. *In constitutionibus apostolorum sic legitur: oret pro defunctis die tertia, nona, quadragesima, et in anniversario obitus.* Piscium esum in ieiunio quadragesimali, et in reliquis ieiuniis permittit Nicon, contra recentiorum Graecorum austeritatem. Sic enim scribit fol. 84. *In duobus autem ieiuniis, in ieiunio, inquam, apostolorum, et nativitatis Domini, interdicitur saecularibus esus carnium, et monachis esus ovorum et casei, praeter festum nativitatis Iohannis, et ingressus dominae Deiparae in templum. Nam in his duobus diebus quocumque cibo voluerint, uti possunt. At in ieiunio maiore, siquidem eis per vires licet, saeculares non comedant pisces, nisi sabbatho et dominica: item monachi si voluerint, poterunt his duobus diebus oleo uti. Si autem noluerint, duobus diebus contenti esse, tunc feria tertia et quinta concedentur saecularibus quidem pisces, monachis vero oleum.*

Duplicem tradit fol. 92. absolutionis formulam, quae in sacramento confessionis adhibetur, utramque deprecatorio, ut aiunt, modo. Et prima quidem hisce est expressa verbis. *Domine Deus noster, qui Petro, et meretrici veniam peccatorum concessisti* etc. *suscipe confessionem famuli tui N., et dimitte ei quidquid peccavit voluntarie verbo, opere, et cogitatione.* etc. Altera vero sic. *Domine Deus noster, qui clausis ianuis ad apostolos tuos advenisti, iisque dixisti, accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata* etc. *adveni, quaeso, ad famulum tuum N., et absolve eum a vinculo omnis peccati, quod*

admisit. Deindo legendum monet evangelium ex Matthaeo de muliere peccatrice. Aliam quoqne tradit fol. 92. precationem, quam recitat sacerdos super paenitentem, quum completo paenitentiae imperato tempore, ad percipienda sacramenta cupit accedere. Ministrum autem sacramenti confessionis solum presbyterum esse docet epist. 14. ad Theodosium presbyterum fol. 168, ubi duos refert homines, qui tempore ipsius Niconis vixere, apud monachum quemdam laicum, virtutum fama commendatum, confessionem peccatorum ex ignorantia edidisse, quam postea, divina accepta revelatione, apud presbyteros itorarunt.

Iohannem ieiunatorem, cuius nomocanon apud Graecos circumfertur, contendit Nicon epist. 4. ad Lucam fol. 97. non illum patriarcham constantinopolitanum esse, qui sub Iustiniano imperatore claruit; sed vel Iohannem monachum et diaconum, Basilii magni discipulum, vel alium qncmdam senem. Id vero probare nititur, primo, quia exemplaria huius nomocanonis non unum eundemque auctorem prae se ferunt. Quaedam enim sic habent: *nomocanon Iohannis patriarchae Constantinopoleos*. Alia vero sic: *nomocanon Iohannis monachi et diaconi, disciputi Basilii magni*. Alia denique: *nomocanon cuiusdam senis ad discipulum.* Deindo Iohannes magnus ieinnator, inquit Nicon, Iustiniano primo imperatoro clarnit, nec ullum habuit praeceptorem vel discipulum, neque ob doctrinam, sed virtutum ergo, ad sedem illam fuit evectus, nec scripsisse quicquam aut docuisse legitur. At Iohannes noster, qui nomocanonem condidit, praeceptorem sane habuit virum doctissimum, de quo sic in praefatione: *haec omnia ab eo didici, qui me educavit, lucerna discretionis.* Auditores insuper plurimos habuit cum viros, tum feminas, dum eorundem se confessiones excepisse testatur. Denique trullana synodus, quae post Iustinianum coacta fuit, alia qnoque synodus constantinopolitana sub Romano seniore et Constantino imperatoribus, quum aliorum auctorum disertam mentionem fecerint, de hoc tamen Iohanne no verbum quidem; cuius sane canones laudavissent, si quidem vel patriarcha, vel sancti Basilii discipulus fuisset. Halucinatur tamen Nicon, dum scribit, Iohannem ieiunatorem patriarcham sub Iustiniano primo vixisse: synchronus enim fuit sancti Gregorii magni papae, qui diu postea ecclesiam rexit; nisi forte intelligere voluerit vel Iustinum iuniorem Iustiniani successorem, vel Iohannem sub Iustiniano monachum adhuc egisse.

Narrat Nicon epist. 14. ad Theodosium presbyterum fol. 171, Nicolaum patriarcham antiochenum, Petri fortasse praecessorem, a monasterio Studitarum ad ecclesiam illam evocatum, monasticam austeritatem in ipso praesulatu illibatam conservasse: quum autem calculi morbo laboraret, hortantibus medicis, ut sanitatis ergo balnea ingrederetur, pertinaciter renuisse; donec Lucas abbas Niconis praeceptor, qui ab eodem Nicolao ad episcopatum Anazarbi promotus fuerat, quadam die sic est allocutus patriarcham. *Valetudi-*

nis ergo, non voluptatis, balneum tibi adeundum est. Cui Nicolaus; cum ambo, inquit, monachi simus, si quidem tu prior in balneum ingressus fueris, ego quoque te sequar. Quod quum Lucas fecisset, Nicolaus nihil cunctatus in balneum intravit. Inde vero ambobus exeuntibus, visae sunt daemonum phalanges, irridentes Lucam, et dicentes: non lavisti, quum monachus esses; nunc vero lavas? Ex illo tempore, ait Nicon, non potuit amplius Lucas a balneis abstinere.

De antiochenis graecorum Melchitarum patriarchis haec tradit Nicon epist. 21. ad Iohannem fol. 266. Post obitum Heraclii imperatoris, expugnata a Mahometanis Antiochia, ecclesia illa nomine tenus a tribus patriarchis recta fuit, qui Constantinopoli ordinati, ibidem etiam decesserunt. Iis vero sublatis, quum nemo in orientem, ob Mahometanorum metum pergere, vel praesulis nomen sibi assumere auderet, vacavit antiochena sedes annos quadraginta, donec iterum in potestatem Romaeorum redacta est. Tunc consecratus fuit primus eiusdem patriarcha Theodorus, qui Antonii in Harmoniaco abbas fuerat. Huic egregium diploma scripsit Iohannes Zimisces imperator anulo aureo obsignatum, quo omnia ipsi privilegia et iura illius ecclesiae confirmavit; designato insuper pro eiusdem mansione, dum Constantinopoli moras traheret, monasterio Deiparae in Hodego. Polyeuctus quoque constantinopolitanus patriarcha scripto edicto sanxit, licere ei successoribusque in eadem antiochena sede patriarchis, pontificia munia obire in regia urbe, et in cunctis illius ecclesiae provinciis, ubicumque domicilium haberent. Theodorum excepit Agapius: quo sponte abdicante, Iohannes Antiochiae praeficitur; qui morae impatiens, non a suis metropolitanis et episcopis, ut consuetudo postulat, sed a constantinopolitano patriarcha ordinationem accepit: et ex illo tempore coeperunt constantinopolitani praesules antiochenis consecrationis munus conferre. Id autem praestitit Iohannes, Agapii causa, qui postquam abdicaverat, paenitens facti, sedem recuperare contendebat: quare necessarium duxit Iohannes ordinationem statim accipere, praeter morem, a constantinopolitano patriarcha, ne Agapius praeveniret. Sub Petro autem patriarcha antiocheno, inquit Nicon, iura illius ecclesiae asseri coeperunt. Nam quum Christodulus diaconus, Stephani filius, Byzantium profectus, cartophylacis dignitatem ibidem a Michaële constantinopolitano patriarcha vel invitus accepisset, aegre id ferens Petrus, scripsit Michaëli, non debere ipsum in antiochenam ecclesiam manus immittere, neque hanc constantinopolitanae subditam esse. Provincias vero antiocheno patriarchae subiectas enumerat interpres Niconis fol. 268. a mari byzantino usque ad totum orientem; et hac de causa eum universi orientis patriarcham nuncupari adfirmat. Nonnullas etiam antiochenae sedis provincias a constantinopolitano patriarcha usurpatas recenset. Quibus adiungit alias plures ecclesias a Severo antiocheno byzantinae sedi tribu-

tas, ut ipse condemnationis sententiam, munere isto, devitaret.

Armenios quosdam monachos in Graecorum monasteriis Antiochiae et Hierosolymis commorantes, testatur Nicon epist. 36. ad Gerasimum fol. 362. orthodoxos esse, et ab omni haereseos suspicione remotos. Illos autem ostendit a tempore, sancti Sabae et Theodosii coenobiarchae monasticam vitam inter Graecos egisse; sermone vero armenio, permissu eiusdem Sabae, rem sacram facere consuevisse, praeter hymnum trisaginm, quem graece proferre iubebantur, ne adderent illa Petri cnaphaei verba *qui crucifixus es pro nobis*. Episcopum insuper edessenum Armenios habere, qui ab antiocheno Graecorum patriarcha impositionem manus acciperet. Heterodoxos denique Armenios Tetraditas vocat Nicon, quod quartam Trinitati personam adiungere videntur, quum in trisagio Cnaphaei additamentum admittant.

Iberos, seu Georgianos, inquit Nicon epist. 37. ad Gerasimum fol. 366. ab Eustathio patriarcha antiocheno ad christianam fidem conversos fuisse baptizatosque, catholico seu primate ipsis per eundem Eustathium ordinato. Regem vero Iberorum scribit mille agros antiochenis praesulibus assignasse, ex quorum redditibus sacrum chrisma conficerent. Sub Constantino autem copronymo, duo, inquit, monachi ex Iberia Antiochiam venerunt, nunciantes, ab Eustathio usque in illam diem nullum sibi ordinatum fuisse primatem, eo quod in eam urbem ob Mahometanos adventare non auderent. Tum Theophylactus, qui antiochenam tunc regebat ecclesiam, permisit ipsis, ut in Iberia convenirent episcopi, et primatem sibi deligerent ordinarentque. At illi unum ex praefatis duobus monachis, Iubanam nomine, consecrarunt. Pro agrorum vero mille pretio, iussit Theophylactus mille nummos aureos sibi transmitti: quae consuetudo usque ad tempus Iohannis patriarchae viguit. Iohannes vero hosce mille nummos Evaristo hierosolymitano tunc patriarchae tradidit. Consuevit autem patriarcha antiochenus hexarchum in Iberiam mittere, ut in haereses inquireret, errores evelleret, et canonicam pagorum acciperet. Id factum a Theodoro patriarcha sub Constantino monomacho imperatore; qui quum intellexisset, Iberos erroribus esse implicitos, missis ad eosdem legatis, gravissimisque scriptis epistolis (quarum exemplar, ait Nicon, extat apud Iohannem abbatem in monasterio sancti Simeonis) pristinam fidem restituit, ordinato insuper in Iberorum primatem per ipsum Theodorum Iohanne. Scribit denique, olim chrisma confici cousnevisse a solo patriarcha antiocheno; post chalcedonensem vero synodum cunctis episcopis id fuisse permissum.

Latinos duodeviginti errorum arguit Nicon epist. 38. ad presbyterum sancti Simeonis fol. 373. 1. Quod azymo utuntur. 2. Quod barbam radunt. 3. Quod sabbatho ieiunant. 4. Quod immunda comedunt. 5. Quod monachi suillis vescuntur. 6. Quod prima ieiunii hebdomada abstinent a carne simul et caseo.

7. Quod addunt symbolo *filioque*. 8. Quod in missa dicunt: *tu solus sanctus, tu solus dominus, Iesu Christe, in gloria Dei patris per spiritum sanctum*. 9. Quod sacerdotum nuptias reiiciunt. 10. Quod in missa celebrans sumit azyma, et dat osculum ceteris. 11. Quod episcopi anulos in digitis ferant, quasi ecclesiarum sponsi, et perinde ac si anulus arrhabonis loco sit. 12. Quod iidem procedunt ad bellum, et sanguinem fundere non verentur. 13. Quod unica mersione baptizant. 14. Quod os baptizatorum sale implent. 15. Quod vitiant illud apostoli de fermento *modicum fermenti totam farinae massam corrumpit*; quum dicere debeant *fermentat*. 16. Quod nonnulli ex ipsis cultum sacrarum imaginum reiiciunt. 17. Quod doctores Graecorum, ut Basilium, Gregorium theologum, et Iohannem chrysostomum repudiant. Isthaec omnia, inquit bonus Nicon fol. 372. se hausisse ex Photii epistola ad romanum Pontificem. Photium vero asserit Bulgaros baptizasse, quos postea romanus Pontifex ob privatas cum Photio simultates rebaptizaverit.

Scribit fol. 374. Petrum patriarcham antiochenum doctissimam dedisse ad episcopum Venetiarum epistolam, in qua azymum ab ecclesia explodit. Hunc vero Petrum vituperat, quod carnibus vesci consueverit. Rem narrat hunc in modum. " Quum Petrus Constantinopoli pontifex renunciaretur, praesente Luca „ episcopo Anazarbi, Nicouis ipsius praeceptore, conversus imperator ad Antiochenos, qui ibidem aderant, dixit: patriarcham do vobis, qui esum carnium vetat. Tum Lucas: iste quidem, inquit, optimus vir, et doctus, et „ discretus: nos tamen sumus, qui patriarcham Antiochiae non ferimus carnes „ comedentem. At Petrus: sile, ait, ego carnes non manducabo, etiamsi id „ mihi imperator permiserit. Byzantio vero profecti, quum Antiochiam pervenissent, ipso consecrationis suae die facto convivio, statuit hinc quidem „ eos qui carnibus vescebantur, inde vero monachos quibuscum et patriarcha et Lucas accubuere. Carnes autem, quae illis afferebantur, patriarchae primum minister exhibebat, qui eas summa cum libidine olfaciens, postea dimittebat. Facta igitur rerum, quae apud imperatorem acciderant, „ mentione, Petrus Lucam obiurgare coepit, quasi ipse auctor imperatori fuisset, quod carnium usus sibi interdiceretur. At Lucas: imo vero, inquit, „ teipsum argue, qui dapes olfaciendo maiorem in te provocas libidinem. Tum „ Petrus, accepto frustulo carnis, dixit: nisi tacueris, in os tuum hoc ingeram. „ Cui Lucas; quandoquidem durus tibi est sermo meus, tacebo, nec amplius „ loquar „. Ex hoc tempore, inquit Nicon, coepit Petrus carnibus palam vesci: idque satis indicat epistola, quam scripsit ad patriarcham constantinopolitanum, ubi ait: *sicuti tu nequis tollere consuetudinem Graecorum, ne Constantinopoli sanguine vescantur; sic neque Latini abstinere possunt a suffocato*.

Eusebium Pamphilum caesareensem fol. 391. haereticum arrianum fuisse contendit, arguitque eum quod sacras scripturas contra mentem earum interpretatus sit; uti est illud apostoli *an non licet mihi sororem circumducere*; quam Eusebius veram fuisse Pauli uxorem comminiscitur. Reprehendit Armenios fol. 392. quod nonnisi recentem et quotidianam hostiam adhibeant in sacrificio missae. Depravant, inquit, canonem 24. apostolorum, quasi haberet sic: *praecipimus, hostiam eadem die coctam offerri*: quum tamen revera canon 24. sic habeat *quicumque saecularis se ipsum absciderit, tres annos a communione remotus esto.*

Theodorum studitam, testatur fol. 428. acriter invectum fuisse in Tharasium et Nicephorum constantinopolitanos patriarchas, et ab eorum communione sese abrupisse, quod ille quidem Constantinum Irenes filium, detrusa in monasterium uxore, alteram sibi copulantem, anathemate non perculisset; Nicephorus vero presbyterum illum, qui concubinae Constantini benedixerat, et hac de caussa a Tharasio damnatus fuerat, in communionem recepisset. Postea tamen mutata sententia, Theodorum ad ecclesiae unitatem rediisse. Studitas vero monachos exordium Theodori, non finem inspicientes, a communione ecclesiae se ipsos omnino subduxisse; quos proinde merito arguit Methodius constantinopolitanus patriarcha (1). Hac autem de re, inquit Nicon, luculenter scripsit Simeon logothetes in chronico. A Sophronio patriarcha proditam fuisse Omaro Saracenorum duci Hierosolymam, refert fol. 448, ne scilicet illius urbis cives diu obsessi, fame, siti, gladio perirent. Quamobrem laudem consequutus est ob huiusmodi facinus, inquit Nicon, non vituperationem. At contra Mansor Iohannis damasceni pater, Damascum urbem Saracenis prodendo, infamiam subiit; quia non civibus, non urbi, sed patrimonio liberisque suis consulere satagebat. Typica celeberiorum monasteriorum saepe laudat, hierosolymitanum, inquam, Laurae sancti Sabae, Studitarum, et montis Athonis. Verum istorum exemplaria vix sibimet cohaerere asserit, ne dicam, aliis. Narrat autem fol. 114 in monasterio Salvatoris Laodicaeae, Theodosio abbate laurae S. Sabae indicante, se reperisse antiquissimum typici hierosolymitani exemplar, quod olim a Nicodemo sancti Sabae abbate missum fuerat ad archiepiscopum laodicenum; inde vero a Nicone sublatum, in monasterio sancti Simeonis repositum fuisse. Kalendarium denique sanctorum iuxta ritum ecclesiae antiochenae graecorum Melchitarum, superius a nobis laudatum, exhibet Nicon fol. 56. quod lubet heic breviter describere.

(1) Legesis in collect. vat. T. III. Methodii monachi opusculum ff. 10. et 11, ubi haec ipsa Niconis narratio commemoratur. A. Maius.

Kalendarium graecorum Melchitarum.

Mensis elul (september) *initium anni habet dies triginta*. Die eius 1. festum sancti Simeonis stylitae. 2. Mamantis gloriosi martyris. 3. S. Anthimi. 5. Zachariae prophetae. 6. Commemoratio Michaëlis archangeli. 7. Vigilia nativitatis dominae Deiparae. 8. Nativitas Deiparae. 9. Ioachim et Annae. 13. Encaenia templi resurrectionis. 14. Festum crucis gloriosae; cui, ut ibidem adnotat Nicon, praemittitur ieiunium unius diei. 15. Nicetae martyris. 16. Sanctae Euphemiae. 20. Sancti Eustathii et sociorum. 23. Silentium Zachariae patris S. Iohannis baptistae. 24. Theclae martyris. 26. Iohannis evangelistae. 28. S. Charitonis. 30. Gregorii episcopi Armeniae maioris.

Tescerin prior (october) *habet dies* 31. Fol. 56. a terg. Die eius 1. Ananiae apostoli. 2. Cypriani et Iustinae. 3. Dionysii. 6. Thomae apostoli. 7. Sergii et Bacchi. 9. Iacobi filii Alphaei. 18. Lucae evangelistae. 21. Hilarii seu Hilarionis. 23. Iacobi fratris Domini. 24. Aretae et sociorum. 26. Demetrii martyris.

Tescerin posterior (november) *habet dies triginta*. Fol. 57. Die eius 1. Cosmae et Damiani. 6. Pauli confessoris. 8. Michaëlis angeli. 11. Mennae, Victoris, Vincentii. 12. Iohannis eleemosynarii. 13. Iohannis chrysostomi. 14. Philippi apostoli. 16. Matthaei apostoli. 31. Ingressus seu praesentatio Deiparae in templum. 22. Divulgatio huius festi. 25. Clementis, Petri alexandrini praesulis, Mercurii, Catharinae, Agathangeli, et Clementis. 27. Iacobi persae intercisi. 30. Andreae apostoli.

Mensis canun prior (december) *habet dies* 31. Fol. 57. a terg. Die eius 4. Barbarae martyris. (in margine recentiore manu additur, et Iohannis damasceni.) 5. S. Sabae abbatis abstinentis. 6. Nicolai. 9. Conceptio beatae virginis Mariae in sancta Anna. 13. Quinque martyrum ab Eustratio comprehensorum. 17. Danielis prophetae et trium puerorum sociorum eius. 20. Ignatii theophori. 21. Vigilia nativitatis Domini cum ieiunio. 25. Nativitas Domini, quae celebratur usque ad festum epiphaniae.

Mensis canun posterior (ianuarius) *habet dies* 31. Fol. 58. Die eius 6. festum epiphaniae et luminum celebratur per septem dies. 7. Iohannis praecursoris baptistae. 14. Sanctorum Patrum. 16. Antonii. 18. Athanasii et Cyrilli. 20. Euthymii. 22. Timothei apostoli. 23. Clementis ancyrani. 25. Gregorii theologi. 27. Reditus Iohannis chrysostomi. 28. Sancti Ephraem syri. 29. Translatio corporis Ignatii theophori. 30. Cyri et Iohannis.

Mensis scebat (februarius) *habet dies viginti octo*. Fol. 58. a terg. Die eius 1. Tryphonis, et vigilia praesentationis Domini in templo. 2. Festum occursus Domini seu ingressus in templum. 3. Simeonis senis qui com-

plexus est Dominum. 24. Inventio capitis Iohannis baptistae.

Mensis adar (martius) *habet dies triginta unum*. Ibidem. Die eius 25. annunciatio dominae beatae virginis Mariae. 8. Festum quadraginta martyrum sebastenorum.

Mensis nisan (aprilis) *habet dies triginta*. Fol. 59. Die eius 23. festum Georgii martyris. 25. Marci evangelistae. 36. Iacobi filii Zebedaei.

Mensis iar (maius) *habet dies* 31. Ibidem. Die eius 2. Athanasii. 8. Iohannis evangelistae theologi. 10. Simonis zelotae. 15. Patris nostri Pachomii. 21. Constantini et Helenae. 24. Simeonis maritimi thaumaturgi.

Mensis heziran (iunius) *habet dies triginta*. Ibid. Die eius 8. Theodori persae. 11. Bartholomaei et Barnabae. 14. Elisaei prophetae. 19. Iudae apostoli. 24. Nativitas Iohannis. 29. Petri et Pauli. 30. Duodecim apostolorum et reliquorum discipulorum.

Mensis tamuz, (iulius) *habet dies* 31. Ibidem. Die eius 1. Cosmae et Damiani. 2. Zonae dominae beatae virginis Mariae. 8. Procopii martyris. 11. Euphemiae martyris. 13. Gabrielis angeli. 25. Transitus Annae matris dominae beatae virginis Mariae. 27. Pantaleonis.

Mensis ab (augustus) *habet dies* 31. Fol. 59. a terg. Die eius 1. Samonae Salomae, et septem filiorum, et Eleazari eorum praeceptoris. 2. Reditus seu translatio corporis sancti Stephani principis diaconorum et martyrum. 5. Vigilia festi transfigurationis. 6. Transfiguratio Domini. 7. Sancti Domitii. 9. Matthaei apostoli. 14. Vigilia transitus Deiparae. 15. Festum transitus Deiparae. 16. Divulgatio huius festi. 24. Inventio corporis Bartholomaei. 29. Decollatio Iohannis baptistae, 31. Zonae deiparae Virginis.

Huc usque kalendarium sanctorum, eorum scilicet, quorum in ecclesia antiochena festum cum officio proprio celebrari consuevit. Confer, si placet, cum kalendariis syriacis et arabicis, quae in secundo syriacorum et in hoc tomo fuerunt supra a nobis recensita. Is codex, quem ad duodecimum Christi saeculum haud immerito referas, pertinuit olim ad monasterium Graecorum montis Sinai, ut in eiusdem fronte adnotatur.

LXXVII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 457, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codd. beraeenses olim secundus; quo continetur.

1. Liber paradisi monachorum, seu patrum dicta et gesta, in sex partes distributus. Pars I. auctore sancto Sophronio patriarcha hierosolymitano dividitur in capita LXVI; eademque res est, ac pratum spiritale Moschi. Init. fol. 1. a terg. Pars II. Anastasii abbatis montis Sinai de dictis et gestis patrum. Init. fol. 21. a terg. Pars. III. Sancti Isaiae abbatis praecepta, composita in

gratiam iuvenum tyronum ordinis monastici. Fol. 51. a terg. Pars IV. Ex sermonibus sancti magni Barsanuphii, de gestis monachorum. Fol. 61 a terg. Pars V. Sancti patris Anastasii abbatis sacrosancti monasterii montis Sinai narrationes de quibusdam sanctis patribus montis Sinai. Fol. 130. Pars VI. Pars haec ex alio iatrico, complectitur vitas et apophthegmata sanctorum patrum, qui habitaverunt in deserto Aegypti in Scete. Eadem ferme sunt, ac ea quae Cotelerius edidit. Fol. 163. In clausula huius partis fol. 357. a terg. isthaec a calligrapho adnotantur. *Explicit paradisus de dictis et gestis monachorum, secundum id quod in archetypo inventum est, absque ulla additione aut deminutione. Consequuntur narrationes XXXI. ex miraculis temporis collectae anno superiore millesimo centesimo nonagesimo tertio patris nostri Adami, cui pax*; i. e. Christi 1684.

2. Pauli episcopi Mempheos narrationes utiles XXXI. de viris et feminis virtute praestantibus ac Deo devotis. Earum 1. De tribus mulieribus in eremo degentibus, quae tempore Constantini imperatoris innotuerunt. 2. De eo, qui tribus diebus ante suum obitum anachoreticam vitam amplexus est. 3. De eo, qui confessus est seni sancto in monte Olympo. 4. De muliere, quae ad sanctum neophytum se contulit, ut illi confiteretur. 5. De quodam paupere, qui oravit in templo Deiparae virginis. 6. De sacerdote, cui episcopus sacris interdixit. 7. De sacerdote, qui fornicationis peccatum admisit. 8. De tribus monachis, qui cum puero captivi ducti sunt in Africam. 9. De puero, qui miraculum vidit in sancto baptismate. 10. De monacho, qui in spelunca degebat. 11. De muliere, quae mortua fuit, et rediit ad vitam. 12. De beata Martha abbatissa monasterii deiparae Virginis. 13. De inventione corporum ss. Hilarii episcopi, Phicantii diaconi, et Eulaliae virginis et martyris. 14. De miraculo, quod accidit in icone sancti Cyri. 15. De Theophilo oeconomo ecclesiae deiparae Virginis. 16. De milite reduce ab inferis. 17. De episcopo, qui in fornicationem lapsus, paenitentiam egit, et veniam impetravit. 18. De abbate Daniele, eiusque actis cum Eulogio lapicida. 19. De moniali ebria narratio abbatis Danielis. 20. De quatuor monachis, qui unanimiter in caritate Christi vitam continentem et piam professi sunt. 21. De oeconomo cuiusdam monasterii, qui lapsus in fornicationem, mortuus est. 22. De monacho, qui Deum rogavit, ut similem eum faceret Isaaco et Iobo iusto. 23. De curatore asini cuiusdam principis, et quomodo episcopus ordinatus est. 24. De quadam ancilla, quam angeli in ecclesiam tulerunt, et baptismo initiarunt. 25. De muliere raptà in alterum saeculum retributionis; cuius manus cremata fuit, quum petiit ut liberaret matrem suam ab aestu fornacis comburentis, et a peccato. 26. De duabus mulieribus paenitentibus. 27. De quadam virgine, quam Deus dignam fecit, ut videret res invisibiles, et loca iustis et reprobis parata. 28. De divite israëlita, qui opes suas distribuit pauperibus. 29. De iuvene sepulchrorum expila-

tore, qui postea paenitentiam egit, et habitum monasticum induit. 30. De sacerdote quodam, qui missam celebrabat iuxta missale haereticorum. 31. De Audronico venditore argenti, eiusque uxore, antiochenis. Prima narratio incipit fol. 358. a tergo; trigesima prima et ultima fol. 438. a terg.

3. Patris nostri magni inter sanctos Iohannis chrysostomi epistola ad Theodorum monachum lapsum et apostatam, qua eum excitat ad conversionem et paenitentiam, eique iudicium commemorat. Init. fol. 444. a terg. 4. Sancti patris nostri Nili paraenesis ad quandam monialem novitiam. Init. fol. 454. Is codex scriptus est anno Christi 1685. quemadmodum isthaec ostendunt amanuensis verba, quae fol. 456. ad calcem leguntur. *Explicit paradisus monachorum, quem collegerunt patres, transcriptus integre et perfecte, secundum id quod in archetypo inventum est. Idque manu Marci praesbyteri melchitae, in usum Iohannis cognomento Ben-Zedoh, archipresbiteri maronitae, anno Adami 7193, incarnationis dominicae 1684, hegirae 1095.*

LXXVIII.

Codex in fol. chartac. paginarum 313, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codices arabicos a Clemente Caracciolo in usum bibliothecae vaticanae exscriptos, olim sextus; quo continetur.

S. Iohannis damasceni liber inscriptus paradisus intellectualis, et declaratio plantarum quas Deus excelsus in eo plantavit, e graeco in arabicum sermonem translatus. Est allegorica paradisi terrestris expositio; ubi de virtutibus et vitiis potissimum agitur. Init. fol. 1. a terg. Is codex descriptus fuit a praefato Clemente Caracciolo mense ianuario anno Christi 1714. ex codice antiquo a diacono Christodulo ben-Isa ben-Mogiarrach die 17. mensis tybi anno martyrum 959. (Christi 1243.) transcripto ex apographo exarato ab eius patruo Eusebio episcopo Phuae die 5. mensis chihach, anno martyrum 951. (Christi 1235) qui ad marginem prohoemii apographi sui adnotavit, se a *a Paulo presbytero monasterii Ahmar oeconomo, praesentibus Arsenio episcopo Simbatae, magistro Matthaeo et Michaële presbytero* audivisse, in graeco huius libri titulo S. Iohanni damasceno fuisse adscriptum. Quae omnia in clausula huiusce exemplaris pag. 313. ab eodem Clemente adnotata reperies.

LXXIX.

Codex in fol. bombycinus foliorum 338, arabicis litteris et sermone accuratissime exaratus, quem Benedictus XIV. P. M. die 12. septembris 1741. vaticanae bibliothecae addixit. Ibi continentur.

Sancti Iohannis damasceni presbyteri, cognomento Chrysorrhoae, opera philosophica et theologica e graeca lingua in arabicam ab Abdallah ben-Alphadeli metropolita Melchitarum conversa, videlicet. Sancti patris Iohannis damasceni dialectica in capita LIII. distributa, quorum series initio praefigitur, una cum eiusdem S. doctoris epistola ad Cosmam Maiumae episcopum, quae incipit fol. 7. Vide opera S. Iohannis damasceni graec. lat. a P. Michaële Lequien edita Parisiis an. 1712. cum quibus haec nostra fere adamussim consonant. Porro caput 1. De ente, substantia, et accidente. Fol. 9. Init. Cap. 2. De genere generalissimo, et specie specialissima, deque subalternis. Fol. 10. Cap. 3. De individuo. Fol. 13. a terg. Cap. 4. Quod substantia est genus generalissimum, incorporeum, et in incorporeum distinctum. Fol. 14. Cap. 5. De differentia. Fol. 15. Cap. 6. De accidente. Fol. 15. a terg. Cap. 7. De proprio. 16. Cap. 8. De praedicatis. Fol. 17. Cap. 9. De praedicatione synonyma et aequivoca. Fol. 18. Cap. 10. De praedicatione quid est, et quale est. Fol. 19. Cap. 11. De hypostasi, enhypostato, et anhypostato. Fol. 19. Cap. 12. De substantia, et natura, et forma, deque individuo, persona, et hypostasi. Fol. 20. Cap. 13. De divisione. Fol. 21. Cap. 14. De priore secundum naturam. Fol. 22. a terg. Cap. 15. De definitione. Fol. 23. a terg. Cap. 16. De aequivocis. Fol. 24. a terg. Cap. 17. De univocis. Fol. 25. a terg. Cap. 18. De polyonymis. Ibid. Cap. 19. De alteris, et heteronymis. Fol. 26. Cap. 20. De denominativis. Ibid. Cap. 21. De decem supremis generibus. Fol. 26. a terg. Cap. 22. De homogeneis, et homoideis, et heterogeneis, et numero differentibus. Fol. 27. Cap. 23. De uno Fol. 28. Cap. 24. De nostro dicto: in quo? Ibid. Cap. 25. De substantia iterum. Fol. 28. a terg. Cap. 26. De natura. Fol. 29. Cap. 27. De forma. Fol. 29. Cap. 28. De hypostasi. Fol. 30. Cap. 29. De persona. Fol. 31. Cap. 30. De enhypostato. Fol. 31. a terg. Cap. 31. De anhypostato. Fol. 32. Cap. 32. De divisione entis et substantiae. Ibid. Cap. 33. De homogeneis iterum, et homoideis, et heteroideis, et homohypostatis, et numero differentibus. Fol. 33. a terg. Cap. 34. De quanto et quantitate. Fol. 34. a terg. Cap. 35. De relatione. Fol. 37. a terg. Cap. 36. De qualitate, et quali. Fol. 39. a terg. Cap. 37. De agere et pati. Fol. 43. Cap. 38. De situ. Fol. 44. Cap. 39. De nostro dicto: ubi? Fol. 44. a terg. Cap. 40. De adverbio quando. Ibid. Cap. 41. De dictione continere. Ibid. Cap. 42. De oppositis. Fol. 45. Cap. 43. De habitu, et privatione. Fol. 47. Cap. 44. De priore et posteriore. Fol. 48. Cap. 45. De adverbio simul. Fol. 49. Cap. 46. De motu. Fol. 49. a terg. Cap. 47. De habere. Fol. 51. Cap. 48. De enunciatione, affirmatione, et negatione. Fol. 52. Cap. 49. De termino, et propositione, et syllogismo. Fol. 52. a terg. Cap. 50. Philosophiae definitiones sex. Fol. 56. Cap. 51. Item de unione hypostatica. Fol. 58. Cap. 52. Dis-

sertatio alia continens adnotationes in capita huc usque recensita. Fol. 59. a terg. Cap. 53. Demonstratio brevis in singulas species praedictas. Fol. 61. a terg. Desinit fol. 63. in hanc librarii epigraphen. *Absoluta sunt capita tria et quinquaginta philosophiae sancti Iohannis damasceni presbyteri. Laus Domino nostro, et super nos misericordia eius.* Consequitur aliud caput extra numerum, in alio exemplari repertum; ubi ea, quae in postremis duobus praedictae dialecticae capitibus, nimirum 52. et 53, tractata sunt, breviter exponuntur. Init. fol. 63. a terg.

2. Eiusdem S. Iohannis damasceni expositio et declaratio fidei. Init. fol. 67. a terg. 3. Eiusdem sancti Iohannis damasceni dissertatio adversus Nestorianos. Init. fol. 87. 4. Sectio ex eiusdem S. Iohannis damasceni dissertatione adversus iconomachos. Init. fol. 107. 5. Sectio ex eiusdem S. Iohannis damasceni ex dissertatione theologica de divinitate, et de nativitate domini nostri Iesu Christi. Init. fol. 111. 6. Eiusdem S. Iohannis damasceni presbyteri monachi, cognomento Chrysorhoae, dissertatio adversus Iacobitas. Init. fol. 112. Vide tom. I. oper. eiusdem sancti doctoris edit. cit. pag. 397. ubi dissertatio haec inscribitur. *Sancti Iohannis monachi damasceni libellus, velut ex persona Petri sanctissimi episcopi Damasci ad episcopum Tudareae iacobitam*, incipitque: *sapientium sapiens est pronuntiatum, nec bonum esse bonum nisi recte geratur.* Ad calcem praefatae dissertationis adversus Iacobitas fol. 414. a terg. hanc de die crucifixionis Christi domini adnotationem a calligrapho adpositam leges: *contigit crucifixio Salvatoris feria sexta, die 25. mensis adar* (martii) *solaris, quae respondet diei 14. lunae nisan* (aprilis) *qua celebratum fuit pascha Iudaeorum. Id tamen nonnulli negant, adfirmantes, eam die 15. nisan lunaris, quae dies paschati Iudaeorum sacra est, accidisse. Ego vero legi in alio exemplari, crucifixionem contigisse die 23. adar solaris, feria sexta; resurrectionem autem die dominica, 25. adar solaris, et resuscitationem Lazari die 14. adar solaris ipsiusmet anni.*

3. Eiusdem S. patris nostri Iohannis damasceni presbyteri liber de fide orthodoxa. Dividitur in centum dissertationes seu capita, quorum 1. Deum comprehendi non posse; nec ea, quae a sanctis prophetis, et apostolis, et evangelistis tradita non sunt, curiosius inquirenda esse. Init. fol. 145. Cap. 2. De iis, quae sermone exprimi possunt, vel non possunt; deque iis, quae in cognitionem cadunt, vel quae cognitionem fugiunt. Init. fol. 145. a terg. Cap. 3. Demonstratio quod Deus sit. Init. fol. 146. a terg. Cap. 4. De inquisitione quidnam sit Deus; quod comprehendi non possit. Init. fol. 148. a terg. Cap. 5. Demonstratio quod Deus unus sit, nec plures dii. Init. fol. 150. Cap. 6. De verbo Dei. Fol. 151. Cap. 7. De spiritu sancto. Fol. 151. a terg. Cap. 8. De sancta trinitate Fol. 152. a terg. Cap. 9. De iis, quae de Deo dicuntur. Fol. 162.

Cap. 10. De divina unione, et distinctione. Fol. 163. Cap. 11. De iis, quae de Deo modo corporeo dicuntur. Fol. 163. a terg. Cap. 12. De eodem argumento. Fol. 165. Cap. 13. De loco Dei, et quod sola natura divina incircumscripta sit. Fol. 165. a terg. Cap. 14. De proprietatibus naturae divinae. Fol. 169. Cap. 15. De saeculo. Fol. 170. Cap. 16. De rerum creatione. Fol. 171. a terg. Cap. 17. De angelis. Ibidem. Cap. 18. De diabolo deceptore. Fol. 174. a terg. Cap. 19. De creatura visibili. Fol. 175. a terg. Cap. 20. De caelo. Fol. 176. a terg. Cap. 21. De luce, et igne, et duobus luminaribus, sole, ac luna, et de stellis. Fol. 179. Cap. 22. De aëro, et ventis. Fol. 186. a terg. Cap. 23. De aquis. Fol. 187. Cap. 24. De terra, et iis quae ex ea producuntur. Fel. 188. a terg. Cap. 25. De paradiso. Fol. 191. Cap. 26. De homine. Fol. 194. Cap. 27. De voluptatibus. Fol. 197. Cap. 28. De tristitia. Fol. 198. a terg. Cap. 29. De timore Dei. Ibidem. Cap 30. De ira. Ibid. Cap. 31. De phantasia. Fol. 199. a terg. Cap. 32. De sensu. Fol. 200. Cap. 33. De cognitione. Fol. 201. a terg. Cap. 34. De memoria. Fol. 202. Cap. 35. De sermone interno, et de prolato. Fol. 202. a terg. Cap. 36. De passione, et actione. Fol. 203. Cap. 37. De actu. Fol. 207. a terg. Cap. 38. De voluntario. Fol. 208. Cap. 39. De eo, quod in nostra voluntate situm, hoc est de libero arbitrio. Fol. 209. a terg. Cap. 40. De iis, quae fiunt. Fol. 211. Cap. 41. Quam ob caussam libero arbitrio praediti simus. Fol. 212. Cap. 42. De iis, quae in nostra potestate posita non sunt. Fol. 212. a terg. Cap. 43. De divina providentia. Ibid. Cap. 44. De praescientia, et praedestinatione. Fol. 215. Cap. 45. De Dei erga nos dispensatione et cura, deque nostra salute. Fol. 217. Cap. 46. Quomodo conceptum sit verbum divinum, et de illustri eius incarnatione. Fol. 219. Cap. 47. De duabus Christi naturis. Fol. 220. Cap. 48. De modo mutuae communicationis proprietatum. Fol. 223. Cap. 49. De numero naturarum. Fol. 224. Cap. 50. Quod tota natura divina in una personarum suarum toti naturae humanae unita sit, et non pars parti. Fol. 226. Cap. 51. De una Dei Verbi persona. Fol. 228. a terg. Cap. 52. Responsio ad eos, qui sciscitantur utrum ad continuam quantitatem, an vero ad discretam, duae Christi naturae reducantur. Fol. 230. Cap. 53. Responsio ad quaerentem, sitne ulla natura, quae subsistentia careat. Fol. 231. a tergo. Cap. 54. De trisagio hymno. Fol. 232. Cap. 55. de natura visibili, et de specie, et individuo; deque differentia, unione, et incarnatione; et quomodo a nobis credendum sit, unam Dei Verbi naturam incarnatam. Fol. 234. Cap. 56. Quod sancta virgo sit Dei genitrix. Fol. 236. Cap. 57. De ambarum naturarum proprietatibus. Fol. 238. Cap. 58. De domini nostri Iesu Christi duplici voluntate, arbitriique libertate. Fol. 238. a terg. Cap. 59. De duabus operationibus in domino nostro Iesu Christo existentibus. Fol. 245. Cap. 60. Responsio adversus eos, qui dicunt;

si duplicis naturae, et actionis est homo, necesse est tres esse in Christo domino naturas, totidemque actiones asserere. Fol. 252. Cap. 61. De eo, quod corporis Domini nostri natura et voluntas deificata sit. Fol. 254. Cap. 62. Iterum de duplici voluntate, arbitriique libertate; mente item, scientiaque, et sapientia duplici. Fol. 255. Cap. 63. De theandrica, seu Dei virili actione. Fol. 258. Cap. 64. De naturalibus nec reprehensione dignis passionibus. Fol. 259. a terg. Cap. 65. De ignorantia et servitute. Fol. 260. Cap. 66. De profectu. Fol. 261. a terg. Cap. 67. De pusillanimitate. Fol. 262. Cap. 68. De Domini nostri precatione. Fol. 263. a terg. Cap. 69. De appropriatione seu indicatione. Fol. 264. a terg. Cap. 70. De corporis Domini nostri passione, deque ipsius divinitatis impassibilitate. Ibidem. Cap. 71. Quod Verbi divinitas ab anima et corpore inseparabilis manserit, etiam in Domini nostri morte; et quod una interim persona perstiterit. Fol. 265. a terg. Cap. 72. De consumptione et corruptione. Fol. 266. e terg. Cap. 73. De Domini descensu ad inferos. Fol. 257. Cap. 74. De iis, quae resurrectionem Domini nostri sequuta sunt. Fol. 267. a terg. Cap. 75. De sessione Domini ad dexteram patris. Fol. 268. Cap. 76. Adversus eos, qui ita obiiciunt; si duabus constet Christus naturis, aut creaturam colitis, naturam creatam adorando; aut alteram naturam dicitis adorandam, alteram non adorandam. Fol. 268. a terg. Cap. 77. Responsio ad interrogantem; cur Dei filius, non pater aut spiritus sanctus, homo factus sit: et quid factus homo praestiterit. Fol. 269. Cap. 78. Ad eos qui quaerunt, Christi persona sitne creata, an increata. Fol. 271. Cap. 79. Responsio ad sciscitantem, quandonam Christus sit appellatus. Ibidem. Cap. 80. Ad eos qui sciscitantur, an sancta Dei genitrix duas genuerit naturas, et an duae Christi naturae in cruce pependerint. Fol. 272. Cap. 81. Quomodo primogenitus dicatur unigenitus Dei filius. Fol. 273. a terg. Cap. 82. De fide, et baptismo. Fol. 274. Cap. 83. De fide iterum. Fol. 277. Cap. 84. De cruce, ubi rursum de fide. Fol. 277. a terg. Cap. 85. De adoratione ad orientem. Fol. 280. Cap. 86. De sacrosanctis immaculatis et inclytis Domini nostri mysteriis. Fol. 290. a terg. Cap. 87. De genealogia Domini nostri, deque genealogia sanctae Dei genitricis. Fol. 285. Cap. 88. De cultu reliquiarum sanctorum hominum. Fol. 288. Cap. 89. De cultu sacrarum imaginum. Fol. 290. a terg. Cap. 90. De sacra scriptura. Fol. 293. Cap. 91. De iis quae de Christo domino dicuntur. Fol. 295. a terg. Cap. 91. Deum auctorem malorum non esse. Fol. 299. a terg. Cap. 93. Demonstratio quod non sint duo principia. Fol. 302. Cap. 95. Cur Deus eos condiderit, qui peccaturi essent, nec paenitentiam acturi. Fol. 303. a terg. Cap. 95. De lege Dei, et lege peccati. Fol. 304. a terg. Cap. 96. Adversus Iudaeos de sabbatho. Fol. 305. a terg. Cap. 97. De virginitate. Fol. 308. Cap. 98. De circumcisione. Fol. 310.

a terg. Cap. 99. De Antichristo. Fol. 311. a terg. Cap. 100. De futura resurrectione universali. Fol. 313.

Hucusque S. Iohannis damasceni tractatus de fide orthodoxa; in cuius fine fol. 317. haec calligraphi adnotatio legitur: *exaravit hunc librum Abularamus filius Ganaim, filii Abrahami, monachus Biminus Saikensis, Damasci in ecclesia dominae beatae virginis Mariae, diebus patris Iohannis eiusdem urbis archiepiscopi, et patris Simeonis filii abu-Saibeh, patriarchae antiocheni* (Melchitarum.) *Accidit autem complementum exscriptionis eiusdem libri decade postrema mensis adar, anno creationis mundi sexies millesimo septingentesimo trigesimo primo, qui respondet ultimae decadi mensis sepher, anno hegirae sexcentesimo vigesimo* (h. e. exeunte martio anno Christi 1223.) *Et laus Deo semper, et super nos misericordia eius.* Subnectitur ibid. interrogatio de tribus divinis personis, quomodo a se invicem distinguantur. Deinde eodem folio a terg. haec alia manu, addita leguntur. *Emit hunc librum Ioseph, nomine tenus non re presbyter, filius b. m. Abrahami filii Haggi Iosephi, cognomento Ebn-alsciaki, ex Maartebaitar vico Maret Alnaaman. Venditor vero cyprius est, ex al-Giah. Ipse autem per Deum rogat omnes, qui legerint, ut adprecentur ei, et parentibus ipsius, et omnibus orthodoxis baptismi filiis, veniam a Christo domino; et erit illis iuxta eorum preces.* Consequitur ibidem haec alia epigraphe, quae septimo post conscriptum hunc librum anno apposita fuit. *Transiit hic liber in dominium humilis inter principes sacerdotum Michaëlis patriarchae antiocheni* (Melchitarum.) *Nemini igitur liceat, eum quacumque de caussa e camera patriarchali subducere. Qui vero secus facere ausus fuerit, esto sors ipsius cum Iuda ischariota, qui Dominum suum prodidit; et cum illis, qui dixerunt crucifige eum, crucifige eum. Veh etiam veh illi, cui id arriserit. Scripta haec sunt mense thamuz* (iulio) *anno creationis mundi* 6737 (h. e. Christi 1229.) Subest eiusdem scriptoris Michaëlis nempe patriarchae antiocheni nomen litteris graecis et sermone expressum.

Canon professionis fidei orthodoxae a sancto patre nostro, puro, praestante sacerdote, monacho perfecto. Iohanne damasceno editus; et ab Elia Iabrudorum episcopo ad Petrum metropolitam Damasci transmissus. Init. fol. 318. Extat graece cod. vatic. sub hocce titulo. *Ἴσον λιβέλλου ὑπαγορευθέντος ὑπὸ Ἰωάννου τοῦ δαμασκηνοῦ, ἐκδοθὲν δὲ παρὰ Ἡλία ἐπισκόπου Πέτρῳ μητροπολίτῃ Δαμασκοῦ.* Vide tom. I. operum S. Iohannis damasceni pag. 390. ubi idem canon sic inscribitur. *Iohannis monachi et presbyteri damasceni libellus de recta sententia*. Incipitque ut in nostro codice: *gravis me hinc inde timor et anxietas occupat, o patrum optime et sanctissime et pastorum princeps* etc. Porro ad calcem praefati canonis arabici fol. 325.

23

haec epigraphe occurrit. *Explicit professio fidei, ope Dei excelsi, secundum quod ex graeco in arabicam linguam interpretatus est Abdalla seu Theodulus filius al-Phadeli, fil. Abdallae, metropolita, cuius Deus misereatur.* Is diaconus antiochenus melchita antea nuncupabatur, variorumque sacrorum librorum, ac praesertim psalterii Davidis, et operum sancti Iohannis chrysostomi, arabica interpretatione e graeco textu circa medium duodecimum Christi seculum in Syria claruit.

Professio fidei perbrevis ad usum orthodoxi, scientiarum ignari; ex verbis sanctorum patrum ab Abdalla filio Alphadeli, fil. Abdallae, metropolita, deprompta, et in arabicum sermonem ab eodem reddita. Init. fol. 125. a terg. *Benedic Domine. Credo in unum Deum omnipotentem, aeternum, principio penitus carentem* etc. Descriptio vitae sancti patris nostri Iohannis damasceni, cognomento Chrysorrhoae. Init. fol. 328. Auctor huius vitae arabicae anonymus. Inde Iohannes patriarcha hierosolymitanus vitam eiusdem sancti Iohannis damasceni graece adornavit, quae prodiit cum latina interpretatione tom. I. cit. pag. 1. Vide ibid. §. 39. Hic codex, quem anno Christi 1722. exaratum esse ex amanuensis epigraphe, supra ad calcem tractatus de fide adlata liquet, pertinuit olim ad Georgium melchitam archipresbyterum, a quo et idem codex denuo compactus fuit; ut haec docent eiusdem verba, quae sub initium leguntur. *Hunc benedictum librum denuo compingendum consuendumque curavit servus pauper* etc., *nomine tenus non re archipresbyter, Georgius cognomento ebn-Salsal, fil. Christoduli monachi, fil. Salomonis archipresbyteri ex reverendis dominis civibus Damasci Syriae, minister cultae et catholicae ecclesiae Mariamiae. Idque hac potissimum de causa, quod quum perpenderem quae pater venerandus Iohannes magnus, cognomento Chrysorrhoa, adgressus sit, et quantum studii laborisque impenderit; quumque viderem eundem librum paene oblitteratum, nec ullum in eo folium socio suo iunctum; eius conservandi propter suum auctorem, zelo inflammatus* etc. *Idque sub patre domino Macario alepensi, filio b. m. Pauli archipresbyteri, patriarcha* (antiocheno Melchitarum), *die 4. mensis heziran* (iunii) *benedicti, anno septies millesimo centesimo quinquagesimo sexto patris nostri Adami, quocum pax; qui respondet hegirae anno millesimo quinquagesimo octavo* (*idest Christi* 1648); *et laus soli Deo.*

LXXX.

Codex in fol. bombycinus, foliis constans 289, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim vigesimus sextus; quo continentur.

S. Simeonis stylitae vita, et opera ascetica, ex coptica lingua in arabicam ab anonymo conversa, et hocce titulo praenotata. *Expositio sermonum et dictorum et interrogationum atque responsionum sancti patris Simeonis stylitae, iuxta interpretationem quae in arabicam linguam ex coptica concinnata est. Et primo quidem index libri, sive series rerum omnium quae in hoc codice exhibentur; videlicet* 1, Vita sancti patris nostri abbatis Simeonis stylitae, ex Gezira, seu insula Syriae, oriundi, a quodam eius discipulo nomine Antonio nobis tradita. Init. fol. 7. Vide Bolland. ad diem 5. ianuarii, ubi haud absimilis S. Simeonis vita, praefato Antonio auctore, occurrit. 2. Sancti Simeonis stylitae sermones ascetici XXXVI, quorum I. de recta et de prava animae opinione, sive de bono et de malo proposito. Init. fol. 47. *Haurite vobis imbrem ex fonte, qui numquam evanescet.* Sermo II. De perfectione animae et corporis. Init. fol. 49. a terg. *Quid vobis, dilectissimi fratres, dicamus.* Sermo III. De Filii Dei dispensatione et incarnatione; et quomodo is hominum animas ab interitu et hostium tyrannide vindicavit. Init. fol. a terg. *Cur non scire convenit, qui sit modus dispensationis?* Sermo IV. De anima hominis, quae delapsa est in barathrum inferni h. e. peccati: et quomodo illam inde Christus liberavit, atque innovavit; cum scilicet in eam spiritus sancti ignem immisit. Init. fol. 70. a terg. *Ignem caeli, quem christiani homines in se acceperunt.* Sermo V. Quod qui Deum colit, elargiatur oportet reliquias vitae huius saeculi, eiusque superflua, ut aeternam saeculi futuri vitam sibi comparet; et abolere debet ex anima fermentum peccati, ut spiritus sancti fermentum consequatur. Init. fol. 75. *Similes sunt Christiani mercatoribus, multarum opum mercimonium facientibus.* Sermo VI. Quod oratio fieri debet cum quiete et discretione; deque iis, qui celeritate urgent, ut ea citius absolvatur, et cor nostrum tentationibus impediunt. Init. fol. 80. *Qui ad Deum veniunt, faciant oportet.* Sermo VII. De bonis futuri saeculi, deque spiritali consolatione cordis ascetarum. Init. fol. 82. a terg. *Vocat Dominus eos, qui erudiri cupiunt, ad regnum caelorum.* Sermo VIII. Quod qui a peccato ad bonam virtutem redit, semet ipsum urgeat oportet ad petendam a Deo opem, ut gratia sua eum a peccati ictibus liberet. Init. fol. 87. *Quum expulsus fuit malus princeps regni tenebrarum.* Sermo IX. Quod verus monachus agnoscere debet tenuitatem fidei, quae ipsum decipit, et quod Deo confidere debet in omni re tam dextera quam sinistra. Init. fol. 90. a terg. *Vult Dominus adducere discipulos suos ad fidem.* Sermo X. Quod homo liberum habet arbitrium et potestatem, quibus ad libitum utitur, et quocumque velit mentem et voluntatem suam inclinare potest: et quod fratres secum invicem concordibus animis in caritate conviventes, nequiter faciunt, si a se invicem dividantur. Init. fol. 97. *Audivimus de nonnullis fratribus mendacibus.* Sermo XI. Quod

nobis omnino curandum est, ne mens nostra aberret, neve animus evagetur, et inimico consentiat. Init. fol. 109. a terg. *Monachus, qui odio habuit hunc mundum.* Sermo XII. De iis, qui disserunt de scientia librorum, nec habent in se virtutem spiritus. Init. fol. 111. *Carissimi, fratres, si anima verbis loquatur.*

Sermo XIII. De anima, quae amara constricta est servituto et laqueis peccati. Init. fol. 112. *Facile est, carissimi, animae.* Sermo XIV. Quod non convenit artificiosis in causa Dei uti verbis, sed ab eo petere et discere quae ad salutem nostram pertinent: deque baptismate ac mersione in spiritu sancto. Init. fol. 116. a terg. *Disquisitio sermonis, et fiducia in eius scientia, lucrum est prorsus nullum.* Sermo XV. Oportere athletam Christi adversitates sibi obvias cum gaudio excipere. Item de causis, cur Dominus nobis non appareat, quia nempe vita hominum duplex est. Init. fol. 118. *Qui Christo placere cupit, eiusque particeps fieri.* Sermo XVI. Ascetam excitat, ut opera huius mundi improbet, propter propositam ipsi spem regni caelorum; ostenditque, honores quos ibi consequuturus est, omnem hominum superare captum. Init. fol. 121. a terg. *Qui, mundo abdicato, in paupertate iacent.* Sermo XVII. De patientia, et de animae ad Deum conversione. Init. fol. 124. *Trabs sine lorica, quae est crux.* Sermo XVIII. Oportet ut homo decertet, donec omne in Deo bonum consequatur. Init. fol. 126. *Qui ad Deum accedere vult, et vitam aeternam promereri.* Sermo XIX. Quod magnum intercedit discrimen inter eos qui secundum Deum, et eos qui secundum mundum vivunt; hi enim amore spiritus huius saeculi trahuntur, eiusque vanis tentationibus alliciuntur; illos vero spiritalis Dei amor saturat dulcedine divina incomprehensibili, quae ipsis inest. Init. fol. 127. a terg. *Mundus Christianorum unus est et singularis.* Sermo XX. De anima, quae vere ad Deum conversa est. Haec nimirum in cunctis afflictionibus, molestiis, ac tentationibus, quae ipsi acciderint, sive illae internae sint sive externae, sive sensibiles sive intellectuales, ad Deum confugere debet, eique imbecillitatem suam committere, et cum fidei, spei, atque caritatis summa longanimitate, sine errore et macula eidem adhaerescere. Tum ipse quidem eam salvabit. Init. fol. 140. *Qui animas suas Domino tradere cupiunt.* Sermo XXI. Anima, quae tacta est meditatione Christi, et desiderio eius amoris, numquam satura est; sed quo plus eum comedit, eo magis crescit ipsius fames, sitis, et appetitus. Init. fol. 144. *Animae Dei veri amantes, et omnis boni appetentes.* Sermo XXII. Qui ex Deo nati sunt, gaudent in Dei verbo, cum illud audiunt; anima vero peccato obnoxia, quae in operibus iustitiae comparandis laborare cupit, pueros imitari debet, qui matris pietatem ploratu et lacrymis commovere solent. Init. fol. 146. *Verba veritatis sitiunt et esuriunt fratres nostri dilecti.* Sermo XXIII. Qui de sanctorum hominum contubernio, deque

colloquiis divinis gloriantur, nisi praecepta Dei observent, et super eos spiritus sanctus descendat, pauperes quidem ac miseri censendi sunt, et multis lacrymis digni. Init. fol. 151. *Quemadmodum homo imbecillus loquitur de aliorum divitiis.* Sermo XXIV. Quod verum christianum perfectum esse oportet, et nullius ex bonis operibus spiritus sancti expertem. Init. fol. 153. a terg. *Omnibus indiget exemplis christianus.*

Sermo XXV. Qui probati sunt, constantes esse debent, et tam in laboribus quam in quiete immutabiles. Item de falsa rerum abdicatione, deque errore intellectus. Init. fol. 154. a terg. *Quemadmodum perspicuum est, quod longioris aetatis homines.* Sermo XXVI. Nemo palam docet malum, nisi malus. Init. fol. 157. a terg. *Omnes quidem homines de bonis operibus disserunt.* Sermo XXVII. Ostendit, dominum nostrum Iesum Christum venisse in mundum ad convertendam animam, quae omnes suos fregerat sensus, eamque per descensum sanctae divinitatis suae in ipsam ad salutem reducendam. Init. fol. 164. *Carissimi, qui ad Deum venit, et vult.* Sermo XXVIII. Ostendit, quod spiritus sanctus, quamquam unicus sit, et in omnibus ipse sanctis operetur, opera tamen eius et dona sunt diversa. Init. fol. 169. *Quemadmodum cautus agricola non spargit semen suum, nisi secundum telluris bonitatem.* Sermo XXIX. De cura Dei erga suos electos tam in veteri, quam in nova lege; deque eius providentia erga homines. Init. fol. 171. a terg. *Simeon fratribus dilectis aequalibus animarum nostrarum in Domino.* Sermo XXX. Ostendit, hanc dictionem: *parate viam Domini, et rectas facite semitas eius*, spiritaliter pervenisse ad omnem animam, quae Christum recepit. Init. fol. 174. a terg. *Carissimi, spiritus sanctus exclamat apud Isaiam.* Sermo XXXI. Quod anima perfecta, quae consequi desiderat hereditatem promissionis spiritus sancti, omnibus viribus cum lacrymis petere a Deo debet, ut eam humanis operibus, omnibusque veteribus concupiscentiis exuat, et novo homine induat. Init. fol. 179. *Sicuti infans, qui nascitur in hoc mundo, quamdiu parvulus est.* Sermo XXXII. Ad virgines Dei amantes, de comparanda vera sapientia, stabiliendaque in Christo virginitatis perfectione: et quomodo anima pura per coniunctionem cum spiritu sancto, caritati Iesu Christi coniungatur. Init. fol. 182. *Verbum scriptum apud beatum prophetam " sustinui inter parturientes „.* Sermo XXXIII. De interna Christi dispensatione erga animam, quae ex sacris verbis ditescit, si quidem ea cum cognitione, fide, et caritate auscultet: etenim ratio vivendi, et solae exercitationes corporeae absque scientia, animam non reddunt perfectam, nisi fructus spiritus sancti ipsa sibi precibus, lacrymis, et perfecta charitate comparet. Init. fol. 186. *Quantas utilitates verba tribuant praestantibus viris.* Sermo XXXIV. Continet sancta et optima praecepta et sacras admonitiones a sancto patre nostro Simeone traditas puris fratribus de regimi-

ne intellectus: et quod opera insignia et iucunda huius mundi instar floris campi sunt, qui cito arescit et decidit. Init. fol. 195. *Quies externa corporis.* Sermo XXXV. Ostendit, veterem legem umbram fuisse ac typum veritatis et verorum operum; utramque vero legem esse spiritale signum mysterii animae: item animam post multas angustias ac pericula ad amplitudinem esse perducendam, quia salutare Domini indesinenter expectat. Init. fol. 199. a terg. *Gloria, qua facies Mosis erat cumulata.* Sermo XXXVI. Ostendit, peccata tam occulta invisibilia, quam publica et visibilia, aeque animam eiusque spiritales divitias vastare, si iis ipsa consentiat. Item precationem esse omnium bonorum caput. Demonstrat etiam quomodo gerere se debeant ii, qui religiosam vitam cum concordia, et spiritali communione secum invicem agere volunt, ut cor unum in caritate et pace constantes servent; qui vero monasteria, aut ecclesias, aut loca solitaria incolunt, eos oportere concordes esse, et in vinculo vocationis Dei firmiter persistere. Init. fol. 106. a terg. *Deus creator omnium creaturarum, benedictus in aeternum.*

Eiusdem sancti patris nostri Simeonis stylitae dicta, seu precationes breves XX, videlicet I. De mali dolis, et fraudibus malorum omnium pessimis. Init. fol. 235. *Bonum est quotidianum ieiunium et vigilia.* II. Quod anima, quae incidit in morbos peccati, abiicere debet opera tenebrarum et mortis et damnationis, et curare ut sibi comparet omnes iustitiae partes, et omne opus bonum ac perfectum. Init. fol. 238. a terg. *Sermo indiget discretione propter transgressionem Adami.* III. De humilitate eorum, qui de benefactis publicis, non vero de gratia spiritus sancti gloriantur; huiusmodi enim gloriatio est eorum damnatio. Init. fol. 243. a terg. *Sicuti infans ex utero prodiens.* IV. Quod gustanti spiritalia caelestia, sordent terrestria. Init. fol. 244. a terg. *Quemadmodum si quis intraverit in domos regis.* V. Quod homo illustre vas apud Deum sit. Init. fol. 245. *Tum denuo loquutus, dixit: homo est vas magnum.* VI. De translatione intellectus ad viventes propter subsistentiam hominis; et quodnam fundamentum ei conveniat. Init. fol. 245. *Debemus eloqui, veluti ille, qui cum egressus est.* VII. Quod opus bonum, comparatum laboribus, eximio admodum et caro in loco habendum sit atque servandum. Init. fol. 245. a terg. *Oportet, nos valde laborare, et reficere terram cordis nostri.* VIII. Ostendit, idiotas gratiae participes, meliores esse ac praestantiores sapientibus, qui ea carent. Init. fol. 246. a terg. *Sicut civitas magna diruta.* IX. Quod qui accepit gratiam, maiore indiget humilitate et custodia ad salutem consequendam; quia superbia hominem penitus deperdit. Init. fol. 247. *In magna profunditate est receptaculum animae.* X. De patientia et longanimitate. Init. fol. 248. *Voluntatem Dei, eiusque opus cum patientia et longanimitate perficiunt.* XI. De iis, qui dicunt, revelationes sanctorum, esse cogitata. Init. fol. 249. *Quoniam audivimus de quibusdam,*

qui asserunt. XII. De iis, qui dicunt; nisi gratia adveniat, nos labores sustinere nequimus. Init. fol. 249. *Illi quidem, qui nec patientiam, nec fidei habent fundamentum.* XIII. Quod bona electio, firmumque in Dei caritate propositum efficiunt, ut homo cunctas conculcet tentationes et phantasmata diaboli. Init. fol. 251. *Diabolus est angelus creatus a Domino.* XIV: In illud sacri codicis *diliges Dominum tuum.* Et quod Deus venit ad animam ipsum diligentem, ac delet ex ea malorum originem, bonumque semen divinitatis suae in ipsam spargit. Init. fol. 253. *Quemadmodum pater diligit filium, et quicquid operatur filius.* XV. Quod eadem divina virtus, quae olim in prioribus sanctis operata est, hoc etiam tempore atque hodie cum fidelibus operatur. Init. fol. 255. a terg. *Quemadmodum rex, si fuerint omnia eius membra.* XVI. Curam animae suae homo adhibeat, nec frustra et negligenter tempus conterat. Init. fol. 257. a terg. *Animam tuam et corpus omni temporis momento expende.* XVII. De honore, quem Deus homini prae ceteris animalibus concessit. Init. fol. 258. *Magna quidem et illustris est apud Deum dignitas tua, o homo.* XVIII. De eodem argumento breviter. Init. fol. 258. a terg. *Si exierit anima hominis e corpore.* XIX. Oportere eos, qui alios consolantur, esse spiritales. Init. fol. 258. a terg. *Quemadmodum infans ex utero egrediens.* XX. De iis, qui dicunt: nos perfecti sumus, sufficit nobis id, ad quod pervenimus; iam enim opulenti sumus, et saturi. Init. fol. 259. *Sicuti qui nascitur in corpore quotidie crescit.*

Eiusdem sancti patris Simeonis stylitae interrogationes et responsiones XLI. Videlicet I. quaesitum in illud *estote perfecti, sicut pater vester perfectus est.* Fol. 269. a terg. II. De religione, et quomodo oporteat, fratres simul cohabitare. Ibidem. III. Qui fieri possit, ut duae contrariae species in corde cohabitent, peccatum scilicet et gratia. Fol. 261. IV. An diabolus a certando cum homine, umquam quiescat; et utrum homo a certamine sit aliquando liber; an dum vivit, indesinenti pugna decertet. Fol. 264. V. Si homo in certamine constitutus, habuerit in anima praedictas duas species, lucem nempe et tenebras, peccatum et gratiam; et ex mundo migraverit, antequam ad perfectionem perveniret, quonam perget duabus hisce speciebus implicitus. Fol. 265. a terg. VI. Quodnam discrimen sit inter fructus spiritales, qui sunt fides, caritas, et alia huiusmodi, ac inter fructus naturales. Fol. 266. a terg. VII. Qui sit status eorum, qui sponte sua et ex voluntate peccant. Fol. 267. VIII. An iusti, si quidem increverint, percipiant suum incrementum. Fol. 268. IX. Cur iusto non detur gratia ad satietatem. Fol. 269. X. An homo, postquam consequutus fuerit gratiam, et ad perfectionem pervenerit, possit relabi. Fol. 269. a terg. XI. Nonne gratia potentior est voluntate? quomodo ergo apostoli etiam peccare poterant, si voluissent? Fol. 270. a terg. XII. Verum ne est, quod nonnulli adfirmant,

hominem nempe gratiam et perfectionem adeptum, a morte ad vitam transferri, et ab eo separari daemonem in ipso habitantem, nempe mortem? spiritumque vitae in eodem cum perfectione habitare, nec ullo modo posse illum deinceps libidinose cogitare? Fol. 271. a terg. XIII. Quomodo dicit apostolus: *si habuero omnem scientiam et prophetiam, et linguis hominum et angelorum loquar, nihil sum?* Fol. 272. XIV. Quomodo servi Dei sunt timori ac terrori subiecti. Fol. 272. a terg. XV. Quomodo homo dici possit pauper in spiritu, etiamsi bonam habeat animam. Fol. 274. a terg. XVI. Quaenam sint ea, de quibus dicit sacer codex: *quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendunt quae Deus dilectis suis praeparavit.* Fol. 275. a terg. XVII. Qui non audiunt Dei verbum, sicuti oportet, audiunt tamen evangelium inquiens: *quisquis uni potum dederit calicem aquae dulcis, habebit mercedem*; ac propterea vadunt, et res suas vendunt, easque in opera misericordiae erogant, serves manumittunt, aliaque mandata servant; non vero petunt, ut in hoc mundo spiritum consequantur; an sic viventes, si ex vita migraverint, in regnum caeli abituri sint. Fol. 276. XVIII. De concursu Dei, eiusque providentia erga homines, deque distinctione, et gradu filiorum regni caelorum; et an saeculares homines, quorum alii orant, nescientes tamen quid petant; alii ieiunant, alii in ministerio perstant; an, inquam, mercedem sint consequuturi. Fol. 276. a terg. XIX. Quomode quidam dicunt: nos amplius orare non possumus. Si enim oratio est requies, quare illam non sustinent? Fol. 177. XX. De fide, et quae sit Trinitas. Fol. 277. a terg.

XXI. An Dominus acceperit indueritque integram perfectamque humanitatem. Ibidem. XXII. Quaenam sit species gloriae, in qua corpus Christi non exstat. Fol. 278. XXIII. Quomodo oporteat, ut unusquisque mentem suam et cogitationes colligat, et a rebus mundanis ad Deum unice convertat. Fol. 278. a terg. XXIV. De oratione. Fol. 279. a terg. XXV. An homo piis huiusmodi exercitationibus animum assidue perpolire debeat. Ibidem. XXVI. Qua ratione ad perfectienis gradum ipse auctor Simeon pervenerit. Fol. 281. XXVII. De sedibus et coronis caelestibus, quas nonnulli dicunt esse materiales non vero spiritales. Fol. 282. XXVIII. In illud Domini ad discipulos suos in evangelio: *sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israël.* Fol. 282. XXIX. Si peccatum speciem angeli lucis exhibeat, et veluti gratia adpareat, quomodo homo possit illud dignoscere, seque a diaboli insidiis expedire. Fol. 283. XXX. Quomodo labantur ii, in quibus gratia existit. Ibidem. XXXI. An quis possit animam suam intueri. Fol. 283. a terg. XXXII. An intellectus sit ab anima diversus. Ibidem. XXXIII. An daemon, quemadmodum adloquutus est Dominum in deserto, quum diceret: *si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant*; ita adoriatur iustos, eosque extrinsecis adloquatur verbis. Fol. 284. XXXIV. An ho-

die sint visiones bonae, quemadmodum obvia sunt mali spectra. Fol. 284. a terg. XXXV. Quis sit ille filius, de quo apostolus scribit : *quum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc et ipse filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia. Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis.* Fol. 285. XXXVI. Quomodo pravae cogitationes operentur in corde. Fol. 286. XXXVII. An Adam, ante suum lapsum, bonorum huius vitae fuerit absque labore particeps. Fol. 286. a terg. XXXVIII. An ab homine extirpetur peccatum, et prava concupiscentia, quae ipsi naturalis est, cum spiritus sanctus super illum descendit. Fol. 286. a terg. XXXIX. An daemon prout vult, bellum cum homine gerat, eoque aliquando paulisper abstineat. Ibidem. XL. An si quis virtutem divinam induerit, in eamque fuerit quodammodo immutatus, adhuc in sua natura persistat. Fol. 287. XLI. An diabolus omnes hominis cogitationes, et animi conceptus intelligat. Fol. 288. a terg.

Ad calcem pretiosissimi huius codicis, quem non immerito ad saeculum decimum tertium referas, isthaec leguntur. *Explicit descriptio libri sancti patris nostri Simeonis stylitae de Gezira, seu insula Syriae*; ubi est vicus Sisau, quem patriam S. Simeonis fuisse liquet ex genuinis eiusdem actis, quae in appendice ad acta martyrum orientalium et occidentalium ex Cosma presbytero eius familiari vulgavimus; quo in opere etiam hucusque recensita opera alteri Simeoni stylitae, cognomento thaumastoritae, qui Mauricio regnante decessit, adscribenda esse monuimus. Verum quum eadem Graecis Latinisque ignota sint, et rationibus potius atque capitibus moralibus Simeonis praefecti monasterii Mamantis, cognomento theologi, iunioris (de quo Allatius in diatriba de Simeonum scriptis) quodammodo similia videantur; cuinam horum adiudicanda sint, penes lectorem iudicium esto.

LXXXI.

Codex in fol. bombyc. foliorum 176, arabico sermone et charactere exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim quadragesimus quartus; quo continentur.

Homiliae variae sanctorum Patrum, e syriaca et graeca lingua in arabicam pleraeque ab anonymo conversae, et in duos tomos ad usum ecclesiae alexandrinae Coptitarum distributae. Tomo primo homiliae sexdecim comprehenduntur, videlicet I. Sancti Isaaci syri homilia de laudibus B. V. Mariae, principio deficiens. Init. fol. 1. II. Eiusdem sancti Isaaci syri homilia altera de laudibus B. V. Mariae. Init. fol. 9. a terg. III. Patris Pauli busensis episcopi, saeculo undecimo clari in Aegypto inferiore, ubi monasterium sancti Anto-

nii magni exstat, homilia de annunciatione. Init. fol. 13. a terg. IV. S. Iohannis chrysostomi homilia de nativitate domini Dei ac servatoris nostri Iesu Christi in Bethlehem. Init. fol. 28. a terg. V. S. Isaaci syri homilia de nativitate domini nostri Iesu Christi in Bethlehem, uno folio circa medium mutila. Init. fol. 39. a terg. VI. S. patris Epiphanii episcopi Cypri homilia de laudibus dominae S. Mariae virginis. Legenda nocte nativitatis Domini. Init. fol. 58. VII. Sancti patris Iohannis chrysostomi homilia de nativitate domini nostri Iesu Christi ex beata Virgine. Init. fol. 69. VIII. Patris Pauli busensis episcopi homilia de sancta nativitate Domini. Init. fol. 73. a terg. IX. S. patris Cyrilli patriarchae Alexandriae homilia de circumcisione domini et servatoris nostri Iesu Christi, eiusque ingressu, seu praesentatione, in templum. Init. fol. 90. a terg. X. S. Iacobi sarugensis episcopi homilia de ingressu, seu praesentatione, domini nostri Iesu Christi in templum. Init. fol. 97. a terg. XI. S. patris Cyrilli hierosolymitani homilia de ingressu, seu praesentatione, domini nostri Iesu Christi in templum. Init. fol. 108. a terg. XII. Cuiusdam ex patriarchis hierosolymitanis homilia de praesentatione Christi domini ad templum. Init. fol. 116. XIII. Oratio in festo epiphaniae ad libitum recitanda. Init. fol. 137. a terg. XIV. S. Iohannis chrysostomi homilia de baptismo domini et servatoris nostri Iesu Christi per Iohannem baptistam. Init. fol. 143. XV. Eiusdem S. patris Iohannis chrysostomi homilia altera de baptismo domini nostri Iesu Christi in Iordane per Iohannem baptistam. Init. fol. 153. a terg. XVI. S. patris Basilii episcopi Cappadociae (immo Caesareae in Cappadocia) homilia hortativa ad baptismum suscipiendum. Init. fol. 159. a terg. Finis huius homiliae in sequenti codice habetur: hic vero alia manu recenter suppletus est. Hic codex ad XIII. Christi saeculum videtur referendus.

LXXXII.

Codex in fol. bombyc. foliis constans 156, arabicis litteris et sermone, eadem qua proxime antecedens codex manu exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim quadragesimus quintus; quo continentur.

Homiliae variae sanctorum Patrum, e syriaca et graeca lingua in arabicam pleraeque ab anonymo conversae, et in duos tomos ad usum ecclesiae alexandrinae Coptitarum distributae. Tomus alter, in quo homiliae XIV. exhibentur, videlicet I. S. Iohannis chrysostomi homilia de baptismo domini nostri Iesu Christi in Iordane. Init. fol. 1. Praeeunt postrema septem commata homiliae sancti Basilii magni, in quam desinit codex proximo antecedens, quem olim cum hocce codice consutum fuisse atque compactum, inde perspicuum est. II. Anonymi cuiusdam ex sanctis Patribus homilia de nativita-

te et epiphania Domini. Init. fol. 11. III. Patris Pauli busensis episcopi homilia de sacro baptismate. Init. fol. 25. IV. Paraphrasis precationum, quae nocte sanctae epiphaniae post lectiones propheticas super aquam recitari solent. Init. fol. 41. a terg. V. S. patris Iohannis chrysostomi homilia de Thoma apostolo, legenda dominica nova, seu in albis. Init. fol. 49. a terg. VI. Anonymi cuiusdam ex sancti patribus homilia de ascensione domini ac servatoris nostri Iesu Christi in caelum post quadraginta ab eius resurrectione dies. Init. fol. 58. VII. Eiusdem sancti patris homilia altera de festo sanctae ascensionis Domini. Init. fol. 66. a terg. VIII. S. patris Pauli busensis episcopi homilia de eodem festo sanctae ascensionis. Init. fol. 78. IX. S. patris Iohannis chrysostomi homilia de die pentecostes, qua spiritus sanctus super beatos discipulos descendit. Init. fol. 88. a terg. X. S. patris apostolici Athanasii patriarchae Alexandriae homilia de illustri die pentecostes. Init. fol. 93. a terg. XI. Eiusdem S. patris apostolici Athanasii patriarchae Alexandriae homilia altera de illustri die pentecostes. Init. fol. 98. XII. Patris Pauli busensis episcopi homilia de festo pentecostes. Init. fol. 114. XIII. Sancti patris Ephraem syri homilia de transfiguratione domini et servatoris nostri Iesu Christi in monte Tabor. Init. fol. 143. a terg. XIV. Responsio et homilia S. Iacobi sarugensis de nativitate Deiparae virginis, adversus eos qui absque scientia, de partu virginis, et quomodo Christus ex ea natus sit, inquirere audent. Postrema haec homilia ab alia et recentiore manu addita fuit. Init. fol. 155. a terg. Vide bibl. orient. tom. I. pag. 310. num 22, ubi synopsis exhibetur huius homiliae, quae syriace inscribitur de sancta Virgine deipara, invehiturque adversus divinorum mysteriorum scrutatores.

LXXXIII.

Codex in 4. partim chartaceus, partim bombycinus, foliis constans 295, arabicis litteris et sermone varia manu exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim num. 157. signatus; quo continentur.

Miscellanea sacra et profana videlicet I. Dicta et adhortationes nonnullorum monachorum. Init. fol. 1. a terg. II. Collectanea ex dictis sanctorum Patrum ad utilitatem legentium et audientium. Init. fol. 7. a terg. III. Oratio sancti abbatis Tarbi adversus morsus canis, cum ritibus et caerimoniis in illius recitatione servandis, superstitiosa. Init. fol. 17. IV. Fragmentum logices, cuius titulus liber solaris in dialecticam, auctore mahometano, cuius nomen desideratur. Init. fol. 25. a terg. V. Excerpta ex libro Clementis discipuli sancti Petri apostoli de demonstratione futurorum, usque ad finem saeculi, qui alias liber secretorum inscribitur, eiusque auctor temere fertur Clemens romanus. Ibi quae ad finem usque mun-

di eventura sunt, quasi ex ore S. Petri excepta anno Christi 56. a Clemente litteris consignantur. Illud autem opus quum ab apostolorum usque temporibus delituisset, in insula Cypro repertum fingitur. Init. fol. 37. VI. Michaëlis patriarchae Syrorum professio fidei orthodoxae (immo iacobiticae seu monophysiticae) ad Manuelem comnenum imperatorem Graecorum, circa annum Christi 1170. missa, quo hic per Christophorum litteras ad ipsum Michaëlem de religione scripsit, teste bar-Hebraeo apud Assemanum bibl. orient. tom. II. p. 364, ubi tamen nulla de hac fidei professione fit mentio, quam ex syriaco sermone in arabicum transtulit Moses episcopus syro-iacobita orientalis, ut fol. 66. ad calcem idem Moses profitetur. Init. fol. 52. VII. Eiusdem professionis fidei Michaëlis patriarchae syrorum Iacobitarum aliud exemplar, recentiore et parum elegante manu exaratum, fine mutilum. Incipit ut supra. Fol. 67. VIII. Testimonia ex Alcorano de Christo domino, in usum Mohammedis filii Abdallae ex urbe Iatrib Arabiae, ubi nunc sepulcrum pseudoprophetae, tribus linguis, arabica nimirum, syriaca, et italica, expressa. Init. fol. 77. a terg. IX. Cyrilli alexandrini archiepiscopi epistola prima ad Nestorium episcopum constantinopolitanum. Init. fol. 87. a terg. X. Eiusdem Cyrilli et concilii alexandrini epistola altera ad Nestorium, adiectis duodecim articulis, seu canonibus, quos Nestorio sub anathematis poena proponit amplectendos; in quorum calce fol. 100. utraque haec epistola (cuius exemplar, diversa tamen manu exaratum, infra repetitum invenies) exscripta dicitur a quodam Paulo filio archipresbyteri Isaac die 18. mensis nisan (aprilis), anno a creatione mundi iuxta supputationem Graecorum 7093, id est Christi 1593. Init. fol. 90. a terg.

XI. Giaphari Tadec filii Mohamedis, fil. Zeinaldini, epistola de fato, sive parvus tractatus de sortibus ex nonnullis Alcorani versibus eliciendis, praefixa rota, in qua viginti petitiones (quarum exitum felicem vel infelicem superstitiosi homines scire cupiunt) ad totidem Alcorani capita aptatae exhibentur. Opusculum futile, exaratum die 10. mensis regeb, anno hegirae 990, Christi 1582, ut fol. 116. in calce legitur. Init. fol. 101. XII. Eliae patriarchae orientis, nempe Chaldaeorum, professio fidei, praefixa eiusdem epistola ad Gregorium XIII. pont. max. syriace litteris nestorianis, sive chaldaicis rotundis, exarata, in cuius clausula fol. 1225. ista habentur. *Scripta est atque absoluta haec professio fidei in sacrosancto coenobio raban Hormisdae, sede persica patriarchali orientis, feria sexta ante festum nativitatis dominicae, die 24. canun* (decembris), *anno ab ascensione Domini in caelum 1586; per laudatum patriarcham, nec non episcopos, et presbyteros, mar-Ananiesu Mosuli sive Ninives episcopum, mar-Gabrielem Gozartae, mar-Iohannem Ormi; raban Iacobum, raban Cyriacum, et presbyterum Ataiam, et Iosephum humilem* (fortasse huius professionis calli-

graphum) etc. Alia huius patriarchae professio fidei arabica habetur infra cod. CXLI, sed turpiter interpolata, nestorianisque erroribus vitiata. Quare Assemanus bibl. orient. tom. III. pag. 599. binas hasce professiones distinguit, quamvis eodem die et anno exaratas; et arabicam quidem ad Gregorium XIII. ab Elia patriarcha Nestorianorum missam adfirmat, et ceu erroribus laborantem a Sixto V. Gregorii successore reiectam; syriacam vero hanc nostram orthodoxam eandem esse, quam alter Elias patriarcha Nestorianorum ad Paulum V. transmisit, quaeque ab Isaac sciadrensi, et Iohanne hesronita maronitis in latinum sermonem conversa prodiit, cura et studio Petri Strozae in opere, quod disputatio de dogmatibus Chaldaeorum (et in altero, quod synodalia Chaldaeorum) inscripsit. Verum haec a nostra longe est diversa, ut utramque conferenti perspicuum fiet. Porro epistolae ad romanum Pontificem praeponitur haec formula, quam patriarchae Nestorianorum quum ad suos scribunt, praefigere solent: *ex cubiculo patriarchali orationes et benedictiones concedantur vobis.* Quam quidem formulam in laudata ad Gregorium XIII. epistola usurpatam bona patriarchae aut scriptoris fides excusaverit; neque enim Chaldaeorum patriarchae episcopis sibi minime subiectis, multoque minus Pontifici romano, cui ipse subditum se esse profitetur, benedicere fas est. Fol. 117.

XIII. Pauli Rahebi antiocheni, episcopi sidoniensis, graeco-melchitae, epistola ad quosdam amicos mahometanos sidonienses: quid christiani sentiant de Mahomete, eiusque impura lege: et de veritate christianae religionis. Init. fol. 126. XIV. Tractatus de duabus in Christo naturis; ubi et de processione spiritus sancti ex patre et filio; de trisagio; deque apostolicae romanae sedis primatu; ex sanctorum Patrum scriptis decerptus; fine tamen mutilus, absque nomine auctoris, qui vera catholicorum dogmata adversus haereticos et schismaticos propugnat. Init. fol. 136. XV. Anonymi praefatio in psalmos Davidis prophetae; ubi de eorum conscribendorum occasione, et de auctore; et an omnes Davidi tribuendi sint, exponitur. Init. fol. 167. a terg. XVI. Liturgia sancti Basilii magni e graeco in arabicum sermonem fideliter conversa, qua syri Melchitae utuntur, ab Emmanuele hieromonacho alepino descripta anno Domini 1595, ut in fronte habetur. Init. fol. 180. XVII. Mohametis filii al-Giazari sciapheitae poëma de orthographia arabicae linguae eiusque praeceptis, elegantissime exaratum. Init. fol. 189. a terg. XVIII. S. Cyrilli alexandrini epistolae duae ad Nestorium, quarum apographum in hoc codice sub num. 9. et 10. laudavimus. Initium ut supra. Fol. 196. a terg. XIX. Anonymi poëma, cuius titulus: historia viridarii, sive contentio inter flores de primatu, quem sibi rosa vindicare conatur. Init. fol. 205. a terg. XX. Dissertatio adversus eos, qui diem nocte priorem profitentur, auctore anonymo, qui tum rationibus et coniecturis ex sacra scriptura petitis, tum auctori-

tate Patrum noctem praecessise diei demonstrare conatur. Init. fol. 110. a terg.

XXI. Michaëlis Amidae et Maiapharkini episcopi professio fidei orthodoxae a presbytero Saliba arabice ex syriaco conversa, et hocce titulo praenotata. *Professio fidei, quam tenent Christiani syri orientales, composita a sancto patre, doctore praestante, religioso, pio, et perfecto domino, Michaële episcopo Amidae et Maiapharkini, cuius memoria inter iustos et sanctos: e syriaco autem in arabicum sermonem translata a me humili Saliba Iohannis filio, nomine tenus presbytero.* Porro Michaël ille ab Elia III. patriarcha Nestorianorum circa an. Christi 1180. episcopus creatus, eiurata haeresi ad catholicam fidem transiit; uti ex hac professione liquet, quam et Amrus in libro, cui *turris* titulus, integram exhibet. Vide Assemanum tom. III. pag. 557, ubi praecipua eiusdem professionis fidei capita ex nostro codice profert, et alia praedicti Michaëlis adversus haereticos scripta commemorat. Init. fol. 230. XXII. Liber de scientia rerum practica, tam interna quam externa, theologicus, iuxta placita Mahometanorum, ubi praesertim de institutis mahometicis, deque Alcorani praestantia disseritur, fine et auctoris nomine destitutus. Init fol. 240. a terg. XXIII. Fragmentum tractatus anonymi de precibus et adorationibus diurnis et nocturnis Mahometanorum, deque indulgentiis et praemiis, quae illas persolventes consequi finguntur. Init. fol. 280. XXIV. Dissertatiuncula de virga Mosis prophetae, unde scilicet extracta fuerit, auctore anonymo mahometano, qui ab Adamo e paradiso egrediente fuisse delatam effutit. Init. fol. 283. a terg. XXV. Anonymi dissertatio de fundamentis fidei christianae adversus Mahometanos, quorum obiecta praesertim adversus trinitatem et incarnationem Verbi, diluuntur. Init. fol. 284. XXVI. Professio fidei orthodoxae hocce titulo insignita. *Haec est fides, quam tenet sancta apostolica ecclesia, edita a sanctis Patribus, qui sunt columna fidei et fulcimentum fidelium. Servent nos eorum preces. Amen.* Init. fol. 292.

LXXXIV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 315, arabicis litteris et sermone haud ineleganter exaratus, inter codd. orientales ab Andrea Scandar in vaticanam bibliothecam ex oriente illatos olim quadragesimus septimus; ubi continentur.

S. Macarii abbatis aegyptii homiliae XXVI, quarum nonnullae inter quinquaginta homilias eidem sancto abbati in bibliotheca Patrum adscriptas, alio tamen ordine dispositae, latine prodierunt; pleraeque tamen syriace redditae exstant in variis codicibus syriacis, quas in secundo syriacorum codicum catalogi

tomo recensuimus. Porro homilia prima titulo et principio mutila incipit fol. 1. ab iis verbis: *sive mendacium, sive inania verba, sive clamor, aut cachinnus.* Item eiusdem homilia secunda. Init. fol. 44. a terg. *Qui audiunt verbum Dei, et bonum faciunt fructum.* Epistola secunda ad quosdam fratres. Init. fol. 76. a terg. *Propter praevaricationem anima longe a Deo recessit.* (Vix dubito quin peccaverit amanuensis in numeratione, et pro epistola secunda, epistola seu homilia tertia legendum sit.) Eiusdem homilia quarta de cribratione. Init. fol. 103. *Alius est Christianorum mundus, eorumque regimen, mens, loquutio, et opera; alia vero hominum huius mundi vitae ratio, loquutio, atque opera.* Vide tom. IV. bibl. Patrum edit. Coloniae Agrippinae an. 1618. pag. 53, ubi haec homilia sancto Macario seniori aegyptio tribuitur, et in serie quinquaginta eiusdem homiliarum quinta recensetur. Item homilia quinta sancti patris nostri Macarii. Init. fol. 117. a terg. *Qui vitam christianam exactissime dirigere cupiunt.* (Est quarta ex quinquaginta homiliis, quae tom. cit. sancti Macarii senioris, ceu auctoris, nomen prae se ferunt.) Sancti patris nostri Macarii homilia sexta. Init. fol. 145. a terg. *Ezechiel propheta, quum vidisset clare visionem gloriosam et divinam, retulit illam, et scriptis mandavit.* Vide pag. 45, ubi haec homilia prima inscribitur. Item sancti patris nostri Macarii homilia septima. Init. fol. 150. *Christiani perfecti, qui ad terminum perfectionis pervenire meruerunt.* Vide ibid. pag. 72, ubi haec homilia decima septima recensetur. Item sancti patris nostri Macarii homilia octava. Init. fol. 162. a terg. *Siquis in saeculo valde locuples occultum thesaurum possideat.* Vide ibid. pag. 74, ubi eadem homilia decima octava appellatur. Homilia nona sancti Macarii. Init. fol. 168. *Cum accedit quispiam ad genua flectendum, divina utique virtute cor eius impletur, et anima ipsius veluti sponsa cum sponso exultat.* (Extat ibid. num. 8. praenotata. Homilia decima sancti patris nostri Macarii. Init. fol. 172. *Dictum regum, quod a praecone veritatis profertur.* Item sancti patris nostri Macarii homilia undecima. Init. fol. 185. a terg. *Quum natura humana sententiam indignationis Dei propter praevaricationem Adami protoplastae subivisset.* Item sancti patris nostri beati Macarii homilia duodecima. Init. fol. 201. *Quam gerebat Moyses gloriam in facie, typus erat verae gloriae.* Vide tom. cit. p. 98. ubi haec homilia quadragesima septima inscribitur. Item homilia decima tertia sancti Macarii. Init. fol. 213. *Qui amat veritatem, et Deum diligit.*

Item sancti patris nostri beati Macarii homilia decima quarta. Init. fol. 218. *Animae veritatis et Dei amantes, quae Deum perfecte induere cupiunt.* Vide ibidem. pag. 59. num. X. Item S. Macarii homilia decima quinta. Init. fol. 221. *Totum ecclesiae Dei visibile regimen propter substantiam animae rationalis factum est.* Item S. patris nostri beati Macarii homilia deci-

ma sexta. Init. fol. 227. a terg. *Optimum quidem est ieiunium et vigilia et peregrinatio ; sed haec post probam vitam.* Item sancti patris nostri beati Macarii homilia decima septima. Init. fol. 234. *Caelestis ignis ille divinitatis, quem intra se suscipiunt Christiani in corde suo.* Vide homiliam XI. ibid. pag. 59. Item S. patris nostri beati Macarii homilia decima octava. Init. fol. 243. *Quibusnam verbis alloquemur fratres nostros dilectos, et quomodo vos commonefaciemus, qui parastis vosmet ipsos ad Christi vestigia persequenda.* Vide ibid. pag. 64. ubi posterior huius homiliae pars (ab illis verbis " quemadmodum si rex quidam praeclarus, et vir valde locuples gratam sibi „ reperiat mulierem pauperem „) homilia decima quinta inscribitur. Item sancti patris nostri Macarii homilia decima nona. Init. fol. 260. a terg. *Dominus noster Iesus Christus cum docuit discipulos suos orationem.* Item sancti patris nostri beati Macarii homilia vigesima. Init. fol. 269. *Qui Deo placere vult, et credit se esse cum Christo.* Item sancti patris nostri beati Macarii homilia vigesima prima. Init. fol. 279. *Qui vult ad Deum accedere, atque aeterna vita dignus haberi.* Vide homiliam decimam nonam. Ibid. pag. 75. Item sancti patris nostri beati Macarii homilia numero vigesima secunda. Init. fol. 286. *Qui Deo vere sunt dilecti.* Item sancti patris nostri beati Macarii homilia vigesima tertia. Init. fol. 289. *Beatus Paulus apostolus architectorum ecclesiae princeps.* Item S. patris nostri beati Macarii homilia vigesima quarta. Init. fol. 294. *Qui mundum non derelinquunt, et verbum Dei non audiunt.* Sancti patris nostri beati Macarii homilia vigesima quinta. Init. fol. 301. *Qui vere cupiunt, se ipsos Deo tradere, ut promissionem futuri regni consequantur.* Item sancti patris nostri beati Macarii homilia numero vigesima sexta. Init. 307. *Quae est oeconomia Salvatoris, et ratio eius adventus?*

Is codex exaratus est anno Christi 1055. ut haec ostendunt calligraphi verba, quae fol. 314. in eius calce leguntur. *Explicit ope et clementia Dei hic noster liber vespere feriae sextae hebdomadae casei, die 25. mensis scebat* (februarii), *indictione octava, anno mundi* 6563. *Deus misereatur scriptoris possessoris, lectoris, curatoris, et exscriptoris, per intercessionem dominae Dei genitricis, et sancti Nicolai, et omnium sanctorum. Amen. Gerasimus abiectissimus et humillimus coaetaneorum suorum.* Consequitur fol. 312. haec alia adnotatio, recentius tamen addita. *Feria secunda, die vigesima nona mensis nisan* (aprilis) *anno Alexandri macedonis* 1712. (Christi 1401.) *hora prima diei praedicti natus est presbytero Basilio filius, quem Donatum nuncupavit. Deus, qui benedixit Abrahamo in Isaac, benedicat illi, servetque eum per intercessionem dominae matris lucis, et omnium sanctorum. Amen.* Pertinuit olim hic codex ad bibliothecam monasterii Graecorum montis Sinai. Sic enim in fronte habetur. *Hic liber e xlega-*

to spectat ad montem Sinai. Quisquis autem illum inde extraxerit, et hano paginam evulserit, excommunicatus esto.

LXXXV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 255, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, ioter codd. arabicos a Iosepho Simouio Assemano in vaticanam bibliothecam ex Aegypto inlatos, olim decimus septimus; ubi continetur.

Liber inscriptus, *hortus patrum monachorum, eorumque disciplinae et doctrinae praestantis*, sive monachorum dicta et gesta, ex Philoxeno syro, Barsanuphio anachoreta, Hierooymo, et Palladio collecta, et in quatuor partes per modum interrogationis et responsionis divisa. Frons auro et minio exornata. Pars I. ex sermone abbatis Philoxeni syri. Incipit fol. 3; desinit fol. 53. in hanc adnotationem: *absoluta et completa est pars prima ex sermone abbatis Philoxeni syri, in pace a Domino, amen.* Pars II. auctore Barsanuphio, anachoreta in Palaestina. Iocipit fol. 54; desinit. fol. 91. in haec amanuensis verba: *absoluta et completa est pars secunda horti monachorum, in pace a Domino, amen. Et amanuensis humilis pauper Soriel filius Abu-Mennae, nomine tenus presbiter, rogat omnes, qui hunc librum inspexerint, ut ei veniam peccatorum implorent.* Pars III. auctore Hieronymo. fol. 92. Pars IV. scripta a Palladio, continetque interrogationes et doctrinas seniorum de fuga a saeculo, et qniete in cella. Deest finis. Fol. 119. Exemplar anathematum in concubinarios, et in eos, qni vivente prima uxore, alteram ducunt; quae a patriarchis Coptitarum Chairac promulgari solent. Init. fol. 251. Is codex pertinuit olim ad Gabrielem episcopum Ghazae coptitam, qui eum in sui usum describi curavit anno aa. martyrum 1412. (Christi 1696.) uti fol. 1. ante frontem, eiusdem episcopi manu adnotatur.

LXXXVI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 237, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos a Iosepho Simonio Assemano bibliothecae vaticanae addictos, olim vigesimus septimus; quo continetur.

Simeonis filii Cholaili, fil. Macarii, monachi in sancti Iohannis coenobio in deserto scetensi liber inscriptus *exercitium solitarii, et solatium monachi*, in praefationem et duodecim capita distributus; quorum 1. De creatione hominis. 2. Do recta in Deum fide. 3. De anima. 4. De oratione. 5. De ieiunio. 6. De patientia. 7. De caritate. 8. De castitate. 9. De humilitate. 10. De donanda inimicis venia. 11. De temperantia. 12. De virtutum exercitio: omnia ex sacris

libris et patribus deprompta. Praefatio incipit fol. 2; caput 1. de creatione hominis incipit fol. 10. a terg. Is codex exaratus est anno martyrum 1407. Christi 1691. curante Gabriele episcopo hierosolymitano Coptitarum, quemadmodum amanuensis anonymus fol. 236. adnotat his verbis. *Explicit in pace liber Simeonis filii Cholaili, cuius benedictio nobiscum. Curavit autem hunc benedictum librum, qui est liber sancti, perfecti, religiosi, devoti Simeonis, Cholaili filii, unius ex monachis monasterii S. Iohannis in deserto scetensi (parcat nobis Deus per eiusdem preces) curavit, inquam, illum pater doctissimus, ablator scandalorum e sede sua apostolica, eversor haeresum in omni loco, et praeco legis Christi dogmatibus validissimis; iustus in veritate iudiciorum suorum; loquutor in sinceritate et rectitudine; minister sanctae ecclesiae resurrectionis in illustri sanctuario* (nempe Hierusalem); *angelus corporeus, pater spiritalis, consolator egenorum dum eos videt, et largitor eleemosynarum pauperibus etiamsi eos non videat, devotus in orationibus, dissertator assiduus de doctrinis divinis, sedulus in vindicando grege suo ab ore iniquorum luporum rapacium; qui tenet in manu sceptrum gloriosi regis, nempe crucem Domini nostri Christi filii unigeniti; qui vigilat pro nobis; pater paternus, sacerdos Dei altissimi, reverendus pater episcopus anba Gabriel, sumptum huius libri suppeditavit, ut utilis praesertim sit omnibus, qui ipsum viderint. In hoc autem libro continentur eximia dicta. Et magna misericordia et gratia illum legenti, audienti, et possidenti. Rogamus igitur Deum, ut nos adiuvet iis, quae in eo exhibentur, et peccata nostra nobis remittat.* Consequitur ibidem monitum praedicti Gabrielis episcopi hierosolymitani Coptitarum his verbis. *Gloria Deo. Gabriel episcopus illustris sanctuarii. Hic benedictus liber, inscriptus sancto magno Simeoni filio Cholaili, monacho monasterii sancti patris Iohannis exigui vallis Habib in deserto scetensi, transiit in dominium humilis peccatoris Gabrielis, nomine tenus non autem opere episcopi, ut in lectione eiusdem proficiat; petitque a Deo auxilium de opere perficiendo, quod ex praeclaris eius vocabulis legerit. Ipso autem vivente, nemini fas esto illum amovere a suo fidei commisso, et disperdendi. Post eius vero obitum addictus perpetuo sit atque in aeternum legatus templo sanctae dominae matris lucis, ecclesiae Dei sacrosanctae in Bablon ad gradus positae: et nemo auctoritatem a Deo habeat, et potestatem videndi hunc codicem, aut oppignerandi, aut removendi illum ex eius legato. Et Deo gratias semper. Datum die 17. mensis baonae, anno ss. martyrum* 1407. (Christi 1691.)

LXXXVII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 207, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim quadragesimus octavus, ubi continetur.

Simeonis ben-Cholaili filii Macarii monachi in monasterio sancti Iohannis in deserto scetensi, liber inscriptus *exercitium solitarii*, *et solamen monachi*, in praefationem et capita XII. distributus, quorum 1. De creatione hominis. 2. De recta in Deum fide. 3. De timore Dei. 4. De oratione. 5. De religione, ieiunio, et silentio. 6. De patientia. 7. De caritate. 8. De castitate. 9. De humilitate. 10. De donanda inimicis venia. 11. De temperantia, et rerum profanarum contemptu. 12. De virtutum exercitio. Confer cum praecedenti codice, ubi idem opus continetur. Praefatio incipit fol. 3; caput autem I. fol. 8. Is codex descriptus est anno Christi 1580, ut haec ostendunt librarii verba, quae fol. 207. in calce leguntur. *Explicit, absolutus, et completus est, ope Dei excelsi, hic liber benedictus, qui est liber exercitii solitarii, et solaminis monachi. Opus patris praestantis Simeonis ben-Cholaili filii Macarii. Idque contigit anno* 1891 *Alexandri Graecorum, qui respondet anno hegirae Arabum* 987, *exeunte mense hagge, diebus patris praestantis David Sciah* (seu Ignatii XVIII.) *patriarchae antiocheni syrorum Iacobitarum, et patris praestantis Iohannis patriarchae alexandrini XCVI. Coptiturum, et mar-Gregorii metropolitae hierosolymitani Syrorum, in monasterio dominae nostrae deiparae Virginis, vulgo Syrorum in deserto scetensi; curante fratre dilecto diacono Stephanino Ioseph ben-Sciairah, qui est ex urbe Emessa a Deo custodita. Dominus illi benedictionem impertiatur, et det illi intelligentiam, et cognitionem, et adeptionem auxiliorum spiritalium, quae in eo continentur, et utilitatum divinarum et gaudiorum aeternorum sine fine. Scripsit autem illum humilis, omnium peccatorum qui in terra sunt pessimus, verbo tenus monachus, opere vero fugitivus, qui est ex castro Vanech, quod et coenobium Abu-Ghaleb appellatur, in ditione Melitinae provinciae Carcar a Deo custoditae. Misereatur Deus misericordiam implorantis pro scriptore, curatore, lectore, auditore, et pro eo qui re ipsa praestat quod percipit; et gloria Deo.* Pertinuit, olim ad Mansorem filium Rezcallah medicum, qui illum se emisse testatur a praefato diacono Iosepho centum nummis argenteis, anno Graecorum 1893, Christi 1582: deinde vero ad Leonardum Abel episcopum sidoniensem, quem Gregorius XIII. ad praefatum patriarcham David Sciah anno 1583. ablegavit.

LXXXVIII.

Codex in 8. m. bombyc. foliorum 71, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim quadragesimus sextus; ubi continentur.

1. Paraeneses XXII. Ex homiliis sancti Iohannis chrysostomi depromptae, quae in divinis Iacobitarum Coptitarum officiis legi consueverunt. Eae autem pleraeque aut principio aut fine mutilae, aut blattis ac vetustate ita absumptae, ut variis in locis vix, ac ne vix quidem legi possint. Suppleri tamen possunt ex superioribus codicibus XL. et XLII. Prima paraenesis, initio mutila, incipit fol. 1. Vigesima secunda paraenesis de auscultandis, et diligenter perscrutandis dictis evangelicis, incipit fol. 63. a terg. 2. Sancti Ephraem syri paraeneses duae, quarum prima de studio bene agendi, dum id a nobis fieri potest; fol. 64. a terg. Altera ex sermone quarto eiusdem S. Ephraem de paenitentia; fol. 65. a terg. Deest finis, qui tamen suppleri potest ex superiore codice LXVII, et ex codice syriaco vaticano CLIX. num. 43, ubi idem sermo arabice e syriaco, ab alio tamen interprete redditus, exhibetur. Is autem codex ad decimum tertium Christi saeculum videtur referendus.

LXXXIX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 72, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim quadragesimus septimus; quo continetur.

Liber interpretationum, sive homiliarum, de festis dominicis, auctore sancto patre mar-Elia tertio catholico patriarcha Nestorianorum, cognomento Abu-Halim, et Ebn-Hadithi, patria maiapharkinensi, qui ex metropolita Nisibis in patriarcham electus ordinatusque dominica tertia post epiphaniam, anno Graecorum 1487, Christi 1176, obiit feria 5, die 12. aprilis, anno Graec. 1501. Christi 1190, testibus Amro, et Gregorio bar-Hebraeo in eius vita, quam Assemanus bibl. orient. tom. III. a pag. 287. edidit. Porro homiliae illae sunt numero viginti, et quidem diversae ab iis, quae in matutino festorum a Nestorianis recitari solent, quasque in syriacis vaticanis codicibus tomo II. catalogi recensuimus; videlicet 1. homilia de festo nativitatis Domini. Init. fol. 1. a terg. Laudat hanc homiliam Hottingerus in biblioth. orient. pag. 62. ex codice mss. bibliothecae leidensis, hoc ipsum Eliae nostri opus complectente, in haec verba: *explicatio festi nativitatis facta a patre sancto catholico patriarcha Elia III, cognomento Ibn-Hadithio. Prodiit antehac et latine, et arabice separatim, nunc textum cum versione dedit celeb. D.*

Golius, in mantissa grammaticae Erpenii recens editae p. 249. Haec Hottingerus, qui monitum Golii de stilo, aetate, et scriptis Eliae ibidem subiungit; ubi tamen Elias noster patriarcha antiochenus perperam a Golio nuncupatur. Eandem homiliam ex arabico latinam fecit etiam Thomas Gravius, uti liquet ex catalogo librorum mss. Angliae vol. I. num. 3807. ubi isthaec legas: *expositio, seu sermo in Christi nativitatem patris catholici Eliae patriarchae, latine ex arabico per Thomam Gravium*. 2. Homilia de festo dominae beatae Mariae virginis, quod incidit inter nativitatem et epiphaniam. Init. fol. 5. 3. Homilia de festo epiphaniae. Init. fol. 8. a terg. 4. Homilia de medio ieiunii quadragesimalis. Init. fol. 14. 5. Homilia de dominica hosannarum. Init. fol. 17. 6. Homilia de feria quinta paschatis, sive in caena Domini. Init. fol. 20. 7. Homilia de sabbatho magno. Init. fol. 23. 8. Homilia prima de festo resurrectionis. Init. fol. 26. a terg. 9. Homilia altera de festo resurrectionis. Init. fol. 29. a terg. 10. Homilia de festo ascensionis. Init. fol. 31. a terg. 11. Homilia de festo pentecostes. Init. fol. 35. a terg. 12. Homilia de festo dominae, quod incidit in diem 15. mensis ab, id est, augusti. Init. fol. 38. a terg. 13. Homilia de festo crucis. Init. fol. 44. a terg. 14. Homilia de sancto Phethione martyre, sub Iezdegerde Persarum rege; cuius nomine plura coenobia ac templa in Perside et Assyria condita sunt. Init. fol. 47. a terg. 15. Homilia de iudice ac vidua, de quibus Luc. cap. 18. Init. fol. 51. a terg. 16. Homilia de Maria peccatrice et pharisaeo; legenda dominica prima hebdomadae Eliae. Init. fol. 54. a terg. 17. Homilia de filio prodigo, recitanda die lectionis evangelicae de eodem, et in rogatione ninivitica; nec non de paenitentia. Init. fol. 58. a terg. 18. Concio, sive oratio paraenetica, habita mense gemmadi posteriore, anno hegirae octogesimo quinto supra quingentesimum, hoc est Christi 1188. Init. fol. 62. a terg. Tam in hac quam in sequentibus duabus orationibus auctoritates et testimonia, quae ex sacris bibliis et sanctis patribus passim afferuntur, chaldaicis litteris ac sermone expressa sunt. 19. Oratio paraenetica habita Mardini in ecclesia vetere anno hegirae septuagesimo quinto supra quingentesimum, Christi 1179. Init. fol. 65. a terg. 20. Oratio de sponsalibus, quam auctor veteris indicis mss. vaticani de angelis perperam inscribit. Init. fol. 68. a terg. Aliae eiusdem argumenti orationes et homiliae arabicae syriacis litteris descriptae extant in codicibus syriacis, quos in duobus catalogi syriaci tomis recensuimus. Hic autem exaratus est anno Christi 1552. Sic enim folio 72. ad calcem syriace nestorianis litteris habetur. *Ope domini ac Dei nostri absolutus perfectusque est hic liber interpretationum, sive homiliarum, anno Graecorum benedictorum, nempe Alexandri* 1863, *hegirae vero* 959, *diebus patris patrum, et magistri pastorum, pii, propitiatoris, sapientis, cognitione ac intelligentia praediti, mar-Simeonis catholici patriarchae orientis. Perstet eius sedes in*

aeternum, et exaltetur nomen eius in saecula saeculorum. Amen. Descriptus autem fuit in oppido benedicto beth Saphra etc. Simeon hic, qui et Denha, seu Lucius, cognomento bar-Mama, sedem patriarchalem Chaldaeorum anno Christi 1552. ineunte invasit, quum catholici Chaldaei Iohannem Sulacam a romano Pontifice postulassent, quod nullus apud Chaldaeos metropolita, qui patriarcham ordinaret, reliquus fuisset. Idem bar-Mama anno Graecorum 1866, Christi 1555, praefatum Sulacam ex urbe Roma in civitatem Caramit, seu Amidam, regressum, a mahometano praeside interfici curavit, aliaque exsecranda facinora patravit, quae Ebediesus Gazartae metropolita, deinde patriarcha Chaldaeorum, in suis carminibus de praedicto Sulaca, commemorat, quae in syriacis vaticanis codicibus fuerunt a nobis recensita. Obiit autem ille anno Christi 1559, quemadmodum Assemanus in bibl. orient. tom. III. pag. 621. adnotavit.

XC.

Codex in 8. bombyc. foliorum 53, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim quadragesimus secundus; quo continetur.

Sancti patris Iohannis episcopi Borlos coptitae sermo de resurrectione mortuorum, et de die iudicii; quinque prioribus paginis, atque adeo principio mutilus. Incipit fol. 1. Is codex exaratus fuit anno Christi 1218. Sic enim fol. 52. ad calcem eadem, qua totus codex, manu adnotatum legas. *Explicit sermo, quem composuit sanctus pater mar-Iohannes episcopus Borlos de resurrectione, et resuscitatione mortuorum, et de die iudicii; in pace a Domino. Complementum autem eius fuit feria quinta, die 18. mensis barmudae, anno sanctorum martyrum nongentesimo trigesimo quarto. Pertinet ad bibliothecam patris praestantis sacerdotis sapientia perfecti Abul-Baca, filii patris puri, et gemmae pretiosae sancti patris . . . . . episcopi Dandarae. Donet Deus animae eius requiem, et elargiatur nobis suas benedictiones. Amen. Misereatur Deus legentis, aut orantes misericordiam pro eius exscriptore misero, bonorum operum inope, delictorum pleno, Daniele filio Zachariae episcopo Cus. Quietem donet Deus animae ipsius, et omnium filiorum baptismi. Misereatur Deus lectoris, et curatoris, et amanuensis peccatoris. Amen.*

XCI.

Codex in 8. oblongo bombyc. foliorum 180, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codd. arabicos vaticanos, olim centesimus sexagesimus sextus; quo continentur.

Conciones sive homiliae de festis et feriis maioribus, in divinis officiis per anni circulum, iuxta titum ecclesiae alexandrinae Coptitarum legendae, pleraeque tamen principio, medio, et fine mutilae. Incipiunt *ab homilia de sancto magno Mercurio martyre, recitanda die 25. mensis abibi* (iulii) Fol. 1. Is codex ad decimum quartum Christi saeculum videtur referendus.

XCII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 99, arabicis litteris et sermone varia manu exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus sexagesimus primus; quo continentur.

1. Homiliae duae, quae iuxta ritum ecclesiae alexandrinae Coptitarum in die magno parasceves legi solent. Earum prima initio mutila incipit fol. 1. Altera ad horam sextam eiusdem diei recitanda, integra est, incipitque fol. 5. 2. Chronologica series patrum Patriarcharum alexandrinorum, fine mutila. Desinit in Theodorum quadragesimum quintum patriarcham, qui obiit anno Christi 737, postquam sedisset annos undecim, menses sex. Fol. 24. 3. Fragmentum libri Severi episcopi Asmonaeorum de conciliis, seu apologiae dogmatis Iacobitarum de una in Christo natura, cum appendice eiusdem libri de die nativitatis et baptismi D. N. I. Ch., quem in feriam tertiam incidisse, ex epactis solaribus, Severus ostendere conatur. Confer cum cod. CLV, ubi integrum hocce opus exhibetur. Init. fol. 20. 4. Abu-Zachariae Iahiae ben-Adi iacobitae, de quo alibi, dissertatio de fide Iacobitarum et Nestorianorum circa incarnationem Dei Verbi: exponitur utraque fides; et Iacobitarum dogmata auctoritate sacrarum litterarum atque conciliorum propugnantur adversus errores Nestorianorum. Fol. 3. 5. Grammatica arabica principio et auctoris nomine deficiens, elegantissime tamen exarata. Init. fol. 68. Is codex ad decimum quintum Christi saeculum videtur referendus. In eo auctor veteris indicis ms. vaticani duos alios tractatus contineri scribit, nimirum *lexicon parvum arabicum auctore abul-Abbas, et abul-Hosanin tractatus de cibis et conviviis*; qui tamen non in hoc, sed in alio codice eodem numero CLXI. per errem notato, reperiuntur.

XCIII.

Codex in 4. bombyc. foliis constans 196, arabico sermone et litteris elegantissimis exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim centesimus sexagesimus septimus; quo continentur.

I. Sancti patris Evagrii pontici ascetica XXXV, e graeca lingua in arabicam ab anonymo conversa, in quibus de virtutibus et vitiis eisdem op-

positis, nec non de solitudine, et oratione potissimum disseritur; praemissa S. Lucii abbatis epistola, quo hortante, Evagrius ad hocce opus scribendum animum appulit. Init. fol. 1. Consequitur responsio S. Evagrii ad praefatam epistolam sancti Lucii. Ibid. a terg. Porro cap. 1. de peregrinatione, fol. 2. Cap. 35. et ultimum de superbia fol. 124. a terg. Vide secundum syriaci catalogi tomum, ubi omnia S. Evagrii opera, quae syriace vel arabice exstant, recensuimus. 2. Eiusdem S. Evagrii pontici tractatus de octo vitiosis cogitationibus, ex sacris scripturis collectus, adiecto eodem tractatu sine scripturae testimoniis. Init. fol. 126. a terg. Consequuntur eiusdem Evagrii paraeneses tres, quarum prima ad imitationem Ecclesiastici, incipit fol. 134. Secunda ad imitationem cantici canticorum. Fol. 135. Tertia paraenesis. Ad imitationem proverbiorum Salomonis. Fol. 135. 3. S. Basilii episcopi Caesareae sermo de moderandis animi cogitationibus; et quod corpus malum non est, nec caussa mali, ut quidam putaverunt. Init. fol. 136. Extat inter editas sancti Basilii magni constitutiones monasticas. Cap. 2. 4. Fragmentum epistolae S. Pauli apostoli ad Ephesios, sistens caput quartum vulgatae editionis, a commate 17. ad finem. Init. fol. 138. a terg. 5. Psalterium Davidis prioribus sex psalmis, nec non pluribus aliis circa medium et finem, mutilum. Init. fol. 139. 6. S. patris Evagrii pontici epistola ad sanctum patrem Evagrium episcopum antiochenum de patientia sua, quum de ea ipsum sciscitatus fuisset. Init. fol. 191. 7. Eiusdem sancti Evagrii pontici de modo vivendi monachorum aegyptiorum et syrorum. Init. fol. 191. 8. Eiusdem sancti Evagrii pontici expositio in orationem *pater noster, qui es in caelis* etc. quae in evangelio est descripta. Init. fol. 192. a terg. 9. Vita sancti Evagrii pontici diaconi, auctoris nomine et fine destituta. Init. 193. a terg. Ibi dicitur Evagrius ponticus Constantinopoli natus, a sancto Basilio caesareensis ecclesiae lector ordinatus, post eius mortem a Gregorio nazianzeno diaconus factus, Hierosolymam primum, deinde in Aegyptum secessisse, atque in nitriensi deserto sub utroque Macario, aegyptio nempe et alexandrino, monachum egisse. Eius scripta, quae graece vel latine lucem publicam adspexerunt, recenset Cavaeus tom. I. pag. 159. Atque heic observandum, pleraque Evagrii opera sub Nili nomine prodiisse: nimirum de octo vitiosis cogitationibus liber, editus a Combifisio in auctario novissimo an. 1672, et a Iosepho Maria Suaresio Romae an. 1673. Alius de eodem argumento tractatus apud Cotelerium tom. III. monument. eccles. graecae pag. 185. Ad Eulogium monachum tractatus asceticus, apud Suaresium Romae 1673. Ad eundem de vitiis, quae virtutibus sunt opposita. Ibidem. De diversis malignis cogitationibus liber. Ibidem. Noster vero codex, quem ad decimum tertium Christi saeculum haud immerito referas, descriptus est a quodam Isaaco monacho ad usum monasterii sancti magni Bissaei, seu Pesois in Aegypto su-

periore, uti fol. 189. ad calcem psalterii adnotatur; ubi et haec recentius addita legas. *Emit hunc librum Iohannes filius Abulchairi, nomine tenus monachus et presbyter, a monacho Raphaële fratre Mergae presbyteri ex monasterio sancti Bissaei magni* etc.

XCIV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 126, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim centesimus quinquagesimus quartus; ubi continentur.

Quaestiones variae theologico-morales inter discipulum et magistrum, in quibus planissime ostenditur ex sacris litteris opus, quo quis a peccato immunis esse possit. Eae autem sunt num. XXII. videlicet. I. Ostenditur via, quae ad liberationem a peccato originali et actuali perducit; nimirum baptismus, et confessio. Deest initium, quod tamen ex aeq. cod. XCVII. suppleri potest. II. Exponitur utilitas qua fruuntur sumentes eucharistiam, uti et ii qui ea abstinent tempore quo paenitentiae canonem persolvunt; et quare baptismus secunda nativitas dicatur. Init. fol. 14. III. Ostenditur ratio, cur a sumptione eucharistiae probibeatur, qui canoni paenitentiae subest. Init. fol. 26. a terg. IV. De liberatione a peccato; et explicatur illud Iohannis baptistae (apud Matth. 3. 2.): paenitentiam agite, appropinquavit enim regnum caelorum. Init. fol. 39. a terg. V. Explicantur verba Christi (Iohan. 14. 12.): amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quae ego facio, et ipse faciet, et maiora his faciet. Item illud eiusdem (Matth. 17. 19.): qui habuerit fidem sicut granum sinapis, transferet montem. Item illa divi Pauli (hebr. 3. 3.): gloria spiritus in fideli amplior apparet, quam in facie Moysis. Init. fol. 46. VI. Explicatio dicti Domini in evangelio Marci (16. 17.): signa autem eos qui crediderint, haec sequentur; in nomine meo daemonia eiicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent, et si quid mortiferum manducaverint, non eis nocebit; super aegros manus imponent, et bene habebunt. Item explicatio trium parabolarum, quae sunt in evangelio Matthaei (13. 24. et seqq.) scilicet de tritico, de grano sinapis, et de fermento. Init. fol. 55. a terg. VII. Explicantur verba Domini (Matth. 11. 12.): a diebus autem Iohannis baptistae usque nunc regnum caelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud; omnes enim prophetae, et lex, usque ad Iohannem prophetaverunt. Item exponitur illud Iohannis evangelistae (1. 17.): gratia et veritas per Iesum Christum facta est. Item illud Matth. (3. 12.) de ventilabro permundante triticum, deque frumento, et palea. Init. fol. 62. a terg. VIII. Explicantur verba Iohannis evangelistae epist. I. cap. 3. 9: quia omnis, qui natus est ex Deo, non peccat. Item ea eiusdem cap. 5. 16: qui scit fratrem suum peccare

peccatum non mortale, oret pro illo. Init. fol. 68. a terg. IX. Explicatur illud Domini (Matth. 7. 24.): omnis, qui audit verba mea haec, et facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram; et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et non cecidit; fundata enim erat super petram. Item exponitur parabola (Matth. 25. 1.) de quinque virginibus sapientibus, et quinque fatuis; et illud (Matth. 5. 3.) beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Init. fol. 74. X. Explicatur dictum Domini ad Petrum (Matth. 16. 18.): tu es petra, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam; et tibi dabo claves regni caelorum; et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelis. Item illud eiusdem (Matth. 11. 11.): non surrexit inter natos mulierum maior Iohanne baptista. Init. fol. 83. a terb. XI. Explicatur illud Domini (Matth. 10. 16.): estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae. Item illud eiusdem (Matth. 23. 9.): nolite vocare vobis patrem super terram; unus est enim pater vester, qui in caelis est: et nolite vocare vobis magistrum super terram; unus est enim magister vester Christus. Init. fol. 92. XII. Explicantur tres parabolae in evangelio (Matth. 13. 44. et seqq.) scriptae; videlicet de thesauro abscondito in agro, de homine mercatore quaerente margaritas, et de sagena missa in mare. Init. fol. 101. XIII. Declarantur omnes utilitates confessionis peccatorum sacerdoti, quae decem recensentur. Init. fol. 109. XIV. Explicatur illud Domini (Matth. 24. 42.): vigilate, et custodite domos vestras, sicut paterfamilias, qui nescit, qua hora fur venturus sit. Item illud Iohannis baptistae de Christo (Luc. 3. 16.): ego baptizo vos in aqua, ille autem baptizabit vos in spiritu sancto, et igne. Item illud Iohannis evangelistae epist. I. 5. 6: Iesus Christus non tantum in aqua sola, sed in aqua, et spiritu, et sanguine: et spiritus ipse est, qui testificatur, quod spiritus est veritas. Init. fol. 114. XV. Exponitur parabola Christi de decem virginibus; item eiusdem dictum (Matth. 16. 24.): si quis vult sequi me, abneget semet ipsum, et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me. Init. fol. 120. XVI. Absolvitur expositio parabolae de decem virginibus; item explicatur comparatio olei cum humilitate; et parabola hominis proficiscentis, qui tradidit bona sua servis suis. Declaratur praeterea sensus quinque talentorum, duorum, et unius talenti: item quinque passerum, qui dipondio; et duorum, qui uno denario veneunt. Item disseritur de dignitate ordinis sacerdotalis, de potestate ligandi et solvendi, deque praestantia baptismi, et quaenam sit definitio paenitentiae, et quam praestans impositio manus sacerdotis super paenitentem. Init. fol. 22. Deest finis huius quaestionis una cum posterioribus sex aliis quaestionibus, quae tamen ex sequente codice XCVII suppleri possunt. Is

codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

XCV.

Codex in 8. chartac. foliorum 34, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices amidenses olim vigesimus; quo continetur.

Tractatus didascalicus de sacramento baptismi, et de sacramento paenitentiae; deque praeceptis Dei, et ecclesiae, eorumque observatione; sine auctoris nomine, principio et fine mutilus. Init. fol. 1. Is codex manu Iosephi I. amidensis, catholici Chaldaeorum patriarchae, qui Romae anno Christi 1713. mortem obiit, descriptus, ac fortasse compositus videtur.

XCVI.

Codex in 8. chartac. foliorum 92, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos vaticanos, olim centesimus vigesimus; quo continetur.

Porta, sive tractatus de oratione, ieiunio, et misericordia, seu eleemosyna, aliisque virtutibus, a tyrone puero collectus, et mendose descriptus. Init. fol. 4. a terg.

XCVII.

Codex in fol. chartac. foliorum 127, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos vaticanos, olim trigesimus; quo continentur.

I. Quaestiones decem theologico-morales inter discipulum et magistrum; quarum 1. de unitate, et trinitate, et quod Christus sit filius Dei. 2. De incarnatione filii Dei, eiusque crucifixione. 3. De precibus, quae fidelibus christianis sunt imperatae. 4. De panis et vini in corpus et sanguinem Christi conversione. 5. De ieiunio eiusque excellentia. 7. Cur Adam a Domino redimi meruerit, diabolus vero non item. 8. De incarnatione filii Dei in utero Virginis genitricis suae, eiusque lactatu, aliorumque decentium operum. 9. Explicantur haec Domini verba: pater meus, et pater vester; Deus meus, et Deus vester. 10. De fine creationis diaboli et Adami, et quaenam Deus operatus sit pro redemptione Adami. Init. fol. 1. II. Liber complectens octo sectiones, in totidem interrogationes et responsiones inter discipulum et magistrum dispositas; quarum index principio praefigitur. Videlicet 1. demonstratur, Deum unum esse in essentia, et trinum in personis. 2. De descensu iustorum ad inferos ante adventum Christi. 3. De modo iustificationis a peccato, et quomodo panis et vinum fiant corpus et sanguis Christi. 4. Ostenditur detrimentum, quo adficitur is qui absque confessione et paenitentia sumit eucharis-

tiam: item qui eiusdem sumptionem negligit. 5. Exponuntur verba Christi apud Iohan. 4. 24: et eos qui adorant, in spiritu et veritate oportet adorare. 6. Item explicantur verba Christi apud Iohan. 8. 34: qui facit peccatum, servus est peccati. Haec autem cum sequentibus quatuor sectionibus, ex oscitantia bibliopegi, ad calcem sequentis libri a fol. 116. ad finem codicis, compacta est. 7. Demonstratur, quantum praestet confessio, quae fit sacerdotibus Christi, prae illa quae fiebat sacerdotibus veteris legis. 8. Ostenditur quantae utilitatis sit habere magistrumet animae rectorem, deque huius rei conditionibus. Init. fol. 11. a terg. III. Liber continens plures quaestiones inter discipulum, et magistrum, in quibus planissime ostenditur ex sacris litteris opus, quo quis a peccato immunis esse possit. Eae autem sunt numero XXII. quarum series initio praemittitur. Videlicet 1. ostenditur qualitas viae, quae ad liberationem a peccato originali et actuali et futuro perducit. 2. Agitur de sacrosancta eucharistia, deque utilitate quae ab eam sumentibus percipitur. 3. De paenitentia ante eucharistiae sumptionem persolvenda. 4. Exponuntur verba Christi apud Iohan. cap. 14. ver. 12: amen amen dico vobis, qui credit in me, opera, quae ego facio, et ipse faciet, et maiora his faciet. 6. Explicatur illud Christi Domini apud Marcum 16. 17: signa autem eos, qui crediderint, haec sequentur; in nomine meo daemonia eiicient, linguis loquentur novis. 7. Exponitur illud Matthaei. 11. 12: a diebus autem Iohannis baptistae, usque nunc, regnum caelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud. etc. 8. Exponuntur verba Iohannis apostoli et evangelistae epist. 1. cap. 3. v. 9: omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit. 9. Explicatur illud Christi domini apud Matth. 7. 24: omnis ergo, qui audit verba mea, et facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram etc. 10. Exponuntur verba Christi domini ad Petrum Matth. 16. 8: tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam etc. 11. Explicatur illud Christi domini apud Matth. 10. 16: estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae. 12. Explicantur tres parabolae Christi de thesauro abscondito apud Matth. 13. 44. 13. De utilitatibus confessionis auricularis, seu sacramenti paenitentiae. 14. Explicatur illud Christi domini apud Matth. 24. 42: vigilate et custodite rem domus vestrae, sicuti solet dominus domus qui nescit qua hora fur venturus sit. 15. Declaratur parabola Christi de decem virginibus; item eiusdem dictum apud Matth. 16. 24: si quis vult venire post me, abneget semet ipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. 16. Absolvitur expositio parabolae de decem virginibus; et explicatur similitudo hominis peregre proficiscentis, qui tradidit bona sua servis suis, apud Matth. cap. 25. v. 14. 17. Ostenditur, hominem non posse in hoc saeculo vitam absque calamitatibus agere. 18. Exponuntur canones paenitentiales a peccatoribus ad bonam

frugem redeuntibus persolvendi: item declaratur similitudo vilici iniquitatis apud Luc. 16. 8. 19. Exponitur illud Petri; (immo Pauli epist. ad Rom. 2. 28.): non enim qui in manifesto iudaeus est, sed qui in abscondito iudaeus est. 20. Explicatur illud Christi. Luc. 13. 22: nolite timere pusillus grex. 21. Ostenditur, quomodo sacerdoti concessa sit potestas absolvendi a peccatis. 22. Demonstratur, peccatorem sacramentaliter confessum fieri filium Abrahami et filium Dei. Init. fol. 33. a terg. Confer cum superiore codice XCIV, ubi eaedem quaestiones exhibentur. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus, pertinuitque olim ad Leonardum Abel episcopum sidoniensem, uti in fronte adnotatur.

XCVIII.

Codex in fol. chartac. foliorum 66, arabicis litteris et sermone varia manu exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus quadragesimus septimus; quo continentur miscellanea sacra, videlicet.

1. Sectio secunda de unione verbi Dei cum homine ad Adamitarum gloriam; deque Christi nati apparitione ad portanda peccata, et salvandas gentes; ex capite secundo, inscripto demonstratio libri Amri Matthaei filii Behman tirhanensis nestoriani; cuius titulus *turris*, de quo infra codd. CIX. et CX. Init. fol. 1. 2. Dissertatio de fide in unum Deum, et confessione personarum trinitatis incarnationisque Verbi, secundum dogma christianorum orthodoxorum, auctore anonymo catholico. Init. fol. 11. Duo hi superiores tractatus descripti sunt (uti in calce secundi fol. 26. adnotatur) Alepi a Georgio sacerdote alepensi melchita, ex libro *turris*, qui penes presbyterum Iohannem nestorianum mosulensem extabat anno Adami 7099. (Christi 1591.) 3. Adfirmationes christianarum nationum orientalium de Christo domino, et de sancta trinitate; ubi singulorum nationum adfirmationes de divini Verbi incarnatione recensentur, et quae falsa sunt, refelluntur; auctore anonymo melchita. Init. fol. 27. 4. Historia disputationis de mysteriis fidei christianae, et de vita monastica, habitae inter Georgium abbatem monasterii S. Simeonis stylitae, et doctores tres mahometanos, coram duce Arabum nuncupato Mosciammar, anno Adami 6725. (Christi 1213.) uti in prohoemio dicitur. Init. fol. 58. 5. Bulla sanctae memoriae Eugenii papae IV. edita in concilio generali florentino super unione Iacobitarum et Graecorum cum ecclesia romana. Init. fol. 52. Confer cum seq. codice, ubi omnes hucusque recensiti tractatus, excepta bulla Eugenii IV, exhibentur.

XCIX.

Codex in folio bombyc. foliorum 76, arabicis litteris et sermone exara-

tus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus sexagesimus octavus; quo continentur.

1. Miscellanea sacra, videlicet Abrahami monachi tabaranitae disputatio cum Abdarrahmano filio Abdalmalek, fil. Salehi, hascemita, Arabum duce, et cum iudaeo anonymo, de fide Christianorum; ubi veritas mysterii Trinitatis, et divinitatis Christi, aliorumque christianorum dogmatum adversus Mahometanos, et Iudaeos propugnatur, eorumque obiectiones refelluntur. Init. fol. 1. 2. Quaesita et responsa episcoporum, de trinitate, immortalitate animae, resurrectione corporum, et de sacris imaginibus. Init. fol. 18. 3. Nomina imperatorum, a Constantino magno ad Michaëlem palaeologum, et quot annos singuli imperaverint; et quinam ex iis orthodoxi fuerint, quinam vero heterodoxi. Init. fol. 22. 4. Sermo sancti Iohannis chrysostomi de iis qui divino sacrificio adesse negligunt. Init. fol. 22. a terg. 5. Sectio secunda de unione verbi Dei cum homine ad Adamitarum gloriam, deque Christi nati apparitione ad portanda peccata et salvandas gentes; ex capite secundo inscripto : demonstratio, libri Amri Malittaei filii Behman tirhaneosis nestoriani; cuius titulus *turris* (de quo infra codd. CIX. et CX.) qui penes presbyterum Iohannem nestorianum mosulensem adservabatur, descripta; uti in epigraphe initio praefixa calligraphus adnotavit. Init. fol. 23. 6. Dissertatio de fide in unum Deum, et confessione personarum Trinitatis, incarnationisque Verbi, iuxta dogmata Christianorum orthodoxorum. Init. fol. 35. 7. Adfirmationes christianarum nationum orientalium de Christo, et de Trinitate; ubi singularum nationum dogmata de Trinitate et de incarnatione divini Verbi recensentur, et quae falsa sunt, refelluntur, auctore anonymo melchita. Init. fol. 51. 8. Historia disputationis de mysteriis fidei christianae, et vita monastica, habitae inter Georgium abbatem monasterii sancti Simeonis stylitae, et doctores tres Moslemanorum coram duce Arabum, nuncupato Mosciammar, anno Adami 6725. (Christi 1213.) uti in prohoemio legitur. Init. fol. 58. a terg. hoc est. *Imperante rege Dhahero Gazi, filio Iosephi, filii Iobi al-Salahi, Mahometanis in urbe Alepo et in urbe Antiochia versantibus; et regnante Leone, filio Stephani, rege Armeniorum; anno hegirae* 610, *qui respondet anno patris nostri Adami, quocum pax*, 6725. *accidit, ut abbas monasterii sancti thaumaturgi Simeonis ad oram maritimam, in conspectum Emiri Sultani veniret* etc. Is codex exaratus est anno Christi 1591, quemadmodum haec docent calligraphi verba, quae in clausula dissertationis de fide num. 6. notata, fol. 46. leguntur. *Explicit dissertatio, cum benedictione Dei excelsi, manu scribae nomine presbyteri Georgii alepini, filii magistri Mosis, cognomento Ebn-Hannun, commorantis hodie in vico novo Alepi. Completum autem fuit hocce exemplar benedictum anno Adami parentis nostri septies millesimo nonagesimo nono, die* 13.

martii, in usum episcopi Leonardi Abel, cui Deus benedicat, et reducat eum incolumem et salvum ad patriam suam et ad suos propinquos.

C.

Codex in folio chartac. foliorum 50, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus. inter codd. arabicos vaticanos a Clemente Caracciolo neophyto descriptos, olim octavus; quo continentur.

1. Athanasii liber adversus Iudaeos; ubi vaticinia prophetarum de adventu Messiae proferuntur, et Iudaeorum obiectiones adversus cetera christianae religionis dogmata refelluntur: qui liber idem est ac interrogationes Iudaeorum et haereticorum, et responsiones christianorum de iis quae ad divinam Christi dispensationem spectant. Init. fol. 2. a terg. 2. Eliae barsinaei, metropolitae Nisibis, nestoriani, epistola ad Abulolam, Saëdum, Saheli filium, scribam, exhibens eiusdem Eliae sessiones septem, sive disputationem habitam cum prorege Hosaino Abil-Casemo filio Ali, africano, mahometicae sectae professore, anno hegirae 419. (Christi 1028.) Porro sessio. 1. *De unitate et trinitate.* 2. *de unione*, hoc est incarnatione Verbi; ubi Nestorianorum dogma de duabus Christi personis exponitur. 3. *Demonstratur ex alcorano, Christianos unum Deum colere.* 4. *Veritas christianae religionis ex ratione et miraculis demonstratur.* 5. *Christianos ab omni errore esse immunes.* 6. *De grammatica, lingua, charactere, et vocibus.* 7. *Quid Christiani sentiant de astrologia iudiciaria, de Mahometanis, et de anima.* Init. fol. 10. Is codex scriptus est anno Christi 1712. ut haec ostendunt calligraphi verba, quae in eius clausula leguntur. *Explicit epistola praestantis patris Eliae metropolitae Nisibis nestoriani. Eius autem exscriptio completa est dominica die 22. mensis jiar* (maii) *anno divinae incarnationis 1712, calamo peccatoris Clementis Caraccioli, qui codicem transcripsit ab exemplari perantiquo* (existente in bibliotheca sancti Petri montis aurei de Urbe) *quod exaratum fuit anno incarnationis divinae millesimo ducentesimo quadragesimo secundo.*

CI.

Codex in folio bombyc. foliorum 396, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codd. arabicos ex Aegypto, Iosephi Simonii Assemani opera, in vaticanam bibliothecam illatos, olim vigesimus tertius; quo continetur.

Liber confessionis, seu fidei, Patrum de sancta Trinitate, et Verbi incarnatione; ubi auctoritates patrum et episcoporum, maxime alexandrinae et

antiochenae sedis, circa praedicta mysteria, et unicam in Christo naturam, iuxta haeresim Iacobitarum, a Paulo ben-al-Ragia coptita, cognomento al-Vadheh, id est scholiaste, in duas partes digestae, et e coptica lingua in arabicam conversae, exhibentur; praefixa praefatiuncula cum serie Patrum, e quibus auctoritates sunt desumptae. Incipit fol. 1. a terg. Pars I. complectitur XXVIII. auctoritates; videlicet. 1. apostolorum in didascalia. 2. Hierothei discipuli sancti Pauli apostoli. 3. Attici constantinopolitani. 4. Archaei cuiusdam urbis Africae episcopi. 5. Dionysii areopagitae. 6. Ignatii antiocheni. 7. Gregorii thaumaturgi. 8. Gregorii Armeniorum episcopi. 9. Alexandri alexandrini. 10. Patrum nicaenorum in symbolo; quorum etiam canones quidam, Coptitis peculiares, proferuntur. 11. Athanasii magni. 12. Basilii magni. 13. Gregorii nysseni. 14. Felicis papae. 15. Iulii papae. 16. Innocentii papae. 17. Silvestri papae disputatio adversus Iudaeos. 18. Vitaliani papae. 19. Ephraem syri. 20. Procli constantinopolitani. 21. Severiani Gabalorum episcopi. 22. Eupraxii Armeniorum episcopi. 23. Iohannis hierosolymitani. 24. Theodosii ancyrani. 25. Epiphanii episcopi Cypri. 26. Gregorii nazianzeni. 27. Iohannis chrysostomi. 28. Theophili alexandrini. Init. fol. 7. Pars II. Sistit auctoritates Patrum, a Cyrillo alexandrino ad Christodulum eiusdem sedis Coptitarum patriarcham; ubi praeter multa ex sancto Cyrillo prolata testimonia, sequentia scripta fere integra referuntur, videlicet. 1. Theodosii alexandrini oratio de Trinitate. 2. Eiusdem epistola ad clerum alexandrinum, e loco exilii missa. 3. Eiusdem epistola synodica, quam in assumptione sua ad thronum alexandrinum scripsit ad patriarcham antiochenum. 4. Severi antiocheni fides missa ad imperatorem Anastasium. 5. Eiusdem epistola ad Iulianum halicarnassenaem de incarnatione. 6. Eiusdem oratio in illud: Deus meus, Deus meus, quare dereliquisti me. 7. Eiusdem oratio habita coram imperatore. 8. Eiusdem epistola ad Anastasium imperatorem. 9. Eiusdem epistola synodica ad Iohannem alexandrinum. 10. Eiusdem epistola synodica ad Theodosium alexandrinum. 11. Iacobi sarugensis Bathnarum episcopi oratio de nativitate Domini. 13. Beniamini alexandrini adversus eos, qui dicunt, divinitatem Verbi esse mortalem. 14. Iohannis alexandrini epistola synodica ad Cyriacum antiochenum. 15. Cyriaci antiocheni epistola synodica ad Marcum alexandrinum. 16. Theodosii antiocheni ad Michaëlem alexandrinum. 18. Michaëlis alexandrini ad Iohannem antiochenum. 19. Cosmae alexandrini ad Iohannem antiochenum. 20. Eiusdem Cosmae epistola qua respondet Basilio antiocheno. 21. Basilii antiocheni ad Cosmam alexandrinum. 22. Macarii alexandrini ad Iohannem antiochenum. 23. Dionysii antiocheni ad Mennam alexandrinum. 24. Mennae alexandrini ad Iohannem antiochenum. 25. Dionysii antiocheni epistola synodica altera ad Mennam alexandrinum. 26. Iohannis antiocheni epistola synodica ad Mennam alexandrinum, quum Romaeo-

rum (Graecorum) imperator ipsum Iohannem vinctum Constantinopolim adduxit, ubi coram eodem disputationem habuit cum patriarcha constantinopolitano. 27. Eiusdem Iohannis altera synodica ad Mennam alexandrinum. 28. Philothei alexandrini synodica ad Dionysium antiochenum. 29. Eiusdem Philothei responsio ad Athanasium antiochenum. 30. Athanasii antiocheni synodica ad Philotheum alexandrinum. 31. Iohannis antiocheni synodica ad Zachariam alexandrinum. 32. Eiusdem Iohannis responsio ad synodicam Zachariae alexandrini. 33. Zachariae LXIV. patriarchae alexandrini synodica ad Iohannem antiochenum. 34. eiusdem Zachariae ad Iohannem antiochenum epistola data anno hegirae 403. (Christi 1012.) 35. Senuthii alexandrini responsio ad Dionysium antiochenum, data anno martyrum 752. (Christi 1036.) 36. eiusdem Senuthii responsio ad epistolam Dionysii antiocheni datam anno martyrum 751. (Christi 1035.) 37. Dionysii antiocheni synodica ad Senuthium alexandrinum. 38. Iohannis antiocheni synodica ad Christodulum alexandrinum. Christoduli alexandrini synodica ad Iohannem antiochenum. 40. Eiusdem Christoduli ad universos Aegypti episcopos. 41. Iohannis antiocheni synodica altera ad Christodulum alexandrinum, quae lecta fuit in ecclesiis beatae Virginis, et sancti Sergii anno martyrum 782. (Christi 1066.) Initium fol. 143. Consequuntur anathematismi variorum patrum, videlicet. 1. Gregorii thaumaturgi anathematismi XII. Init. fol. 367. 2. Iulii papae anathematismi VI. Init. fol. 372. 3. Vitaliani papae anathematismi V. Init. fol. 373. 4. Gregorii nazianzeni anathematismi XII. Init. fol. 373. a terg. 5. Cyrilli alexandrini anathematismi XII. Init. fol. 375. 6. Theodosii alexandrini anathematismi V. Init. fol. 383. 7. Iohannis borlensis episcopi anathematismi XIII. Init. fol. 383. a terg. 8. Cyrilli alexandrini auctoritates de Verbi incarnatione. Init. fol. 386. Is codex exaratus est anno Christi 1689. ut haec ostendit epigraphe, quae fol. 394. ad calcem legitur. *Explicit liber complectens confessionem sanctorum patrum doctorum ecclesiae, unius, catholicae, apostolicae, et fidei singulorum expositionem, prout loquutus est spiritus sanctus per eorum ora, de sancta trinitate, incarnatione Verbi, et unione hypostatica; cum responsionibus ad obiectiones adversariorum, desumptis ex XII. apostolis, et Paulo vase electionis, et Iacobo episcopo Hierusalem, et septem diaconis, et septuaginta duobus discipulis; et ex patribus, qui eos exinde subsequuti sunt, usque ad Christodulum patriarcham alexandrinum sexagesimum sextum: adiectis anathematismis aliquot patrum adversus eos christianos, qui refragantur ipsorum fidei; una cum pluribus auctoritatibus ex eorum scriptis in confirmationem eiusdem fidei. Quae omnia e lingua coptica in arabicam translata sunt. Et gloria Domino nostro in aeternum. Absolutus est hic liber die quarta mensis chihac* (decembris) *anno coptico sanctorum martyrum millesimo qua-*

drigentesimo quinto. Dimidia pars huius codicis longe vetustiore manu exarata est.

CII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 169, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam ex Aegypto inlatos olim duodecimus; ubi continetur.

Abu-Isaac ben-Assali coptitae iacobitae, decimo tertio Christi saeculo clari, liber inscriptus *margarita pretiosa*, de expositione articulorum fidei, secundum oracula prophetarum, et ss. apostolorum, et patrum doctorum, et beatorum patriarcharum, quorum auctoritates proferuntur, de incarnatione filii gloriae, eius ascensione, et missione paracliti. Dividitur in capita quindecim, praefixa eorumdem serie. Videlicet. Cap. 1. De sancta trinitate. Cap. 2. De generatione Dei Verbi. Init. fol. 7. Cap. 3. De veritate incarnationis, simulque unionis Fol. 14. Cap. 4. De baptismo Christi a Iohanne filio Zachariae. Fol. 27. Cap. 5. De tentatione Domini in deserto. Fol. 31. Cap. 6. De Christi operibus in evangelio recensitis, a baptismo per Iohannem usque ad vivificam eius passionem. Fol. 38. Cap. 7. De vivifica eiusdem passione, et crucifixioue. Fol. 77. a terg. Caput 8. De emissione eius spiritus super crucem. Fol. 119. a terg. Caput 9. De aqua et sanguine, quae ex divino eius latere fluxerunt. Fol. 129. Cap. 10. De descensu animae Christi ad inferos. Fol. 132. Caput 11. De sancta resurrectione Domini a mortuis. Fol. 137. Caput 12. De ascensione Domini in caelum. Fol. 149. Caput 13. De secundo adventu Domini. Fol. 154. Caput 14. De paraclito. Fol. 158. a terg. Caput 15. De trinitatis consubstantialitate in una divinitate. Fol. 162. Is codex autographus est, si tamen primum et tria postrema folia excipias, quae ab infrascripto Gabriele suppleta sunt, ceu ipse fol. 169. adnotavit his verbis. *Ope Dei, eiusque providentia, explicit liber margaritae pretiosae, quem tineis corrosum invenit, suaque peccatrici manu complevit, qui non est dignus nominari inter gentes, Gabriel, contracte Gebair dictus, filius bonae memoriae Abulpharagii, fil. Gabrielis, fil. Alamgiadi Phadl-Allah, fide iacobita, patria manfalutensis, qui scribae munere hodie fungitur in praetorio Abu-Omari, in urbe Gerge: idque anno millesimo ducentesimo quadragesimo sexto sanctorum martyrum* (Christi 1246.) Pertinuit olim ad Iosephum hegumenum abbatem monasterii beatae Mariae virginis in Scete; quemadmodum in fronte adnotatur.

CIII.

Codex in fol. bombyc. foliis constans 244, arabicis litteris et sermone

exaratus, inter codd. arabicos a Iosepho Simonio Assemano ex Aegypto in bibliothecam vaticanam illatos, olim decimus quintus; quo continetur.

1. Collectio fundamentorum fidei, auctore abu-Isaac ben-Assali, patria aegyptio, secta iacobita, qui summa apud populares suos doctrinae ac pietatis fama claruit circa medium decimum tertium Christi saeculum, sub Cyrillo Laclaco alexandrino Coptitarum patriarcha septuagesimo quinto, ut in catalogo bibliothecae mediceae cod. LX. a pag. 98. adnotavimus, ubi et eius scripta recensuimus. In eo autem non modo veritatem christianae religionis auctor propugnat adversus ethnicos et iudaeos, verum etiam philosophicis argumentis evertit praecipua ethnicae superstitionis capita: mox probat trinitatis mysterium, veritatem dominicae incarnationis, et omnia fidei mysteria et dogmata, de quibus inter christianas nationes consensio est. Totum autem opus, quod numquam lucem publicam aspexit, in quinque partes, capita septuaginta in universum complectentes, dividitur; quorum index continuata numerorum serie in fine praefationis generalis exhibetur; cuius initium fol. 1. Porro pars I. constat capitibus XV, in quibus agitur de sacris libris, deque auctoribus coptitis, syris, armeniis, romanis, graecis, et nestorianis; quorum testimonia in hoc opere laudantur, et quorum nomina mox infra proferemus; prout in capite I. huiusce partis recensentur. Item de mundo, de homine, de tribus Christianorum nationibus, Melchitarum scilicet, Nestorianorum, et Iacobitarum, quos auctor prae caeteris commendat: de haeresibus, de fidei articulis, et de veritate evangelii. Init. fol. 17. a terg. Pars II. capp. IV. de unitate et trinitate. Fol. 173. Pars III. capp. XXVI. de incarnatione et una Christi natura (qua haeresi auctor laborabat.) Init. fol. 226. Pars haec a capite III. seu XXII, uti et duae posteriores partes, nimirum quarta et quinta, in hoc codice desiderantur; quae autem sequuntur, ex indice praefationi subiecto descripsimus. Pars IV. capp. XIV. de B. V. Maria, de cruce, de cantibus et de divinis officiis, de prophetis et apostolis, de angelis et daemonibus, de patriarchis et episcopis, de paenitentia et confessione auriculari, de iudiciis et poenis, de infirmitatibus et de morte. Pars V. capp. XI. de Antichristo, de statu hominum post eorum mortem, de resurrectione mortuorum, de paradiso et de inferno. Liber hic magni est apud Iacobitas pretii. In eo autem praeter sacros veteris ac novi testamenti libros, passim citantur ex coptitis scriptoribus 1. pater patriarcha Athanasius apostolicus. 2. Severus patriarcha. 3. Abramius syrus patriarcha Coptitarum. 4. Severus Mocaffeus episcopus Asmonaeorum. 5. Paulus busensis presbyter. 6. Petrus armenius presbyter et monachus. 7. Abu-Ioseph Iacobus fil. Georgii, fil. Severi, scriba. 8. Abu-Isaac Abrahamus filius Abil-Tanna Saphi-Addaulah, Abul-Phadaiel, scriba Caesaris. 9. Fratres germani Abul-Pharagius, et Abul-Phadaiel Magedus, filii Phadraddaulah, Abul-Phadli Asaadi, fil. abi-Isaac Abraham, fil. abi-Sabl,

iuq cognominantur filii Assal; quorum alter huiusce operis auctor. Ex syris 1. Habibus filius Hadibae theladensis episcopus Tagriti. 2. Iahia alexandrinus auctor libri de creatione mundi, quo is contradixit Proclo et Aristoteli. 3. Iahia ben-Adi. 4. Abu-Ali Isa filius Isaac ben-Zaraa, discipulus praefati ben-Adi. 5. Iahia ben-Hariz discipulus ben-Adi, auctor tractatus de sacerdote et sacerdotio. 6. Presbyter Iacobus mardensis, auctor libri de vocatione presbyterorum. Ex armeniis sanctus Gregorius archiepiscopus gentis suae, nempe Armeniorum. Ex romanis et graecis 1. Dionysius episcopus Ephesi. 2. Sanctus Gregorius episcopus Nyssae. 3. Sanctus Gregorius nazianzenus. 4. Sanctus Iohannes chrysostomus patriarcha Constantinopoleos. 5. Pater Hippolytus patriarcha Romae (imo portuensis episcopus.) 6. Sanctus Basilius episcopus Caesareae. Ex nestorianis 1. Elias metropolita Nisibis. 2. Israël episcopus kaskarensis. 3. Presbyter Abulpharagios Abdalla ben-Attibus a secretis sedis catholicorum. 4. Presbyter Iohannes antiochenus. 5. Honainus filius Isaac medicus. 6. Omarus bassorensis. 2. Eiusdem Benassali liber inscriptus: *perspicuitas compendiaria*, sive epitome praefatae collectionis fundamentorum fidei, in duas partes, sectionibus sexdecim constantes, distributa; ubi de praecipuis christianae religionis articulis, ad usum puerorum disseritur. Titulus fol. 236. est huiusmodi. *In nomine patris et filii et spiritus sancti. Hoc est, quod composuit senior Abu-Isaac filius Abulphadli cognomento Benassali. Perennet Deus dominationem eius, mense rabio posteriore, anno hegirae sexcentesimo quinquagesimo octavo* (Christi 1259); *et inscribitur liber perspicuitatis compendiariae.* Incipit ibidem; desinit fol. 244. a terg. in hanc calligraphi adnotationem. *Explicit tractatus inscriptus perspicuitas compendiaria. Dominus Deus perennet vitam eius auctoris et editoris, et misereatur maiorum ipsius, et maiorum cuiuscumque, qui eundem tractatum viderit, et legerit. Quisquis autem servo peccatori Nasero filio Aaronis veniam peccatorum adprecatus fuerit, dimittat Deus peccata eius.* Is codex, si quaedam folia recens suppleta excipias, ad auctoris aetatem, nempe ad medium decimum tertium Christi saeculum, videtur haud immerito referendus; id vero suadet adnotatio, quam modo supra protulimus, ubi Naserus calligraphus de auctore ceu vivo agit, quoniam eidem diuturniorem vitam adprecatur.

CIV.

Codex in folio bombyc. foliorum 246, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter eodd. arabicos ex Aegypto Iosephi Simonii Assemani opera in vaticanam bibliothecam illatos, olim trigesimus primus; quo continetur.

Petri Abusciakeri ben-Alrahebi Abil-Karami, cognomento ben-Almohadi, diaconi coptitae, decimo tertio Christi saeculo clari, liber demonstrationis de canonibus adimplendis, et de constitutionibus obsoletis, theologicus, anno martyrum 987. Christi 1282. compositus; uti ipse auctor Petrus in praefatione testatur. Totum opus dividitur in L. quaestiones, quarum index praefationi adnectitur. Videlicet: quaestio 1. de composito. 2. quod Deus ubique sit, et quo pacto? 3. de unione. 4. de substantia. 5. de persona. 6. de discrimine inter personam, substantiam, et naturam. 7. de natura. 8. de arbitrio, voluntate, et operatione. 9. de signo crucis. 10. de processione spiritus sancti, eiusque missione. 11. de sacerdotibus in Deum delinquentibus. 12. de blasphemiis in spiritum sanctum. 13. quod iustitia fidei ex iustitia operum demonstratur. 14. de circumcisione, et praeputio. 15. de repudio. 16. de eucharistia, quae est corpus et sanguis Christi. 17. de pane fermentato et azymo. 18. de sumptione aquae, et eulogiae post communionem. 19. de esu ante et post resurrectionem: item de esu angelorum, deque miraculo multiplicati panis a Christo patrato. 20. de arbore, cuius fructu Deus Adamo interdixit. 21. quod Adam feria sexta creatus sit, eademque die peccaverit, et paradiso eiectus fuerit. 22. In illud Christi domini: non est bonus, nisi Deus. 23. In illud eiusdem: quodcumque ligaveritis super terram, erit ligatum et in caelo. 24. de sacrificiis, et idolothytis. 25. de ablutione manuum et pedum, deque purificatione. 26. de cultu creatori, non vero creaturis, exhibendo. 27. de angelico trisagio. 28. Deum omnia posse. 29. opera et decreta Dei non pendere a causa. 30. de praescientia divina. 31. Deum esse scientiam, potentiam, et vitam. 32. Deum esse potentem. 33. Deum esse viventem. 34. Deum esse audientem et videntem. 35. Deum esse loquentem. 36. Deum esse volentem. 37. quod existentia Dei sit ipsa eius potentia, non vero quid superadditum. 38. unum esse mundi opificem, non plures. 39. Deum esse unum natura et trinum personis. 40. essentiam non esse quid superadditum attributis. 41. quod Christus sit Deus, et quod Maria virgo sit mater eius; et de sessione ad dexteram Dei patris; deque duplici statione in die resurrectionis, et de parabola decem virginum. 42. unam esse Christi substantiam et unam personam. 43. de differentia status Christi in utero matris suae ab aliis. 44. de bonis, et aetate naturali, et voluntaria, deque donis a Deo definitis. 45. de fato. 46. de statu animarum corporibus solutarum. 47. de sacris ordinibus, eorumque officiis. 48. de ieiunio quadragesimali, eiusque observatione, et continuatione usque ad hebdomadam paschatis. 49. de ieiuniis et differentia temporis ientaculi a tempore paschatis, sive de hora solvendi ieiunii. 50. de iudice, et die iudicii, et quod Christus Deus mundum iudicabit. Praefatio incipit fol. 1. a terg.; quaestio I. incipit fol. 3; quaestio L. et ultima fol. 241. a terg. Is codex autographus est, uti haec docet epigraphe, eadem, qua totus

codex, manu exarata, quae in eiusdem codicis clausula fol. 246. a tergo legitur. *Absolutus est liber demonstrationis de canonibus adimplendis, et constitutionibus absoletis, manu eiusdem auctoris feria tertia, die sexta abibi* (iulii) *anno sanctorum martyrum 998, qui respondet diei 23. rabii prioris, anno hegirae* 681. (Christi 1282.) Ante initium varia monumenta praenotantur eorum, qui hunc codicem legerunt, quique eundem possederunt; inter quos est Cyrillus episcopus Aclumimi coptita.

CV.

Codex bombyc. in fol. constans foliis 121, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim trigesimus tertius: quo continetur.

I. Abulburkati filii Cabari presbyteri medici coptitae, decimoquarto Christi saeculo clari, *liber discursus* (infra in codd. CXVIII et CXIX. inscribitur *liber illustrationis* etc.) *intellectuum de scientia fundamentorum, nuncupatus revelatio mysteriorum purorum* seu *de causis christianae religionis*; ubi nimirum de fidei articulis et dogmatibus disseritur secundum mentem Iacobitarum. Totum opus in duas dividitur summas, seu partes, quae in certas abeunt sectiones, quarum series, una cum praefatione generali, initio praefigitur. Praefatio incipit fol. 1. Pars prima complectitur epitomen scientiae et doctrinae de fundamentis fidei. Constat sectionibus, seu capp. XXIV, quarum sectionum 1. quid de Deo, quatenus creator est, sentiant Christiani. Init. fol. 5. a terg. Sectio 2. cur Christo domino divina et humana nomina attribuantur. Init. fol. 6. Sectio 3. cur Deus excelsus dicatur pater et filius et spiritus sanctus. Init. fol. 8. Sectio 4. de ratione unionis divinitatis cum humanitate Christi domini. Init. fol. 23. Sectio 5. ostenditur ex divinis scripturis, Christum vere Deum esse et hominem. Init. fol. 26. Sectio 6. de unione. Init. fol. 28. Sectio 7. Demonstratur existentia creatoris ab existentia rerum creatarum. Init. fol. 29. Sectio 8. vocem *filius*, quae de Christo dicitur, eidem esse propriam, aliis vero metaphoricam. Init. fol. 30. Sectio 9. gentes christiana politica esse gubernandas. Fol. 32. Sectio 10. de unione iterum. Init. fol. 35. Sectio 11. de dictione *factum est*, eiusque significationibus. Init. fol. 36. Sectio 12. dictiones *inhabitatio*, *unio*, et *generatio*, esse communes. Init. fol. 37. Sectio 13. de nominibus communibus. Init. fol. 37. a terg. Sectio 14. de contradictionibus. Init. ibid. Sectio 15. nomen Dei excelsi esse commune et analogum. Init. ibid. Sectio 16. item nomen filii. Init. fol. 38. Sectio 17. de divisionibus scientiae in formalem et realem, sive in theoricam et practicam. Init. ibid. Sectio 18. de praeceptis adfirmantibus et negantibus. Init. ibid. a terg. Sectio 19. de universali mortuorum resurrectione. Init. ibid. Sectio 20.

de sacris imaginibus, quae in Christi fidelium templis coluntur. Init. fol 39. Sectio 21. de sancta cruce eiusque cultu. Init. fol. 40. Sectio 22. de sacro baptismate. Init. ibidem. Sectio 23. de sacra eucharistia. Init. fol. 41. Sectio 42. de dictionibus seu nominibus, quae iuxta christianam legem Deo attribuuntur, quaeque gentes perperam interpretantur. Init. fol. 41. Pars secunda de fundamentis praeceptorum christianae religionis. Dividitur in quinque sectiones; quarum 1. de oratione. Init. fol. 43. Sectio 2. de ieiunio. Init. fol. 45. Sectio 3. de eleemosyna variisque eiusdem modis. Init. 46. Sectio 4. de praestantia legis Christi domini. Init. fol. 48. Sectio 5. de praeceptis evangelicis octoginta duobus, quae singillatim centum recensentur. Init. fol. 49. Accedit conclusio sive corollarium unica sectione absolutum, ubi eiusdem Abulbarkati responsiones ad quorumdam Mahometanorum de variis christianae religionis mysteriis interrogationes exhibentur. Init. fol. 59. 2. Eiusdem Abulbarkati responsio ad Mahometanos et Iudaeos de sensu et intelligentia adfirmationis Christianorum, Deum unum esse, quem patrem et filium et spiritum sanctum dicunt; et quomodo ipsis placuerit, divinitatem Christo adscribere, qui homo est ex Maria muliere natus. (infra cod. CXIX. apologia christianae religionis inscribitur). Constat praefatione et tribus capitibus. Praefatio in XII. sectiones distributa, ubi mysterium unitatis Dei et trinitatis personarum explicatur. Incipit fol. 66. a terg. Caput 1. continet demonstrationem adventus Christi ex lege, tempore praefixo et determinato. Init. fol. 87. a terg. Caput 2. in sectiones 24. distributum, complectitur solutionem argumentorum, quae Iudaei Christianis obiiciunt contra Christi domini adventum, adserentes eum, qui extitit et convertit gentes ad sectam suam, non esse Christum in lege promissum. Init. fol. 91. a terg. Caput 3. de duplici lege, iuxta duplicem hominis partem, nempe animalem et spiritalem, quarum prima est Moysis, altera Christi. Init. fol. 109. a terg. Accedit conclusio sive corollarium exhibens paraenesim ad Christi fideles: et quod fides sine operibus ipsis nihil prodest. Fol. 116. a terg. Confer cum codicibus CXVIII et CXIX. in quibus idem Abulbarkati opus exhibetur. Is autem codex ad decimum quartum Christi saeculum videtur referendus.

CVI.

Codex in fol. m. chartac. paginarum 590, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codd. arabicos a Clemente Caracciolo neophyto ad usum bibliothecae vaticanae, iussu ac sumptibus Clementis XI. pont. max. exscriptos, olim secundus; quo continetur.

Liber inscriptus, *lampas tenebrarum*, *et declaratio officiorum*, auctore patre inclyto presbytero Sciams-al-Tiaseh (idest *sole superioritatis*) Abulbarkat,

cognomento ben-Cabari, coptita, de quo in praecedente codice. Dividitur in praefationem, et viginti quatuor capita, quorum series praefationi insorta est; quae incipit pag. 2. Porro caput 1. De fide eiusque fundamentis, nempe de trinitate, et incarnatione, ubi sectam Iacobitarum auctor propugnat, haeresumque catalogum recenset. pag. 8. a terg. Cap. 2. Symboli orthodoxi, nempe nicaeni, expositiones duae, oltera auctoris, altera Severi Mocaffaei Asmonaeorum episcopi; una cum historia Dioscori, Severi, et Iacobi Baradaei, quorum errores a Mocaffaeo, et Abulbarkato admittuntur. pag. 46. Cap. 3. De nativitate Domini, eiusque epocha, et de ipsius oeconomia, ab incarnatione usque ad ascensum in caelum; deque apostolorum electione, et ecclesiae fundatione. p. 67. Cap. 4. De duodecim apostolis, et septuaginta discipulis, eorumque gestis. pag. 80. Cap. 5. Sylloge canonum apostolorum et conciliorum generalium ac particularium; nec non canones patrum et patriarcharum alexandrinorum, et statuta imperatorum. pag. 108. Cap. 6. De libris canonicis veteris et novi testamenti, qui etiam in fine codicis recensentur. Canones Ammonii, et Eusebii in evangelia; et tractatus de veritate fidei christianae. pag. 196. Cap. 7. Catalogus virorum illustrium christianorum, eorumque scriptorum, quorum nonnulli in fine codicis recensentur. pag. 252. Cap. 8. De aedificatione ecclesiae, eiusque dedicatione, et de consecratione altarium. pag. 268. Cap. 9. De chrismate, eiusque confectione, compositione, et consecratione. pag. 286. Cap. 10. De patriarchae alexandrini Coptitarum praesentatione, electione, et consecratione. pag. 320. Cap. 11. De episcoporum praesentatione, consecratione, et inthronizatione. pag. 338. Cap. 12. De presbyterorum praesentatione, ordinatione, et ad eos admonitionibus. pag. 369. Cap. 13. De ordinatione diaconorum, hypodiaconorum, aliorumque inferiorum ordinum. pag. 377. Cap. 14. De rebus monasticis, et consecratione monachorum, et monialium, et ad eos admonitionibus. pag. 392. Cap. 15. de baptismate, et consecratione baptisterii, eiusque ordinatione. pag. 399. Cap. 16. de orationibus diurnis et nocturnis, earumque ordinatione. pag. 409. Cap. 17. de ordinatione liturgiae et oblationis. pag. 426. Cap. 18. de ordinatione sancti ieiunii quadragesimalis, et hebdomadae passionis. Pag. 442. Cap. 19. de ordinatione dierum quinquaginta a paschate resurrectionis usque ad pentecosten; et festorum dominicorum. pag. 460. Cap. 20. de ordinatione sponsalium, coronationis, [et vinculi matrimonii. pag. 476. Cap. 21. de exequiis defunctorum, et de benedictione olei infirmorum, quod lampadis appellatur; adnexa oratione sancti Tarbi, adversus morsum canis. pag. 486. Cap. 22. index sectionum, quae ex vetere et novo testamento excerptae, in divinis Coptitarum officiis per annum, festosque dies, iuxta ritum Coptitarum leguntur. pag. 505. Cap. 23. de cognitione computi epactarum et reliquorum, quae ex iis educuntur, sive kalendarium Coptitarum. pag. 550. Cap. 24. complectitur varias sectiones, in

quibus agitur 1. de picturis et imaginibus. 2. de campanis seu tintinnabulis. 3. de frequentati usu eucharistiae. 4. de sandaracha pro ture adhibenda. 5. de conventu in ecclesia. 6. de zonis. 7. de candelis, lampadibus, et lucernis in aede sacra accendendis. 8. de crucis signo digito unico formando. 9. de nudatione pedum in ecclesia. 10. de tonsione capillorum. 11. de tonsura clericorum. 12. de cooperiendis amictu capitibus in ecclesia. 13. de confessione auriculari. 14. de conservatione eucharistiae, eiusque de loco in locum translatione. 15. de fabarum et lupinorum usu. 16. de salis commixtione cum eulogiis. 17. de baculorum pro fulcro usu in ecclesia. 18. de octo tonis et cantu ecclesiastico. 19. de aqua probationis. 20. de benedictione calicis. 21. nomina dignitatum et officiorum ecclesiae. Init. pag. 564. Opus latina versione et luce publica dignum; si certe ab erroribus Iacobitarum, quos auctor passim laudat atque propugnat, adcurate expurgetur. Is autem codex descriptus fuit ex apographo existente in bibliotheca sacrae Congregationis de propaganda fide anno Christi 1718. uti haec ostendunt amanuensis verba, quae pag. 590. in calce leguntur. *Completa est exscriptio huius libri valde utilis nocte sabbathi ultimi tesrin prioris* (octobris) *anno Christi* 1718, *calamo imbecillimi servorum, et indigentissimi beneficentiae regiae, Clementis, qui christianam fidem amplexus fuit, postquam potiorem suae aetatis partem in caligine mahometica consumpsisset. Ipse autem rogat omnes, qui eum inspexerint, ut orent Deum excelsum, et dominam nostram Mariam virginem, et omnes sanctos pro remissione peccatorum eius et delictorum. Exscriptus vero fuit Romae iussu pontificis maximi, patris venerandi Clementis papae undecimi, cuius vitam Deus perennet, et adiuvet Christianos benedictione eius orationis, ad usum bibliothecae sancti Petri in vaticano. Apographum autem, unde hoc exemplar desumptum fuit, adservatur in bibliotheca sacrae Congregationis de propaganda fide. In eo non inveni notam temporis, idemque recens est. Ibi in aliquibus locis plures sunt textus, alter scilicet e regione alterius, copticeque et arabice exarati sunt. Verum arabica versio consonat cum coptico textu, et copticus vicissim cum arabico.* Atque ideo in hoc codice textum copticum Clemens amanuensis praetermisit.

CVII.

Codex in folio bombyc. foliorum 120, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos ex Aegypto in vaticanam bibliothecam, Iosephi Simonii Assemani opera inlatos, olim trigesimus; quo continetur.

I. Petri meligensis episcopi, cognomento al-Giamil, coptitae, *liber radiorum*, sive apologia pro natione Coptitarum iacobitarum, adversus Graecos,

Latinos, Armenos, et Nestorianos, quorum peculiares ritus et dogmata Coptitis adversantia recenset, et refutare nititur. Priora novem folia ex oscitantia bibliopegi luxata sunt, atque inverso ordine compacta. Init. fol. 1. II. Eiusdem Petri al-Giamil episcopi meligensis *liber demonstrationis*, in quinque dissertationes, variis absolutas capitibus, distributus, quarum series initio praefigitur; videlicet. Dissertatio I. de incarnatione. Eius capita quatuor sunt, quorum primum demonstrat incarnationem verbi Dei ex libris prophetarum. Init. fol. 52. a terg. Cap. 2. Ostendit rationem agendi, sive dispensationem Christi domini in cunctis rebus humanis. Fol. 54. a terg. Cap. 3. Ostendit passione non affici nisi corpus sua natura passibile. Fol. 56. a terg. Cap. 4. Ostendit argumentis intellectualibus, divinitatem passam non fuisse, quum corpus pateretur; ubi et adversariorum adfirmationes obiectionesque recensentur, ac refelluntur. Fol. 59. a terg. Dissertatio II. De unione naturae divinae cum humana natura; ubi etiam respondetur adserentibus duplicem naturam post unionem. Fol. 62. Dissertatio III. Responsio ad interrogationes sibi exhibitas a Gemaleddino filio Mahometis aegyptio, doctore antistite mahometano, de veritate evangelicae legis. Constat capitibus XI. quorum 1. Ostendit caussam conditae legis mosaicae, et quare eadem abrogata fuerit. Fol. 66. Cap. 2. Ostendit abrogationem legis mosaicae ex sacris libris, quos Deus sanctis prophetis suis dictavit. Fol. 67. a terg. Cap. 3. Ostendit abrogationem mosaicae legis eiusque praeceptorum ante adventum Christi domini fuisse ex parte peractam ex iis, quae Deus excelsus per ora prophetarum dixit. Fol. 70. a terg. Cap. 4. Ostendit prophetas et iustos homines abrogavisse praecepta legis mosaicae, eaque violasse, Deo nullas propterea ab iis poenas expetente, immo vero id approbante; ut liquet ex magnis signis ab iisdem patratis. Fol. 72. Cap. 5. Ostendit abrogationem legis Mosis prophetae ex oraculis Christi domini, et ex praeceptis et actis apostolorum. Fol. 73. a terg. Cap. 6. Ostendit ex evangelio numquam id abolendum fore. Fol. 74. a terg. Cap. 7. Ostendit ex collationibus intellectualibus, legem evangelicam summa pollere perfectione, atque adeo numquam eam abrogari oportere. Fol. 75. a terg. Cap. 8. Comparatio evangelicae legis cum ea, quae post ipsam venit, nempe mahometica ut dignoscatur, utra praestantior sit. Fol. 77. a terg. Cap. 9. Ostendit Christianos non debere sequi legem alcorani, etiamsi constaret ipsis illam esse a Deo missam. Fol. 79. a terg. Cap. 10. Ostendit, legem evangelicam continere omnes virtutum gradus tam supremos, quam medios, et infimos. Fol. 81. Cap. 11. Ostendit, evangelicam legem non solum complecti omnes virtutum gradus, sed etiam saecularem morum disciplinam. Fol. 82. a terg. Dissertatio IV. Responsum ad interrogationem praefati antistitis Gemaleddini de iis, quae Moslemani autumant orationi praemittenda. Fol. 84. Dissertatio V. de statutis orationis tam corporalibus quam spiritalibus. Fol. 89.

III. Epitome fundamentorum christianae fidei, in quatuor sectiones distributa, quarum prima de fide, altera de oratione, tertia de ieiunio: quarta de eleemosyna. Adnectuntur tres interrogationes cum suis responsionibus; videlicet de incarnatione Verbi, eiusque unione cum natura humana: quomodo Christus corporeus, et accidentibus subiectus, dici queat Dei filius; et quid sit Christus? Auctoris nomen latet. Init. fol. 93. a terg. IV. Senioris abu-Isaac, filii abul-Phaedli, cognomento ben-Assali, coptitae, dissertatio brevis de fundamentis fidei, in duas partes distributa, quarum prima constans decem portis, seu capitibus, agit de unitate et trinitate Dei; altera octo capitibus, de incarnatione et unione hypostatica Verbi. Init. fol. 98. a terg. V. Eiusdem ben-Assali dissertatio altera adversus eos, qui negant Christum crucifixum; item de Christo iudice, et de extremo iudicio. Init. fol. 106. VI. Epitome responsionis patris Raphaëlis presbyteri coptitae ad nonnullos Melchitas de professione fidei Iacobitarum, ubi unam tantum in Christo naturam profitetur. Init. fol. 120. a terg. Is codex ad decimum quintum Christi saeculum videtur referendus.

CVIII.

Codex in fol. bombycinus foliis constans 210, arabico charactere et sermone exaratus, inter codices arabicos in vaticanam bibliothecam a Iosepho Simonio Assemano inlatos olim vigesimus quintus; quo continetur.

Liber *magdal*, nempe *turris*, ad speculandum et disputandum, auctore Ambro filio Matthaei nestoriano tabrahanensi, sive ex Tirhana patriarchali Nestorianorum provincia (quam calligraphus coptita Tabrahanam perperam scribit) oriundo, qui claruit medio circiter Christi saeculo decimo quarto. Vide Assem. biblioth. orient. tom. III. a pag. 580, ubi de hoc ipso opere fuse disserit, illudque Mari Salomonis filio, qui longe ante Amrum, nempe an. Christi 1135. floruit, adiudicandum planissime demonstrat. Liber est polemicus, duobus tomis comprehensus, et in septem portas, seu capita, distributus, quae iterum in varias sectiones abeunt. Tomus primus complectitur quatuor priora capita, et initium quinti; praemissa praefatione generali, cui seriem capitum atque sectionum subiectam reperies. Ea incipit fol. 1. Ante frontem recentiore manu addita est digressio anonymi iacobitae contra Nestorianos de unica Christi natura et persona. Caput I. *aedificium* inscriptum habet sectionem unicam, cui titulus *prohoemium aedificii*. Init. fol. 12. Deum existere auctor ostendit. Caput II. *Demonstratio*. Eius sectiones tres, quarum prima, quae dicitur *summa*, agit de unitate Dei, eiusque attributis. Init. fol. 28. Sectio secunda *fundamentum*; ubi de incarnatione, ex mente Nestorianorum; de Christi genealogia ex Matthaeo et Luca; deque philosophorum sententiis quorum vaticinia,

ut inquit, de Christo refert auctor. Init. fol. 38. a terg. Sectio 3. *Constructio*; ubi de Deo uno et trino; item de verbi incarnatione iuxta doctrinam Nestorianorum. Init. fol. 54. Caput III. *Bases*, constat sectionibus quatuor. Prima est de baptismo, in cuius clausula fol. 78. a terg. laudatur Abrahamus Amri filius monachus, eiusque praecepta de purificatione hominis de recensentur. Init. fol. 70. Sectio 2. *De excellentia oblationis*, hoc est de sacramento eucharistiae. Init. fol. 77. Sectio 3. *Demonstrationes evangelii*; ubi ostendit evangelium esse inspiratum a Deo librum; et contenta in eo signa, praecepta, consilia, gestaque, summatim describit. Init. fol. 83. Sectio 4. *Crux*, ubi Christum vere cruci adfixum fuisse demonstrat ex prophetis et ex evangelio, eidemque cruci debitam venerationem exhibendam comprobat. Init. fol. 112. a terg. Caput IV. *Candelabra septem*, in totidem sectiones distribuitur materia. Earum prima inscribitur *pietas*; ubi de virtutibus, et vitiis. Init. fol. 122. a terg. Sectio 2. *Charitas*. Init. fol. 133. Sectio 3. *Oratio*. Init. fol. 137. Sectio 4. *Ieiunium*. Init. fol. 150. a terg. Sectio 5. *Misericordia*. Init. fol. 159. Sectio 6. *Humilitas*. Init. fol. 159. Sectio 7. *Puritas*, ubi virginitate, et continentia. Init. fol. 169. Atque heic desinit tomus primus. Sic enim in clausula huius sectionis septimae fol. 183. legitur. *Explicit tomus primus turris, et disputationum; consequitur tomus secundus. Et gloria et gratiarum actio Deo, iuxta eius merita. Amen.* Verum ex altero tomo alia manu descripta sunt, quae sequuntur, atque huic priori tomo adnexa; videlicet caput V. *Columna*; constat sectionibus septem; quarum prima *conditus mundi* inscripta; ubi epocham hegirae incepisse adfirmat feria quinta, alexandraeam feria secunda; iezdegerdicam feria tertia; nabuchodonosoraeam feria quarta; nabolassaraeam feria prima. Ab epocha vero Nabuchodonosoris ad Iezdegerdem annos fluxisse 1379. A Nabolassare ad eundem Iezdegerdem annos 955. et menses tres. Ab Alexandro item ad Iezdergedem annos 932. dies 259. Ab hegira denique ad Iezdegerdem annos lunares 10. et dies 84. Init. fol. 183. a terg. Cetera, quorum tituli ad calcem praefatae sectionis fol. 210. occurrunt, in sequenti codice habentur. Is autem codex scriptus est an. Christi 1401. ut haec ostendunt calligraphi verba, quae eodem fol. 210. in fine leguntur. *Absolutus est codex iste feria 2, die secunda mensis paopi, anno ss. martyrum millesimo centesimo decimo septimo* (Christi 1401.) *Apographum vero, unde hic codex transcriptus, exaratus erat anno eorundem ss. martyrum millesimo septuagesimo quinto*, hoc est Christi 1395.

CIX.

Codex in fol. bombyc. foliorum 346, arabicis litteris et sermone exaratus; ubi continetur.

Maris, Salomonis filii, nestoriani, an. Christi 1135. clari (uti ostendit Assemanus biblioth. orient. tom. III. a pag. 580. ubi synopsin huiusce operis exhibet) liber *turris* polemicus, Amro filio Matthaei nestoriano a nonnullis tributus. Tomus alter, complectens tria posteriora capita, nimirum quintum sextum et septimum, longe antiquior praecedente codice, in quo tomus prior exhibetur. Porro Caput V. *columna* inscriptum, septem absolvitur sectionibus, quarum prima de conditu mundi, deest; verum suppleri potest ex praecedente codice, ubi integra habetur. Sectio 2. De veritate resurrectionis, iudicii, et poenae; initio, medio, et fine mutila atque lacera, ut vix aut ne vix quidem legi possit. Sectio 3. De veritate vaticiniorum, a nativitate Isaacii immolati usque ad apparitionem Christi; ubi Mares historiam patrum, prophetarum, et regum ab Abrahamo ad Christum usque percurrit. Init. fol. 17. a terg. Sectio 4. Afferuntur vera argumenta de adventu Christi, et testimonia camdem rem demonstrantia; ex pentateucho nimirum, psalmis, et prophetis. Sed circa annum nativitatis Christi non sibi constat auctor. Nam fol. 59. Christum natum ait, anno mundi 5490, Alexandri 304, vel secundum alios 310. Fol. vero 109. ab Adamo ad Christi nativitatem supputat annos 5530. et fol. 306. conceptum Christum adfirmat anno Graecorum 308. Sectio 5. Constitutiones, leges, decreta, et canones ab electis apostolis, patribusque eorum successoribus desumpti. Heic auctor posteaquam ea, quae post Christi in caelos ascensionem ab apostolis gesta sunt, quaeque in eorum nomini inscriptis constitutionibus continentur, breviter enarravit, nomina, et martyrium apostolorum XV, et discipulorum LX, ex apocryphis libris describit: apostolorum quidem, Petri, Pauli, Andreae, Iacobi, Iohannis, Philippi, Nathanaëlis, Bartholomaei, Thomae, Matthiae, Iacobi Alphaei, Iudae Lebaei, Simonis chananaei, Iudae Iacobi, quem et Bartholomaeum vocat, et Matthaei. Discipulorum vero nomina ex eodem auctore relata videsis apud Assem. bibl. orient. tom. III. pag. 320.

Deinde praemissa Adaei et Maris in oriente praedicatione archiepiscoporum Seleuciae et Ctesiphontis, quos catholicos seu patriarchas orientis vocat, seriem resque gestas exponit, ab Adeao apostolo, usque ad Ebediesum Molchi filium, hoc ordine. Nomina catholicorum orientalium, quorum memoriae pax. 1. Adaeus. 2. Mares. 3. Abres. 4. Abraham. 5. Iacobus. 6. Achadabues. 7. Sciachlupha. 8. Papas. 9. Simeon Barsaboës. 10. Sciahadostus. 11. Barbaseminus. 12. Tomarsa. 13. Zaiumas. 14. Isaacius. 15. Achaeus. 16. Iaballahas. 17. Maanes. 18. Pharabochius. 19. Dadiesus. 20. Babuaeus. 21. Acacius. 22. Babuaeus. 23. Silas. 24. Narses. 25. Elisaeus. 26. Paulus. 27. Mar-Abas. 28. Ioseph. 29. Ezechiel. 30. Iesuiabus arzunita. 31. Sabariesus. 32. Gregorius. 33. Iesuiabus gadalensis. 34. Maremes. 35. Iesuiabus adiabenus. 36. Georgius. 37. Iohannes Marthae filius. 38. Ananiesus. 39. Saliba-Zachia. 40. Phetion. 41. Marabas secundus, qui et Brichse-

biane. 42. Surinus. 43. Iacobus. 44. Ananiesus secundus. 45. Timotheus. 46. Iosue bar-Nun. 47. Georgius. 48. Sabariesus. 49. Abraham. 50. Theodosius. 51. Sergius. 52. Enos. 53. Iohannes Theodosii ex fratre nepos. 55. Iohanes Isae filius. 56. Abraham. 57. Emanuel. 58. Israël. 59. Ebediesus. 60. Mares Tobi filius. 61. Iohannes. 62. Iohannes Nazuchi filius. 63. Iesulabus. 64. Elias primus. 65. Iohannes Targali filius. 66. Sabariesus Zanbur. 67. Ebediesus Aredi filius. 68. Machichas. 69. Elias secundus. 70. Barsaumas. 71. Ebediesus Mokli filius. Ad calcem haec ab amanuensi subiiciuntur fol. 256. *Huc usque auctor* (Mares scilicet). *Sequitur historia Iesuiabi catholici*, *episcopi Gezirae*, *ex urbe Mosul oriundi*, *cognomento Ebn-Haiech* (id est filii textoris.) *Deinde mar-Eliae III. cognomento Abi-Halimi*, *et Ebn-Haditensis qui nisibenus metropolita fuerat. Demum mar-Iab-Allahae*, *qui nunc sedem tenet.* (Hoc est anno Graecorum 1525, Christi 1214. quo hic codex ab amanuensi exaratus fuit , ubi tamen praefatam appendicem sive historiam ab amanuensi adiectam desideramus.) Quae vero in his catholicorum , seu patriarcharum nestorianorum vitis continentur , eadem fere ex Amri compendio , et ex bar-Hebraei ecclesiastica historia, edidit Assemanus bibl. orient. tom. II et III. Init. fol. 55.

Sectio 6. De conventu regum et patrum ad confirmandam fidem , et ad confutandas haereses. Primum haereticos hosce enumerat : Sabbathianos , Marcionitas , Manichaeos , Samosatenos , Audianos , Cochitas , Bardesanitas , Arianos , Timotheanos , Novatianos , Simonianos , aliosque , quorum etiam errores refert . Deinde concilia laudat adversus haereses coacta , nicaenum scilicet , constantinopolitanum , gangrense , ancyranum , antiochenum , africanum . De ephesino vero et chalcedonensi , deque Nestorio et S. Cyrillo , partium studio abreptus , ea congerit , quae Nestoriani in laudem sectae suae comminisci solent , quaeque productis sub nomine Basilii , Gregorii , et Ephraem , auctoritatibus confirmare nititur : quaedam etiam de Iacobo sarugensi , et Baradaeo, atque Severo , deque Iacobitarum , Melchitarum , Nestorianorumque origine interserit . Epitomen denique subiicit rerum gestarum sub patriarchis eius gentis : ubi de synodis sub Isaacio , Iaballaha , et Marutha coactis ; deque Barsauma nisibeno , Babuaeo , Acacio , Babuaeo, Sila , Narsete , Elisaeo , Paulò , Maraba , Ezechiele , Iesuiabo , Sabariesu , Georgio , aliisque Nestorianorum catholicis multa disserit , suaeque sectae statum sub regibus Persarum exponit , donec Arabes post Mahometem pseudo-prophetam summa rerum potiti sunt. Tria autem heic notanda. Primum , fol. 262. refert una cum S. Simeone Barsaboë martyrium passos fuisse *Sebinam* , seu *Zebinam* , *metropolitam gandisaporensem* , *Polidehum* (fortasse Heliodorum) *metropolitam bassorensem* , *et Iohannem Desemsanae episcopum* . Alterum , fol. 263. translationem corporis S. Iohannis chrysostomi Comanis in regiam urbem sub Proclo patriarcha factam , Nestorio oscitanter tribuit , quum Nestorius memoriam tantum

Chrysostomi in dypticha referri curaverit. Tertium, fol. 275. Mahometis eiusque assectarum laudes persequitur, et quod sine horrore dici nequit, illius pseudo-prophetae nomen eo adiuncto praeconio memorat, quo Mahometani solent, nimirum *cui pax*. Eam Nestorianorum impietatem notavit etiam Renaudotius tom. II. liturg. orient. pag. 101, ubi recte observat, non modo laudem illam Mahometi tributam, sed etiam alcorani testimonia cum laude ab iis produci. Init. fol. 256. a terg. Sectio 7. De Christianorum consensu in libris veteris ac novi testamenti, quibus salus creaturae facta est. Rationem quoque reddit, cur in ecclesiasticis conventibus ex utriusque testamenti libris legi soleat. Universos autem veteris testamenti libros continere affirmat capita 441 versus 64674. Novi autem testamenti libros capita 165. versus 20535. Init. fol. 278. a terg.

Caput VI. *Disputatio*. Constat sectionibus quatuor, quarum prima de adoratione creatoris adorandi ad orientem iuxta statutum novae legis, et secundum praxim creaturarum ab initio. Fol. 288. Sectio 2. De praestantia diei dominicae in vetere et novo testamento. Init. fol. 294. a terg. Sectio 3. Lumbos zonis praecingendos esse, et lampades accendendas, ture demum in psalmodia et liturgia utendum. Init. fol. 298. Caput VII. *Subtilitas.* Eius sectiones quatuor. Sectio 1. Omissio circumcisionis, eiusque loco verae fidei substitutio; sicut scriptura docet. Init. fol. 318. Sectio 2. In novo testamento licere opus diei sabbathi, secus in vetere. Init. fol. 326. a terg. Sect. 4. Iure nunc concessos esse omnibus, qui vetiti erant, cibos. Init. fol. 331. Sect. 4. Reprehensio eorum quae Iudaei excogitant, et revelatio errorum quos profitentur. Init. fol. 337. Is codex exaratus est anno Christi 1214, ut haec ostendunt amanuensis verba, quae fol. 346. a tergo in fine leguntur. *Explicit liber, cuius titulus liber turris, et laus Deo in aeternum. Descripsit illum servus peccator, qui veniam a Domino suo, indulgentiamque poscit, Iahia filius Abi-Razae, filii Abi-Mansur, filii Fachimae, medicus in insula Amrensi* (Mesopotamia), *ad usum Saidi, filii Isae, filii Abul-Phadli, filii Caimari, die 4. mensis gemadi prioris, ann. hegirae sexcentesimo decimo, qui respondet diei 21. elul* (septembris) *anno Alexandri filii Philippi graeci millesimo quingentesimo vigesimo quinto* (Christi 1214.) *Laus Deo. Dirige me, Deus, et laetifica me in tuis miserationibus.* Consequuntur isthaec alia manu. *Conlatus emendatusque est qua fieri potuit diligentia, etsi exemplar, ex quo descriptus fuit hic codex, mendis scateret. Si quis vero emendatius aliud apographum nactus fuerit, huncque codicem ad illud contulerit, correxeritque, operae pretium faciet, dignamque laboris sui mercedem recipiet.*

CX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 253, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. orientales ab Andrea Scandar maronita in vaticanam bibliothecam inlatos, olim quadragesimus primus; quo continetur.

Liber *turris*, auctore Amro, filio Matthaei, tabrahanensi, sive tirhanensi, circa medium decimum quartum Christi saeculum claro; de quo videsis Assem. bibliot. orient. tom. III. pag. 580, ubi sententia eorum qui eundem librum Mari Salomonis filio adscribunt, plano refellitur. Opus maximi quidem pretii, sed initio et fine in nostro codico mutilum, luxatis foliis, multisque quaternionibus suo loco motis, et alio translatis; quem autographum esse, ex lituris, et plurium commatum additionibus, et correctionibus, eâdem, qua totus codex, manu exaratis, quae in corpore et in marginem passim occurrunt, haud temere coniicias. Dividitur in quinque partes, quarum prima desideratur. Pars II. Continet praefationes quinquo, et sectiones septem. Praefationes 1. 3. et 4. desiderantur. Praefatio 2. Cur Orientales appellati sint Nestoriani, et quis Nestorii, patriarchae constantinopolitani nomen eis imposuerit; quum ille graecus esset, ipsi vero syri, qui hominem numquam vidissent, nec is terras eorum perlustrasset. Init. fol. 42. Praefatio 5. De sensu unionis, et filiationis. Fol. 36. Porro sectio 1. Ostenditur, orientem mundi partem nobilissimam esse. Fol. 39. Sectio 2. Primam mundi partem, quam homines habitariut, orientem esse; et inde colonias ad reliquas partes fuisse deductas. Fol. 40. Sectiones 3. 4. et 5. desiderantur. Sectio 6. Dei excelsi notitiam, in eumque fidem, nec non legem, sacerdotium, factamque de Christi adventu promissionem nonnisi ex oriente provenisse. Fol. 64. Sectio 7. Adventum domini nostri Iesu Christi in oriente primum annunciatum fuisse, in eumquo homines credidisse. Fol. 10. De Zoroastro, deque magis plura congerit. Sectio 8. De sanctorum apostolorum praedicatione in diversis mundi partibus. Fol. 11. Agit de Iacobo fratro Domini, de Philippo, de Matthaeo, de Petro et Paulo, de Marco, de Thoma, de Andrea, de Luca, de Adaeo, et de Mari; et ab his quidem duobus, nec non a S. Petro apostolorum principe praedicatum fuisse in oriente, hoc est in Mesopotamia et Chaldaea, evangelium adfirmat: Babylonem enim, in altera sancti Petri epistola memoratam nil aliud esse, quam celeberrimam illam Assyriae urbem.

Pars III. Continet sectiones septem et epilogum. Desunt omnes sectiones, praeter initium primae inscriptae *de notitia causae, cur narranda sint, quae memoraturi sumus*. Fol. 14. a terg. *Epilogus seu coronis partis tertiae, ubi de patriarchis et imperatoribus, deque iis quae eorum temporibus contigere, ex quo imperium ad Christianos devenit*, hoc est a *Constantino imperatore*, usque ad *Heraclium*; ubi Amrus Eutychii alexandrini chro-

nicon in compendium redactum describit, nec non ex Severo Mocaffaeo multa mutuatur, pleraque falsa. Init. fol. 24. Subiungit Amrus fol. 69. postquam Iconoclastarum historiam retulit, duas sectiones, quarum prima *de sensu quo imagines coluntur*. Init. ibid. a terg. Altera sectio *de ordine cantus et tonorum in nonnullis precationibus*. Fol. 70. Pars IV. De gentibus, et sectis, et opinionibus, ac religionibus, deque conciliorum numero. Eius sectiones septem. Videlicet. Sectio I. De Iudaeorum gente, regibus, et prophetis. Init. fol. 73. Sectio 2. De gente Samaritanorum. Fol. 79. Sectio 3. De opinionibus seu sectis, quae ante manifestationem fidei christianae extiterunt in partibus occidentalibus, eisque adiacentibus regionibus Romanorum et Graecorum, filiorum Iaphet, et in partibus filiorum Cham eorum finitimis. Fol. 79. a terg. Sectio 4. De sectis, et opinionibus, quae post apostolorum praedicationem, in terris Romanorum et Graecorum extiterunt. Fol. 85. Ex Eutychio alexandrino haereticos recenset a Simeone mago usque ad Monothelitas. Sectio 5. De templo sub nomine Michaëlis archangeli exstructo Alexandriae, ex Eutychio melchita patriarcha alexandrino, qui et Saidus patricida. Fol. 100. a terg. Sectio 6. Recensio conciliorum. Fol. 101. Ibi haec recenset, ancyranum, neocaesariense, nicaenum, gangrense, antiochenum, laodicenum, sardicense, constantinopolitanum, ephesinum primum adversus Nestorium, ephesinum secundum, chalcedonense, et constantinopolitanum secundum. Finis desideratur. Sectio 7. Quod orientales ab antiquis temporibus ad hanc usque diem opus non habuerint ut concilium ad stabiliendam collapsam fidem cogerent; uti in serie sectionum initio huius partis praefixa, habetur. Deest initium. Fol. 103. Heic quoque recenset canones in synodis patriarcharum nestorianorum conditos; nimirum sub Isaacio canones XXII; sub Timotheo canones XCVIII; sub Iosue bar-Nun canones CXXX. et solutiones quaestionum LXX; sub Ananiesu canones XX; sub Iohanne tomum canonum.

Pars V. Complectitur fundamenta septem et epilogum; videlicet fundamentum 1. de Christo domino, et duodecim apostolis, deque nonnullis discipulis. Fol. 105. Heic per capita 19. gesta breviter texit Christi domini, Simonis Petri, Andreae, Iacobi Zebedaei, Iohannis evangelistae, Philippi, Nathanaëlis, Bartholomaei, Matthaei, Thomae, Iacobi, Simonis chananaei, Iudae ischariotae, Matthiae, Pauli, Marci, Adaei, et Maris; ubi et de epistola Abgari ad Christum, et Christi ad Abgarum, ex chronico Iohannis filii Saidi melchitae, de quo Assem. tom. II. bibl. orient. pag. 393. Fundamentum 2. De patriarchis orientis, eorumque gestis. Fol. 118. Gesta patriarcharum chaldaeorum heic Amrus accurate describit ab Abre usque ad Iaballaham, Timothei secundi praecessorem; subiicitque ad calcem catalogum metropolitanarum et episcopalium sedium, quae patriarchae orientis subiectae sunt, de quibus vide Assem. bibl. orient. tom. III. a pag. 395, ad pag. 458. ubi synopsis huius fun-

dimenti exhibetur. Fundamentum 3. Continet quatuordecim sectiones, in quibus de orthodoxa fide, eiusque expositione, ex mente patrum orientalium disseritur: quarum sectionum prima initio deficiens incipit fol. 118. Sectio II. in quatuor portas subdivisa. Porta prima. Praefatio libri de fundamentis fidei, ab Elia patriarcha orientis compositi, et in sectiones 22. distributi. Porta 2. ex eodem libro de unione verbi Dei cum perfecta humanitate, ex domina Maria assumpta. Porta 3. ex eodem, testimonia de humanitate Christi. Porta 4. Testimonia de divinitate Christi. Init. fol. 174. Sectio III. In quatuor partes, et decem portas distributa, tractatus Eliae metropolitae Nisibis ex libro de veritate fidei orthodoxae. Init. fol. 183. Sectio IV. Georgii metropolitae mosulani de fide Nestorianorum dissertatio, suo loco mota. Init. fol. 223. Sectio V. Dissertatio composita et edita a mar-Machika catholico patriarcha orientis; in qua breviter agitur de paternitate, et filiatione, iuxta professionem christianae fidei, et sententiam Syrorum in partibus orientalibus commorantium. Fol. 187. a terg. Init. fol. 189.

Sectio VI. Professio fidei, quam tenent christiani Syri orientales, composita a mar-Michaële episcopo Amidae et Miapharkini, e syriaco in arabicum sermonem a me imbecillo Saliba, Iohannis filio, nomine tenus presbytero, translata. Fol. 190. a terg. Sectio VI. Continet excerpta ex libro mar-Ebediesu metropolitae Nisibis de fundamentis fidei; cui titulum fecit: liber singularum utilitatum de fundamentis fidei et religionis; anno Graecorum 1623. compositus. (h. e. anno Christi 1313.) in quo probat, fidei christianae articulos esse numero septem, qui in sectiones 27. dividuntur. Fol. 203. Sectio VIII. Ex eodem libro Ebediesu nisibeni. sect. 7. fol. 203. a terg. Sectio IX. De in habitatione et unione. Est sectio 8. praefati libri Ebediesu. Fol. 203. Sectio X. (Estque 9. praedicti libri Ebediesu) quod leges veteres iure abrogatae sint, lex autem domini nostri Iesu Christi salvatoris nostri abrogari nequeat. Fol. 208. Sectio XI. Fides, quam profiteotur christiani Syri orientales, conscripta a sancto patre Iesuiaba metropolita Nisibis, cognomento ben-Malchon: quae quum plane orthodoxa sit, eam Assemanus bibl. orient. tom. III. pag. 295. arabice et latine ex hoc nostro codice vulgavit. Init. fol. 211. a terg. Sectio XII. Libellus a S. P. mar-Machika catholico orientis patriarcha, quum Mosuli et Arbelae metropolita esset, transmissus ad quemdam principem fidelium in urbe Persidis Ispahano degentium, quo eius epistolae respondet. Vide huius libelli synopsim apud Assem. bibl. orient. tom. III. pag. 552. Init. fol. 213. Desunt sectiones XIII. et XIV.

Fundamentum 4. Constat quatuor sectionibus, demonstrationes, quaestiones, et responsa, complectentibus. Desunt autem omnes. Fundamentum 5. Complectitur sectiones quatuor, in quibus quaestiones variae et responsa. Sectio I. Enarratio eorum, quae presbytero Sabariesu, Pauli filio, mosu-

lano, cum quodam Iudaeorum doctore contigerunt circa divinitatem et adventum Christi. Fol. 230. Sectio II. Probatur, Mariam genuisse Christum, et respondetur iis, qui aiunt Mariam Deum genuisse; ubi testimonium profertur Iesuiabi nisibeni ex epistola, cui titulus *demonstratio*. Fol. 233. Sectio III. Confutatur praecipuum Iacobitarum argumentum, quo contendunt demonstrare Mariam esse Dei genitricem. Fol. 237. Sectio IV. Responsio ad eos qui dicunt, Deum passum, crucifixum, et mortuum fuisse. Fol. 243. Fundamentum 6. Continet duas partes. Pars prima est de iis, qui secundam sententiam tenent. h. e. de Melchitis, in duas dissertationes divisa. Pars altera complectitur dissertationem unicam, et quatuor sectiones, de iis qui tertiam sententiam tenent, h. e. de Iacobitis. Deest totum hoc fundamentum, uti etiam quod sequebatur. Utriusque autem fundamenti tituli in serie fundamentorum partis quintae, eidem praefixa, indicantur, unde eos descripsimus. Fundamentum 7. Continet praefationem, quatuor sectiones, et epilogum. Is codex autographus esse videtur, atque adeo ad medium decimum quartum Christi saeculum referendus.

CXI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 164, arabicis litteris et sermone varia manu exaratus, inter codd. orientales ab Andrea Scandar in vaticanam bibliothecam inlatos, olim quinquagesimus; ubi continetur.

1. Pauli al-Rahebi (monachi) episcopi sidoniensis, antiocheni graeco-melchitae, decimo quinto Christi saeculo clari, tractatus brevis intellectualis, sive epitome theologiae, in viginti duas portas, seu capita, distributa, quorum series initio praefigitur, praemissa praefatione, cuius init. fol. 3. Porro cap. 1. De existentia creatoris excelsi. Fol. 3. a terg. Cap. 2. De praecedentia creatoris et de contingentia mundi ab eo conditi. Fol. 5. Cap. 3. Creatorem excelsum non esse corporeum. Fol. 5. Cap. 4. Creatorem excelsum unum esse. Fol. 5. a terg. Cap. 5. Creatorem excelsum esse substantiam simplicem et incompositam. Fol. 5. a terg. Cap. 6. Deum esse mundi ordinatorem, moderatorem, et comprehensorem. Fol. 6. Cap. 7. Mundum non esse priorem, propter creatoris excelsi prioritatem. Fol. 6. a terg. Cap. 8. Confutatio eorum philosophorum, qui asserunt creatorem excelsum, et mundum simul esse, ceu percussionem, et tinnitum, nempe coaeternos. Ibidem. Cap. 9. Productionem retentionem non esse respectu Dei accidens. Fol. 7. Cap. 10. De absurdo quod sequitur ex eorum sententia, qui putant, creatorem nihil producere illorum, a quorum productione aliquando se continuit. Fol. 8. Cap. 11. De philosophorum sententia in contemnendis rebus mundanis. Fol. 9. Cap. 12. Confutatio philosophorum asserentium, attributa creatoris excelsi esse in eo qualitates;

proinde non describunt illum per attributa viventis, loquentis, potentis, sapientis, et alia his similia; quae ipse sibi tribuit per ora prophetarum. Fol. 9. a terg. Cap. 13. De tempore et loco. Fol. 10. a terg. Cap. 14. Responsio ad interrogantem, ubinam fuerit conditor loci, antequam locus esset? Fol. 11. Cap. 15. De nostra assertione: pater, et filius, et spiritus sanctus, sunt unus Deus. Fol. 12. Cap. 16. De nostra opinione circa paternitatem et filiationem. Fol. 13. Cap. 17. De nostra assertione, quod pater est Deus perfectus, et filius Deus perfectus, et spiritus sanctus Deus perfectus; non tamen sunt tres dii, sed unus Deus. Fol. 14. Cap. 18. Quod non debent omnia Dei attributa esse personas. Fol. 14. Cap. 19. Quo modo, et quo sensu Christus dominus dicatur Dei filius. Fol. 14. a terg. Cap. 20. Quomodo dicamus, Christum esse Deum, quum sit aeternus, et in tempore productus. Fol. 15. a terg. Cap. 21. De dicto philosophorum, Deum esse causam causarum. Fol. 15. a terg. Cap. 22. De resurrectione post resolutionem et absumptionem carnis, deque iudicio. Fol. 16. a terg.

2. Eiusdem Pauli Rahebi pauperis episcopi Sidonis, antiocheni, sermo paraeneticus ad gentes, quo eas propter suorum idiomatum diversitatem, ac regionum dispersionem, christianam fidem, una cum Hebraeis ultro profiteri debere, ostenditur; ubi et de adventu Messiae contra Iudaeos potissimum disseritur. Fol. 21. 3. Eiusdem Pauli Rahebi humilis episcopi Sidonis, antiocheni, epistola ad quemdam amicum suum sidoniensem mahometanum; ubi quid Christiani de Mahomete, eiusque impura lege sentiant, deque christianae religionis veritate exponitur. Init. fol. 34. a terg. 4. Eiusdem Pauli Rahebi episcopi Sidonis, antiocheni, dissertatio indicans discrepantias inter Christianos huius temporis in rebus fidei et sacrorum rituum vigentes, qua exponimus opiniones, seu dogmata cuiusque eorum sectae, et ostendimus, in quo a se invicem differant; adiecta confutatione profitentium falsa dogmata; nempe Nestorianorum, Iacobitarum, Maronitarum, et Latinorum. Init. fol. 46. a terg. 5. Eiusdem Pauli Rahebi episcopi Sidonis, antiocheni, epistola ad doctorem Abu-Sorurum Ianiotam al-Raccam, i. e. phrygionem, mahometanum, qui eum rogaverat, ut sibi breviter exponeret dogma Christianorum de Deo uno et trino, deque incarnatione Verbi. Init. fol. 55. Hucusque recensita Pauli episcopi Sidonis opuscula videntur autographa, uti coniicere est ex epithetis *pauperis*, *humilis*, quos supra in titulis secundi et tertii opusculi ipso sibi adiicit. Confer cum sequento cod. et cum cod. CXLII. ubi eadem opuscula continentur. 6. Homilia in illud evangelii (Matth. 5. 28.): quicumque viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in in corde suo; alia manu exarata, sine auctoris nomine. Init. fol. 57. a terg. 7. Anonymi professio fidei orthodoxae, quae adversatur omni fidei haereticae. Haec in seq. codice tribuitur Paulo episcopo Sidonis. Fol. 59. 8. Interrogationes et responsiones LXXX. de praecipuis christianae fi-

dei articulis, deque variis difficultatibus, quae in evangelio occurrunt; praemissa praefatiuncula sine auctoris nomine, cuius init. fol. 66. Interrogatio I. de trinitate divinarum personarum, incipit ibid. Interrogatio LXXX. et ultima, de aeternitate poenarum peccatoribus decretarum. Fol. 98.

9. Liber horti, seu de virtutum exercitio, e sacra scriptura, patribus, et philosophis depromptus, auctore anonymo. Dividitur in LXXI. portas seu capita, quorum series initio praefigitur. Videlicet. 1. De virtute. 2. De intellectu et opinione. 3. De castitate. 4. De fortitudine. 5. De iustitia. 6. De eleemosyna. 7. De misericordia. 8. De beneficentia. 9. De superioritate. 10. De contumelia et fraude. 11. De assentatione. 12. De opulentia et paupertate. 13. De duritie et firmitate. 14. De oratione. 15. De doctrina et sermone. 16. De exhortatione. 17. De disciplina. 18. De felicitate et infelicitate. 19. De ira. 20. De silentio. 21. De multiplicitate operum et de quiete animi. 22. De nimia rerum possessione. 23. De honorandis parentibus et dilectione filiorum. 24. De timore. 25. De inconstantibus in paenitentia. 26. De peccato et de confessione. 27. De gula. 28. De tristitia. 29. De somno. 30. De ebrietate. 31. De lenitate animi et reprehensione. 32. De amore laboris. 33. De iureiurando. 34. De inani gloria. 35. De veritate et mendacio. 36. De morte. 37. De pace et bello. 38. De spe. 39. De mulieribus. 40. De responsione, primatu, et altercatione. 41. De iuvenibus. 42. De patientia et longanimitate. 43. De laudatione. 44. De pulchritudine. 45. De iudicio futuro. 46. De gloria caelesti. 47. De verbis inanibus et noxiis. 48. De moderatione et sollicitudine. 49. De humilitate. 50. De medicina. 51. De fide. 52. De recordatione. 53. De anima. 54. De invidia. 55. De libero arbitrio. 56. De cognitione sui ipsius. 57. De probitate. 58. De lege. 59. De cogitatione. 60. De stultitia. 61. De prodigentia. 62. De consuetudine, et de eo quod natura insitum est. 63. De nobilitate et ignobilitate. 64. De risu. 65. De somnio. 66. De non retribuendo malum pro malo. 67. De dementia et perturbatione mundi. 68. Quod exercere oportet virtutes et a vitiis abhorrere. 69. Quod via vitiorum facilis est, via autem virtutum, quae ad regnum caelorum ducit, ardua. 70. De amore sui ipsius. 71. Quod magnitudo et opulentia non semper est bona et liberalis. Porro caput I. incipit fol. 102. Caput LXXI. et ultimum fol. 159. a terg. 19. Sermo de uno existente in genere, et in specie, philosophicus, fine mutilus; auctore quodam praestante philosopho. Init. fol. 160. Is codex ad decimum quintum Christi saeculum videtur referendus.

CXII.

Codex in 4. bombyc. paginarum 459, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim trigesimus quartus; quo continetur.

1. Pauli al-Rahebi antiocheni episcopi Sidonis, graeco-melchitae (de quo in praecedente codice) tractatus brevis de Deo uno et trino, divinis attributis, et resurrectione mortuorum; sive epitome theologiae in praefatiunculam et XII. capita, distributa, quorum series initio praefigitur. Praefatiunculam consequuntur capita XXII. hoc ordine digesta. 1. De existentia Dei. 2. De praecedentia Dei et contingentia mundi. 3. Deum esse incorporeum. 4. Esse substantiam simplicem et incompositam. 6. Mundum a Deo ordinari ac regi. 7. Mundum non esse priorem, propter Dei prioritatem. 8. Responsio ad eos, qui dicunt Deum et mundum esse coaeternos. 9. Quod mundi contingentia non consequitur ex remotione obicis in Deo, sed ex pura eius voluntate pendet. 10. De absurdo, quod evenit ex illorum sententia, qui de mundi contingentia ita sentiunt. 11. De philosophorum placitis, et de eorumdem contemptu rerum mundanarum. 12. Responsio ad eos qui asserunt, attributa esse qualitates in Deo. 13. De tempore et loco. 14. Responsio ad eos qui sciscitantur, ubinam fuerit, ante quam locus esset, qui locum fecit? 15. Quod pater et filius et spiritus sanctus sunt unus Deus. 16. De paternitate et filiatione. 17. De eo quod dicimus: pater Deus perfectus, filius Deus perfectus, et spiritus sanctus Deus perfectus; non tamen tres dii, sed unus Deus. 18. Non omnia Dei attributa esse personas. 19. Quomodo, et quo sensu appelletur Christus dominus Dei filius. 20. Quomodo dicamus, Christum dominum Deum, quum sit et aeternus, et factus. 21. De eo, quod aiunt philosophi, Deum esse causam causarum. 22. De resurrectione post resolutionem carnis. Caput 1. incipit pag. 5. Caput 22. et ultimum incipit pag. 34. Confer cum praecedente codice, a quo nonnihil discrepat hic idem tractatus genere dicendi.

2. Eiusdem Pauli Rahebi episcopi sidoniensis sermo paraeneticus ad gentes, quo eas, propter suarum linguarum diversitatem, ac regionum divisionem, christianam fidem, una cum Hebraeis ultro profiteri debere ostenditur; ubi item de adventu Messiae adversus Iudaeos potissimum disseritur. Init. pag. 46. 3. Eiusdem Pauli sidoniensis epistola ad quemdam amicum mahometanum sidoniensem de fide, sive quid Christiani sentiant de Mahomete eiusque lege, et de christianae religionis veritate. Init. pag. 82. 4. Eiusdem Pauli sidoniensis episcopi dissertatio historico-dogmatica de discrepantia christianarum nationum huius temporis in rebus fidei et disciplinae; ubi haereses ac peculiares ritus recenset, et Graeco-melchitarum dogmata, et ecclesiasticam disciplinam adversus Nestorianos, Iacobitas, Maronitas, et Latinos propugnat. Init. pag. 116. 5. Eiusdem Pauli sidoniensis episcopi expositio brevis dogmatis Christianorum de unitate, trinitate, et incarnatione, instante seniore Abul-Sarca (in praecedente codico inscribitur epistola ad Abul-Sorur) al-Tanisi, al-Raccam, id est, phrygione, mahometano. Init. fol. 124. a terg. 6. Eiusdem Pauli sidoniensis episco-

pi responsio ad obiectiones a praefato seniore abul-Sarca in sua epistola oblatas adversus mysterium trinitatis et incarnationem. Init. pag. 143. 7. Eiusdem alia responsio ad eundem seniorem, in qua demonstrat, miracula a Christo domino patrata, vera esse, ac realiter accipienda, non vero improprie et metaphorice, uti mahometanus ille effutiebat. Init. pag. 147. 8. Eiusdem item alia responsio ad praefatum seniorem de praedestinatione, et quod Deus non est auctor malorum. Init. fol. 151. 9. Eiusdem Pauli episcopi sidoniensis professio fidei adversus cunctas fides haereticas. Init. fol. 172. 10. Codex canonum legalium, sive falcidia imperatorum Basilii, Leonis, et Constantini; opus in praefationem et titulos XL. variis capitibus constantes, distributum, quorum series initio praefigitur, subiecta brevi expositione nominis falcidiae; cuius init. pag. 184. Praefatio incipit pag. 185. Titulus I. de sponsalibus, incipit pag. 192. Titulus XL. et ultimus de divisione praedarum, incipit pag. 419. Conspirat cum editis graeco-latinis, paucis tamen immutatis.

11. Stephani diaconi graeco-melchitae, decimo quinto Christi saeculo clari, tractatus de iis quae Iacobitae (Coptitae) profitentur, et in quibus ab orthodoxis discrepant, subiecta eorum confutatione ex sacris libris. Opus haud contemnendum, sed in nonnullis, quae Iacobitis, ceu errores perperam adtribuit, corrigendum. Dividitur in XXXV. capita, hoc ordine disposita. Caput 1. Oppugnat illorum dogma de unica in Christo natura et voluntate. Incipit pag. 421. Caput 2. De eorum trisagio, sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis, qui natus es ex virgine. pag. 422. Caput 3. De abolitione confessionis auricularis, quae est medicina spiritualis. Pag. 423. Caput 4. Praebent corpus Christi indignis, eiusque mysterium ignorantibus. Pag. 424. Caput 5. Infundunt sacrum chrisma in aquam baptismi, et absolvunt unica oratione. Ibidem. Caput 6. Sacerdos, digito chrismate intincto, signat baptizatum. pag. 425. Caput 7. Denegant suis infantibus, servis, et ancillis morti proximis baptismum et eucharistiam, quia ecclesiam adire nequeunt. Ibidem. Caput 8. De circumcisione, quam retinent. pag. 426. Caput 9. De circumcisione mulierum, qui est error maximus ac pessimus. pag. 428. Cap. 10. Ordinant puerum parvum in diaconum. pag. 429. Caput 11. Uno eodemque die infantes baptismo et diaconatu initiant. pag. 430. Caput. 12. Eorum episcopi, presbyteri, et diaconi in ministerio missae sacerdotalibus vestibus non utuntur. Ibidem. Caput 13. Eorum sacerdotes cooperto capite et excalceati missam celebrant. pag. 431. Caput 14. Consanguineos in secundo gradu, et duas sorores cum duobus fratribus, matrimonio iungunt, iuxta morem gentium exterarum, quae lege carent. pag. 432. Cap. 15. De ieiunio ninivitico trium dierum, quod auctor Melchita immerito improbat. pag. 433. Caput 16. De ieiunio Heraclii imperatoris Romaeorum, quod iure ac merito improbat, non quia Maronita, uti auctor Melchita effutit, sed quia Monothelita fuit. pag. 435. Caput 17.

De eorum laetitia in feria sexta hebdomadae maioris sive sanctae. pag. 436. Caput 18. In anno bissextili festa crucis, nativitatis, et transfigurationis cum vigiliis, contra ritum omnium nationum christianarum celebrant, a mense decembri bissextilem annum auspicantes. pag. 438. Caput 19. De signo crucis, quod unico digito a sinistra ad dexteram ducunt. pag. 439. Caput 20. Sacra mysteria in mortis periculo constituti non accipiunt. pag. 440.

Caput 21. Sacram eucharistiam feria quinta maiore non servant, ut ea utantur in sequentis diei missa. pag. 441. Caput 22. Eorum episcopi et monachi carnem comedunt. pag. 442. Caput 23. Eorum monachi induunt habitum sancti Iohannis et sacrum schema absque benedictione sacerdotis. pag. 443. Caput 24. Sacerdos eucharistiam praebet uxori suae, et sponsus praesertim eam manibus suis porrigit sponsae suae in benedictione nuptiarum. Ibidem. Caput 25. In omnibus orationibus nocturnis ac diurnis sectionem evangelicam legunt. pag. 444. Caput 26. In fine omnium orationum dicunt *Domine miserere* semel et quadragies, praeter ceterorum Christianorum institutum, qui quadragies tantum ea verba repetunt. pag. 445. Caput 27. De tonsura totius capitis, quam et eorum episcopi et monachi observant. pag. 446. Caput 28. In ecclesia sandaracham pro ture adhibent. pag. 448. Caput 29. Oblationes initio super mensa offerunt, nec eas ab altari ad mensam asportant iuxta ritum Graecorum. pag. 448. Caput 30. In suis ecclesiis diebus dominicis et festis non servant unum eundemque ordinem ac ritum in lectionibus evangelii, apostoli, prophetarum, et psalmorum, et in celebratione missarum. pag. 449. Caput 31. De prohibitione, quae apud eos viget, ordinationis filiorum neophytorum, et secundae uxoris ducendae a clericis, eorumque promotionis ad ceteros sacerdotii gradus. pag. 450. Cap. 32. De eorum ieiunio in hebdomada descensus spiritus sancti, quae incipit a pentecoste. pag. 453. Cap. 33. Parentes apud eos e sacro baptismi lavacro filios suos suscipiunt, et spiritualia corporalibus miscent. pag. 456. Cap. 34. De eorum immersione in aquam in festo epiphaniae, super qua missam integram, cum evangeliis, et apostolo, et cum orationibus, et precibus celebrant, fitque illa aqua sacra, uti est baptismalis. pag. 457. Cap. 35. In primis vesperis dominicae olivarum omnibus nationis suae defunctis iusta solvunt, et orationem mortis pro eis dicunt; iis autem, qui hebdomada sancta passionis moriuntur, funera fieri prohibent. pag. 458.

Is codex scriptus fuit an. Christi 1543, uti haec docet calligraphi adnotatio quae fol. 459. ad calcem apposita est. *Descripsit hunc librum servus abiectus, peccator, sperans placamen Domini sui, et veniam delicti sui, qui non meretur memorari nominatim inter fideles orthodoxos, propter suam imbecillitatem, et multitudinem delictorum suorum; Salem filius Davidis bonae memoriae, cognomento Karim, ex oppido culto Cara. Ignoscat Deus excelsus ei, eiusque parentibus. Idque accidit kalendis mensis*

heziran (iunii) *anno septies millesimo quinquagesimo primo patris nostri Adami, quocum pax. Et laus Deo soli.*

CXIII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 198, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codd. arabicos, Iosephi Simonii Assemani opera, in vaticanam bibliothecam inlatos, olim vigesimus octavus; quo continetur.

Responsio apologetica ad seniorem Mahometem filium Aaronis, Abi-Isa, pro religione christiana; auctore Iahia, seu Iohanne, ben-Adi iacobita; qui teste Abul-Pharagio in hist. dynast. pag. 209. obiit die 13. augusti, annos natus 81, plenoque nomine Abu-Zacharia, Iahia, Aphriba, filius Adi, filii Hamid, tagritensis seu martyropolitanus, appellatur. Ibi obiectiones quidem Mahometanorum contra trinitatem, incarnationem, et evangelium luculentissime refellit, sectam tamen Iacobitarum prae ceteris extollit, eorumque falsum dogma de una in Christo natura, voluntate, ac operatione, adversus Melchitas et Nestorianos propugnat. Dividitur in duas partes, quarum prima de trinitate, et unitate Dei, eiusque attributis, incipit fol. 1. a terg. Pars II. De Verbi incarnatione, ceterisque christianae fidei articulis, incipit fol. 99. a terg. Confer cum duobus sequentibus codd., et cum cod. CXXXIII, ubi eadem responsio apologetica exhibetur. Is codex scriptus fuit anno Christi 1330, quemadmodum in eius calce fol. 198. calligraphus hisce verbis adnotavit. *Absoluta est descriptio huius libri feria sexta*, 22. *mensis tybi* (ianuarii), *anno purorum martyrum nongentesimo quadragesimo sexto*, *in monasterio S. Antonii abbatis de Arbeh in Aegypto.*

CXIV.

Codex in fol. bombyc. foliorum 249, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim centesimus decimus sextus; quo continetur.

Iahiae, seu Iohannis, ben-Adi responsio apologetica christianae religionis adversus seniorem Mohammedem Aaronis filium, cognomento Abu-Isa al-Uarrac, in duas partes distributa, quarum prima agit de trinitate et unitate Dei, eiusque attributis, iuxta dogmata Iacobitarum, Nestorianorum, et Melchitarum, contra quos Mahometanus ille invehitur, opponens varias interrogationes et difficultates, quibus omnibus respondere contendit atque conatur praefatus apologiae auctor; praemissa praefatiuncula, cuius init. fol. 1. a terg. Pars vero prima incipit fol. 2. Pars secunda inscripta Iahiae ben-Adi, ben-Hamid ben-Zachariae, est pars altera demonstrationis errorum Mahomedis filii

Aaronis, cognomento Abi-Isa al-Uarrac in parte secunda eius libri de refutatione trium nationum christianarum, nempe Iacobitarum, Nestorianorum, et Melchitarum; ubi agitur de Verbi incarnatione, de una in Christo natura, una persona, et una voluntate, ac operatione; de maternitate Virginis, et aliis multis ad hoc mysterium spectantibus, iuxta placita Iacobitarum. Init. fol. 120. a terg. Avulso uno folio, deest huius secundae partis finis, qui tamen ex praecedente codice suppleri potest. Is autem codex, cuius aetas ad decimum quintum Christi saeculum videtur referenda, pertinuit olim ad Athanasium archiepiscopum assyrium iacobitam, uti haec docet eiusdem adnotatio, quae in fronte partis secundae fol. 120. legitur. *Emit hunc benedictum librum servus humilis Athanasius nomine tenus archiepiscopus*, *ex regione orientali* (Assyria) *qui est archiepiscopus Moses surensis* (tyrius) *filius presbyteri Isaaci de oppido Canuc*, *a diacono Gabriele misrensi* (aegyptio), *pretio unius scerifi aurei*, *anno Graecorum* 1880, *sanctorum vero martyrum* 1293, hoc est Christi 1578.

CXV.

Codex in fol. bombyc. foliis constans 295, arabico sermone et litteris eleganter exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim vigesimus nonus; quo continetur.

1. Epitome responsionis apologeticae Iahiae ben-Adi, de quo in praecedente codice, pro religione christiana Iacobitarum, Nestorianorum, et Melchitarum, ad Abi-Isa Mohamedem Aaronis filium, cognomento al-Uarrac, duas in partes divisa, in quibus Mahometanorum quidem obiectiones adversus christianae fidei dogmata plane refellit, sectam tamen Iacobitarum prae ceteris extollit. Pars 1. De Deo uno et trino incipit fol. 1. a terg. Pars 2. De incarnatione Verbi, et reliquis christianae fidei mysteriis et articulis fol. 7. a terg. 2. Epitome dissertationis Iahiae ben-Adi, eiusque observationis de statu omissionis appetendi caelibatum, adversus eos qui asserunt, Christianos caelibatum et castitatem servantes divinis adversari legibus et mandatis. Init. fol. 159. a terg. 3. Epitome epistolae Eliae metropolitae Nisibis de castitate. Fol. 179. 4. Ex dissertatione Severo ben-Almocaffah episcopo Asmonaeorum adscripta, de caelibatu et castitate; ubi profertur responsio S. Ephraem syri ad interrogationem cuiusdam monachi de illo apostoli: melius est nubere, quam uri. Fol. 190. 5. Dissertatio de incarnatione Christi domini adversus Nestorianos, sine auctoris nomine; qui tamen est Iahia ben-Adi, ut ex sequente ad eum Cyriaci nestoriani responsione liquet. Fol. 193. 6. Cyriaci nestoriani, circa medium decimum Christi saeculum clari, responsio ad praecedentem dissertationem Iahiae ben-Adi, qui suam addit et interserit defensionem. Fol.

210. 7. Iahiae ben-Adi apologia suorum scriptorum adversus quemdam Aegyptium, qui multa in iis cen contraria et invicem contradicentia notaverat. Fol. 219. 8. Eiusdem Iahiae ben-Adi responsiones ad interrogationes praefati Aegyptii de eodem argumento, quae sunt numero septemdecim (deest tamen septima) fol. 235. a terg. 9. Eiusdem Iahiae ben-Adi appendix ad suam dissertationem adversus Nestorianos. Fol. 266. 10. Dissertatio adversus eos, qui dicunt Mariam genuisse Deum; auctore ben-Attibo monacho nestoriano, qui, teste Gregorio Abulpharagio in chronico syriaco, obiit anno Graecorum 1355 (Christi 1042) exeunte mense octobri; plenoque nomine appellatur Abulpharagius Abdallah, filius Attibi, araeensis sive assyrius, Eliae primi Nestorianorum patriarchae a secretis. Init. fol. 269. a terg. Is codex exaratus fuit anno Christi 1200, uti isthaec docent amanuensis verba, quae fol. 164. et seq. in calce leguntur. *Et hoc quod curavit diaconus Said; quem Deus adiuvet, et illuminet oculos ipsius mentis etc. Absolutus autem fuit hic liber die 26. mensis barmudae, anno martyrum nongentesimo sexagesimo sexto.*

CXVI.

Codex in fol. bombyc. foliorum 360, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales ab Andrea Scandar in vaticanam bibliothecam illatos, olim quadragesimus secundus; quo continetur.

Abu-Sciakeri Petri, ebn-Arrahebi, Abil-Karami, Ebn-Almohadeb, diaconi ecclesiae S. Mariae nuncupatae Moallaca, de urbe Misra prope palatium candelarum (quae ecclesia ad coptitas Iacobitas spectat) liber demonstrationis de canonibus perficientibus seu vigentibus, et de constitutionibus obsoletis, theologicus, secundum placita Monophysitarum et Monothelitarum, quibus Coptitae adhaerent; cui auctor postremam manum imposuit anno martyrum 987, hegirae 669 (Christi 1271.) ceu ipse in fine praefationis testatur; cuius initium fol. 1. a terg. Totum opus, luce sane dignum, in quinquaginta quaestiones dividitur, quarum series praefationi adnexa est. Videlicet. Quaestio I. sectionibus quatuor constans, de composito, essentia, et attributis. Init. fol. 5. Quaestio II. Deum in omnibus creaturis suis existere, sed non eodem modo. Fol. 3. a terg. Quaestio III. De unione divini Verbi. sect. 7. fol. 10. Quaestio IV. De substantia. Fol. 25. Quaestio V. De persona. Fol. 26. a terg. Quaestio VI. De differentia inter substantiam, personam, et naturam. Fol. 30. Quaestio VII. De natura. Fol. 31. Quaestio VIII. De arbitrio, voluntate, et operatione. Fol. 56. Quaestio IX. De signo crucis. Fol. 63. a terg. Quaestio X. De affluentia spiritus sancti, eiusque processione. Fol. 66. Quaestio XI. De sacerdotibus, qui Deum peccatis suis provocant ad iram. Fol. 70. a terg. Quaestio XII. De blasphemantibus in spiritum sanctum. Fol. 77. a terg.

Quaestio XIII. Ostenditur iustificatio fidei ex iustificatione operum. Fol. 79. a terg. Quaestio XIV. De circumcisione et praeputio. Fol. 83. Quaestio XV. De repudio. Fol. 81. Quaestio XVI. De oblatione, seu eucharistia, quae est corpus et sanguis Christi, in novem sectiones divisa, ubi multa notatu dignissima pro existentia reali corporis Christi in eucharistia ex ss. patribus proferuntur. Fol. 89. Quaestio XVII. De differentia et discrimine inter fermentatum et azymum. Fol. 131. Quaestio XVIII. De sumptione aquae et eulogiae post communionem. Fol. 139. Quaestio XIX. De comestione domini nostri Christi ante et post resurrectionem, deque esu angelorum, et de saturitate multorum milium hominum ex modico pane a Christo curata. Sect. 7. fol. 142. Quaestio XX. De arbore, ex qua Deus praecepit Adamo ne comederet. Fol. 151. a terg. Quaestio XXI. Quod Adam feria sexta creatus fuerit, eademque die peccaverit, ac transgressus fuerit, et e paradiso eiectus, atque huius portae clausae. Fol. 156. a terg. Quaestio XXII. In illud Christi domini: nemo bonus nisi unus Deus. Fol. 156. a terg. Quaestio XXIII. In illud Christi domini: quodcumque ligaveritis super terram, erit ligatum et in caelis. Fol. 160. Quaestio XXIV. De sacrificiis et idolothytis. Fol. 152. Quaestio XXV. De ablutione manuum et pedum, deque purificatione. Fol. 164.

Quaestio XXVI. De adoratione creatori, non vero creaturae, praestanda. Fol. 171. Quaestio XXVII. De trisagio angelico. Fol. 172. Quaestio XXVIII. Quod in Deo non datur magis et minus; id enim est proprium creaturarum, non creatoris: et quod coniunctio duorum contrariorum est supra vires hominis, non vero Dei; et quod Deus si velit, operatur; et si velit, omittit. Fol. 174. Quaestio XXIX. Quod non licet opera Dei, eiusque iudicia causari ab ulla alia causa. Fol. 81. a terg. Quaestio XXX. Quod Deus praenoscit quod fieri vult. Fol. 186. Quaestio XXXI. Demonstratur, Deum esse scientiam, potentiam, et vitam. Fol. 206. Quaestio XXXII. Demonstratur, Deum esse potentem. Sect. 2. fol. 221. a terg. Quaestio XXXIII. Quod Deus est vivens. Sect. 3. fol. 231. a terg. Quaestio XXXIV. Quod Deus est audiens et videns, in praefationem et duas sectiones divisa. Fol. 223. a terg. Quaestio XXXV. Quod Deus est loquens, praefatione et sectionibus duabus constans. Fol. 238. a terg. Quaestio XXXVI. Quod Deus est volens. Sect. 3. fol. 245. Quaestio XXXVII. Quod existentia Dei benedicti excelsi est ipsa eius essentia, et non quid superadditum. Sect. 2. fol. 253. Quaestio XXXVIII. Quod factor mundi unus est, non vero duo, et quod mundus est creatus, non aeternus. Sect. 7. Fol. 258. Quaestio XXXIX. De existentia Dei excelsi et eius unitate et trinitate personarum, deque dogmatibus hominum circa ipsum. Fol. 266. Quaestio XL. Quod essentia non est potentia superaddita artributis. Fol. 269. Quaestio XLI. Quod Christus est Deus, et quod Maria est mater eius; deque sessione ad dextram, et resurgentibus in resurrectione, et de decem virgini-

bus, aliisque. Sect. 2. fol. 274. Quaestio XLII. Confirmatur assertio, quod una est Christi substantia et una persona. Fol. 292. Quaestio XLIII. De differentia stationis Christi domini in utero matris suae ab aliorum statione. Sect. 3. fol. 308. Quaestio XLIV. De bonis naturae, et aetate naturali ac voluntaria a Deo definita. Fol. 314. Quaestio XLV. De decreto Dei et de fato. Fol. 219. a terg. Quaestio XLVI. Quod animae post mortem sciunt, deque earum statu, cum e corpore exeunt. Fol. 323. Quaestio XLVII. De ordinibus sacerdotii, eiusque obligationibus, in decem sectiones divisa. Fol. 329. Quaestio XLVIII. De ieiunio quadragesimali, eiusque prorogatione, usque ad hebdomadam paschatis, et de eius obligationibus. Fol. 336. Quaestio XLIX. De ieiunio, et eius obligatione, deque differentia inter tempus fractionis eiusdem, et tempus paschatis, sive de hora solvendi ieiunium. Fol. 338. a terg. Quaestio L. De supremo iudice, et die iudicii, et quod Christus Deus ipse iudicaturus est mundum, deque octavo millesimo aetatis mundi, in quo auctor iudicium universale futurum opinatur. Sect. 6. fol. 345. Confer cum sequente codice, ubi idem opus exhibetur. Vide etiam cod. CLXVI, in quo eiusdem auctoris chronicon orientale continetur.

Is codex scriptus fuit anno Christi 1571, quemadmodum isthaec docent amanuensis verba, quae fol. 359. a terg. leguntur. *Explicit liber demonstrationis de canonibus perficientibus, et de constitutionibus obsoletis. Et Deo laus atque gloria. Absolutus autem fuit die* 28. *mensis canun posterioris* (ianuarii) *anno Graecorum millesimo octingentesimo nonagesimo, in coenobio Zapharano, quod nuncupatur coenobium sedis patriarchalis antiochenae Iacobitarum, alias ss. Ananiae, et Eugenii, et sociorum XII. millium sanctorum, quorum oratio nobiscum sit. Amen. Calligraphus autem et curator fuit pauper rabban* (magister noster) *Ephraem filius Danielis bonae memoriae, ex al-Cuaim oppido Cazlachant* (in Mesopotamia). *Rogatur omnis frater, qui hunc librum legerit, ut misericordiam adprecetur amanuensi rabban Ephraem, et parentibus eius. Amen.* Consequitur *oratio pro pueris hebetis ingenii*, syriacis litteris et sermone exarata, cuius titulus et initium fol. 360.

CXVII.

Codex bombyc. in fol. foliorum 249, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim trigesimus secundus; ubi continetur.

1. Liber demonstrationis de canonibus perficientibus, seu vigentibus, et de constitutionibus obsoletis, theologicus, iuxta doctrinam Iacobitarum, auctore Abusciakero Petro Ebn-Arrahebi, Abil-Karami, coptita; de quo in praece-

dente codice, et fusius infra in codice CLXVI. Constat praefatione, et quinquaginta quaestionibus, quarum series initio praefigitur, et quarum arabicos titulos et initia in praecedente codice recensuimus. Ibi autem agitur 1. de composito, essentia, et attributis. 2. quod Deus ubique sit, et quo pacto. 3. de unione. 4. de substantia. 5. de persona. 6. de differentia inter personam, substantiam, et naturam. 7. de natura. 8. de voluntate et operatione. 9. de signo crucis. 10. de processione spiritus sancti. 11. de sacerdotibus, qui Deum offendunt. 12. de iis, qui in spiritum sanctum blasphemant. 13. quod iustitia fidei ex iustitia operum demonstratur. 14. de circumcisione et praeputio. 15. de divortio et repudio. 16. De eucharistia. 17. de fermentato et azymo. 18. de sumptione aquae et eulogiae post communionem. 19. de comestione Christi post et ante resurrectionem, deque comestione angelorum, et multiplicatione panis a Christo domino facta. 20. de arbore, qua Deus Adamo interdixit. 21. quod Adam feria sexta creatus sit, eademque die peccaverit, et eiectus e paradiso fuerit. 22. in illud Christi Domini: non est bonus nisi unus Deus. 23. in illud eiusdem: quodcumque ligaveritis super terram, erit ligatum et in caelo. 24. de sacrificiis et idolothytis. 25. de ablutione manuum et pedum, deque purificatione. 26. de cultu creatori, non creaturis, praestando. 27. de angelico trisagio. 28. quod in Deo non datur magis et minus, et quod omnia potest. 29. quod opera Dei a nulla alia causa pendent. 30. quod Deus praenoscit id quod agere vult. 31. quod ipse est scientia, potentia, et vita. 32. quod Deus est potens. 33. quod est vivens. 34. quod est audiens, et videns. 35. quod est loquens. 36. quod est volens. 37. quod existentia Dei est ipsa eius potentia, non quid superadditum. 38. quod unus est mundi factor, non plures. 39. quod Deus est unus natura, et trinus personis. 40. quod essentia non est quid superadditum attributis. 41. quod Christus est Deus, et Maria mater eius: et de sessione ad dexteram patris, de resurrectione, et iudicio. 42. unam esse Christi substantiam, et unam personam. 43. de mansione Christi in utero matris suae. 44. de bonis naturae, et aetatibus hominum a Deo definitis. 45. de decreto et fato. 46. de statu animarum corporibus solutarum. 47. de ordinibus sacerdotii. 48. de ieiunio quadragesimali. 49. de hora solvendi ieiunium. 50. de supremo iudice et iudicio.

Exemplar hoc imperfectum est, et pluribus foliis mutilum. Desiderantur in eo septemdecim quaestiones, nimirum a XXI. ad XXXII, et a XXXVI. ad XLI, quae tamen ex praecedente codice suppleri possunt. Praefatio incipit fol. 1. Quaestio autem prima incip. fol. 5. Quaestio ultima fol. 183. a terg. In fine vero fol. 196. haec a calligrapho adnotata reperies. *Explicit liber demonstrationis de canonibus perficientibus, et constitutionibus obsoletis, descriptus ex apographo, manu auctoris exarato, feria quinta, die undecima mensis baonae* (maii) *anno ss. martyrum nongentesi-*

mo nonagesimo septimo, qui respondet diei 16. *mensis sepher, an. hegirae arabicae* 680 (Christi 1281.) *Eius autem exscriptio facta fuit in civitate Atbig orientali, una ex celebrioribus regionum aegyptiacarum urbibus, manu servi humilis, pauperis, impotentis, peccatoris, imbecilli, qui dignus non est nomine hominis in omni creatura, et multo minus sacerdotis in ecclesia catholica apostolica, Iohannis filii ecclesiae ss. patrum apostolorum Petri et Pauli nuncupatae de Balugeh; qui scriptionem absolvit feria quinta, die octava mensis baonaë, anno ss. martyrum millesimo trigesimo nono, qui respondet diei* 19. *mensis gemadi prioris, an. hegirae arabicae* 723 (Christi 1323.) *Ipse autem rogat omnes qui hunc librum viderint, patres, et fratres, filios ecclesiae christianae, ut adprecentur ei misericordiam veniam et indulgentiam peccatorum suorum publicorum et occultorum. Qui autem quidquam pro eo petierit, retribuetur ei in caelesti Hierusalem, loco quem oculus non vidit, nec auris audivit, nec in corda hominum ascendit. Et laus Deo semper.* Consequitur anonymi adnotatio de duodecim proprietatibus quatuor volucrum, nempe corvi, galli, columbae, et accipitris; una cum nonnullis sapientium apophtegmatibus, quae tamen recentiore manu addita sunt. Init. fol. 169. a terg.

2. Cyrilli filii Laclac, alexandrini coptitarum patriarchae septuagesimi quinti (anno Christi 1243. defuncti) liber de officiis ecclesiasticis, in capita viginti distributus, videlicet. Cap. I. De ecclesia, eiusque amplitudine. Init. fol. 197. Cap. II. De ordinatione sacri altaris. Ibid. Cap. III. De numero signorum crucis super oblationem a sacerdote formandorum, et tempore quo ea fieri debent. fol. 198. Cap. IV. Ordo consecrationis calicum novorum. Fol. 199. Cap. V. De quantitate turis in turibulo ponenda, deque ordine turificandi populum. Ibid. Cap. VI. De metropolitis et episcopis, absente patriarcha, ad eius ecclesias et monasteria accedentibus, et quomodo oblationem, seu eucharistiam, ibidem sumere debeant. Fol. 200. Cap. VII. De ordine oblationis, seu communionis episcoporum et presbyterorum. Ibid. a terg. Cap. VIII. De sacerdotibus et diaconis. Fol 201. Cap. IX. De hegumenis. Fol. 201. a terg. Cap. X. De ordine baptismi et baptizatorum. Ibid. a terg. Cap. XI. De ordine officii lampadis, seu benedictionis olei infirmorum. Fol. 202. a terg. Cap. XII. De rebus in hoc capite memorandis, quae sacerdotibus monachis interdicuntur. Fol. 203. Cap. XIII. De ordinatione festorum annunciationis, quadraginta martyrum, sanctae crucis, ac de sancto ieiunio. Ibid. Caput XIV. De ordine orationis elevationis turis, seu turificationis, ad matutinum et ad vesperas in ecclesia. Ibid. a terg. Caput XV. De oratione absolutionis mulierum, quae nubunt, aut quae parturiunt. Ibid. Caput XVI. De prohibitione legendi evangelium secundum, praeter evangelium missae, in ieiunio, aut aliis diebus. Ibid. Caput XVII. De ordine sponsalium. Ibid. Caput XVIII.

De ordine ciborum in ieiuniis. Fol. 204. Caput XIX. De prohibitione adeundi balnea temporibus memorandis; nempe mane diei epiphaniae, die sabbathi luminis seu sancti, et nocte paschatis. Ibid. a terg. Caput XX. De dispositione rituum ordinatorum, secundum currentem consuetudinem ecclesiae copticae. Ibid. In calce huius libri, cuius Renaudotius in vita eius auctoris Cyrilli filii Laclac, nullam mentionem facit, isthaec adnotata leguntur fol. 205. a terg. *Expliciunt capita de officiis ecclesiasticis, quae composuit et vulgavit pater dominus patriarcha Cyrillus, cognomento ben-Laclac, alexandrinorum patriarcharum septuagesimus quintus, quaeque ceu tutum fundamentum, et firmam perpetuamque consuetudinem populo suo in omnibus climatibus regionum aegyptiacarum servanda praecepit. Descripta autem sunt ex apographo manu reverendi presbyteri Isaac ben-Cadurah abbate monasterii Sciahran, exarato, quum in monasterio Arbeh moraretur, die 2. mensis thot* (augusti) *anno ss. martyrum millesimo tertio* (Christi 1287.) *Elargiatur Deus nobis omnibus benedictionem eorum orationum Amen.*

3. Severi patriarchae Antiochiae oratio dicenda super aquam, quae si aegrotis propinetur, ope Dei excelsi convalescunt, et sanitatem consequuntur. Init. fol. 206. 4. Eiusdem alia oratio super oleum recitanda, quo unctus infirmus ex omni morbo convalescit. Init. fol. 206. a terg. 5. Oratio S. Sisinii martyris, legenda super puerum, eique ceu amuletum appendenda; quo facto, ab omni malo liber erit, illumque Deus per intercessionem huius sancti custodiet. Ibid. 6. Iohannis filii Severi, scribae aegyptii, liber scientiae et operis (alibi *facilitas ineundi viam scientiae et praxeos* inscriptus) sive de iis, quae christianum hominem decent; ubi et de praestantia christianae religionis adversus Abu-Ali, ben-al-Hassan, ben-Manbub, mahometicae sectae professorem, potissimum disseritur. Vide infra cod. CXXVI. num. 2, ubi idem opus exhibetur etc. Constat autem praefatione et decem capitibus, quorum series eidem praefationi adnectitur, cuius init. fol. 208. a terg. Porro caput 1. De naturali amore ac propensione hominis in genere erga sui conservationem ac longaevitatem. Fol. 210. Caput 2. Demonstratur, longaevitatem laudabilem non esse in hoc mundo, sed in altero. Fol. 211. Caput 3. Quod non pervenit ad hanc laudabilem perennitatem, nisi homo virtutibus praeditus. Fol. 211. a terg. Caput 4. De praestantia legis Christi, quam quindecim demonstrationibus suadet intellectus. Caput 5. Quod Christi lex non nisi miraculis suscipitur. Fol. 229. Caput 6. Demonstratur, plus capere homines utilitatis ex lege Christi domini, quam ex philosophia; deque utriusque differentia. Ibid. a terg. Caput 7. De praestantia scientiae, et quod sine ipsa nullum opus bonum completur. Fol. 234. Caput 8. De methodo comparandae scientiae. Fol. 236. a terg. Caput 9. De methodo comparandi operis.

Fol. 237. Caput 10. De methodo faciliter comparandae scientiae et operis. Fol. 242. Desinit fol. 249. in hanc amanuensis adnotationem. *Ope Dei, eiusque directione, absoluta est descriptio libri scientiae et operis, quem composuit pater sanctus Iohannes filius Severi, scriba aegyptius, die 15. mensis chihach, anno purorum et sanctorum martyrum millesimo quadragesimo, qui respondet diei 12. mensis dilhegge, anno hegirae arabicae* 726. (Christi 1325.) *Idque in urbe Arbig orientali, una ex celebrioribus regionum aegyptiacarum civitatibus. Calligraphus autem* (Iohannes qui et superiorem Petri Abu-Sciakeri librum descripsit) *rogat omnes filios ecclesiae christianae, qui illum viderint, ut misericordiam et remissionem eius patentium et occultorum peccatorum implorent. Qui autem in aliquo ipsius meminerit, habebit remunerationem a domino creatore creaturae in caelesti Ierusalem. Et laus Deo semper in aeternum. Dicitur autem huius libri auctor duos alios libros elucubravisse, quorum alterum inscripsit de intelligentia post inscitiam, alterum de certitudine post ambiguitatem* etc.

CXVIII.

Codex bombyc. in 4. foliorum 139, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim trigesimus sextus. Ibi continetur.

1. Liber illustrationis intellectuum de scientia fundamentorum, qui et revelatio purorum mysteriorum de causis christianae religionis inscribitur, auctore Abulbarkato filio Cabari, presbytero medico coptita. Dividitur in duas summas seu partes, praemissa, ut in superiore codice CX, praefatione generali, cuius init. fol. 1. a terg. Pars 1. De scientia et cognitione fundamentorum fidei, constat sectionibus XXIV, in quibus de Deo uno et trino, et de Christi divinitate atque humanitate, de resurrectione mortuorum, de sacris imaginibus, et de eucharistia, per compendium exponitur, iuxta doctrinam Iacobitarum. Pars altera de fundamentis praeceptorum christianae legis circa ieiunia et preces, habet sectiones V; in quibus de oratione, ieiunio, eleemosyna, praestantia legis Christi, et de praeceptis evangelicis disseritur, addito in fine corollario, ubi quaestionibus a Mahometanis adversus christiana dogmata proponi solitis respondetur. Fol. 46. a terg. Corollarium vero incipit fol. 66. Confer cum codice CV. idem Abulbarkati opus continente, ubi singularum sectionum titulos et initia recensuimus. 2. Liber apocalypseos sive revelationis sancti magni Iohannis theologi, unius ex puris duodecim apostolis. Init. fol. 79. a terg. Sequitur expositio revelationis Iohannis evangelistae, quae apocalypsis nuncupatur, auctore anonymo. Init. fol. 96. a terg. Is co-

dex exaratus est anno Christi 1323; atque adeo ad auctoris aetatem referendus est; ut haec ostendit anonymi librarii epigraphe, quae in clausula libri de fundamentis fidei fol. 76. a terg. legitur. *Explicit, cum laude et ope Dei, in urbe Damasco a Deo custodita, feria 2, die 9. mensis gemmadi prioris, anno hegirae septingentesimo vigesimo tertio, qui respondet diei 16. jiar, anno mundi 6831, hoc est 21. mensis bescensii* (seu maii) *anno martyrum millesimo trigesimo nono.* Auctor Abulbarkatus, inclinante saeculo XIII. claruit, obiitque nonagenarius anno martyrum 1079, Christi 1363, quo Iohannes Damasco oriundus patriarchatum alexandrinum Coptitarum adeptus est.

CXIX.

Codex bombyc. in folio constans foliis 126, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam inlatos olim trigesimus secundus; ubi continetur.

1. Abulbarkati filii Cabari presbyteri medici liber illustrationis intellectus de scientia fundamentorum, qui revelatio mysteriorum absconditorum de causis christianae religionis inscribitur. Constat duabus summis seu partibus; praemissa praefatione generali, una cum serie sectionum, quas unaquaeque pars complectitur, et quarum titulos atque initia in superiore codice CXVIII. exhibuimus. Eius initium fol. 1. Pars I. De scientia et cognitione fundamentorum inscripta, habet sectiones XXIV, ubi de Deo uno et trino, de Christo domino, de resurrectione mortuorum, de sacris imaginibus, de baptismo, et de eucharistia agitur. Init. fol. 3. Pars secunda de fundamentis praeceptorum christianae legis circa ieiunia et preces, dividitur in quinque sectiones; ubi de oratione, de ieiunio, de eleemosyna, de praestantia christianae legis, et de mandatis evangelicis disputatur. Init. fol. 38. Accedit conclusio sive corollarium unica constans sectione, ubi auctor Abulbarkatus respondet interrogationibus quorumdam dominorum mahometanorum super nonnullis christianae fidei mysteriis, de quibus in priore huiusce operis parte disseruerat. Fol. 53. a terg. In clausula huius corollarii fol. 58. a terg. isthaec a calligrapho adnotata reperies. *Absolutus est liber illustrationis intellectuum de scientia fundamentorum manu pauperis, et abiecti inter filios hominum propter sua delicta atque scelera, qui indignus est hominis multo magis presbyteri nomine, Gabrielis medici, filii Phargiallae, filii Georgii* etc. *feria tertia, exeunte mense tibi* (decembris) *unius ex mensibus anni sanctorum martyrum* 1050 (Christi 1334.) *Et Deo gloria, et laus, et gratiarum actio.*

2. Eiusdem Abulbarkati presbyteri medici apologia christianae religionis adversus Mahometanos et Iudaeos, ex utrorumque adfirmationibus et fundamentis dogmaticis petita; in praefationem, sectionibus XII. constantem, et tres por-

tas, seu capita, distributa, ut in superiore codice CXVIII. ubi tamen diverso ab hoc titulo inscribitur. Init. fol. 59. Subnectitur conclusio sive corollarium exhibens paraenesim ad Christi fideles; et quod fides sine operibus ipsis nihil omnino prosit. 3. Eiusdem Abulbarkati presbyteri medici epistola demonstrativa seu confutatio eorum, qui ex Dei decreto, et ex fato liberum arbitrium evertere contendunt. Init. fol. 109. a terg. Extat praestantissimi huiusce Abulbarkati operis apographum in bibliotheca regia parisiensi num. CII. in appendice ad tomum I. catalogi eiusdem bibliothecae notatum; ubi ab anonymo doctore copto in gratiam viri cuiusdam primarii dicitur anno hegirae 1035. (Christi 1625.) conscriptum. Verum, pace scriptoris laudati catalogi dixerim, annus ille non auctoris, qui ab inclinante decimo tertio Christi saeculo, usque ad annum 1355. claruit; sed exarati a librario apographi tempus designare certum est. Et noster quidem codex anno Christi 1333. exscriptus est; uti haec docet calligraphi adnotatio, quae fol. 126. in fine legitur, quaeque cum superiore epigraphe ad calcem tractatus de fundamentis fidei apposita, plane concordat. *Completa est exscriptio huius libri manu pauperis peccatoris, indigni nomine hominis propter nequitiam suorum seclerum, et multitudinem peccatorum, multo magis sacerdotis, Gabrielis medici, filii Phargiallae, filii Georgii. Exaravit autem illum ad suum usum, ut in eo legat, feria quarta die* 15. *emscir* (ianuarii) *unius ex mensibus anni millesimi quinquagesimi sanctorum martyrum, qui respondet diei* 4. *gemmadi posterioris, unius ex mensibus anni septingentesimi trigesimi quarti hegirae*, nempe Iesu Christi 1333.

CXX.

Codex in fol. bombyc. foliorum 89, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim trigesimus primus; quo continetur.

Abrahami ben-Auni nestoriani cognomento al-Sekkaf i. e. sutoris, decimo Christi saeculo clari, liber solutionis dubiorum, et refutationis iudaei contradictoris; sive disputatio inter christianum et iudaeum de veritate christianae religionis; ubi eruditissime solvuntur plures obiectiones ex variis sacrarum litterarum, et praesertim novi testamenti, locis deductae, quae a iudaeo acerrime obiiciuntur. Opus luce dignissimum, quod laudat Abulbarkatus cap. 7. de scriptoribus ecclesiasticis his verbis. *Abraham Auni filius, sutor, edidit librum in capita CXXVII. distributum, in quo solvit dubia, quae a nonnullis Iudaeis afferuntur, ut probent Christianorum libros sibimet repugnare*. Dividitur in tres partes, quae in universum capita centum viginti septem complectuntur. Videlicet pars I. constat capitibus XXXVI, ex quibus priora septem cum dimidio oc-

tavi desiderantur. Init. fol. 1. Pars II. capp. XXXVI, quorum series initio praefigitur. Fol. 31. a terg. Pars III. capp. LV. Ex quibus tamen, deperditis posterioribus foliis, nonnisi duodecim priora cum serie omnium capitum, quae initio praefigitur, heic supersunt. Fol. 77. Is codex ad decimum tertium Christi saeculum videtur referendus.

.CXXI

Codex in 4. bombyc. foliorum 68, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim trigesimus quintus; quo continentur.

Anonymi collectanea ex libro confessionis patrum apostolorum, eorumque successorum patriarcharum de fide in sanctam Trinitatem, et incarnationem Verbi; cuius auctor Paulus ben-Regia coptita; ubi afferuntur variae auctoritates patrum, etiam acatholicorum, unionem duarum naturarum in Verbi substantia, nec non duarum voluntatum, et operationum existentiam, et spiritus sancti a patre, filioque processionem demonstrantes; et obiectiones adversariorum refelluntur. Porro patres, quorum testimonia in hoc opere proferuntur, sunt hi qui sequuntur: Ignatius patriarcha antiochenus, Gregorius thaumaturgus, Patres nicaeni, Athanasius patriarcha alexandrinus, Basilius episcopus caesareensis, Gregorius nyssenus, Felix papa, Hippolytus papa, Metoligonius (fortasse Vitalianus) papa, Ephraem syrus, Proclus constantinopolitanus, Eupraxius Armeniorum archiepiscopus, Iohannes hierosolymitanus, Theodotus ancyranus, Epiphanius episcopus Cypri, Gregorius nazianzenus, Iohannes chrysostomus, Theophilus alexandrinus, Cyrillus alexandrinus, Theodosius alexandrinus, Dionysius antiochenus, Severus antiochenus, Beniamin alexandrinus, Iohannes alexandrinus, Cyriacus antiochenus, Theodosius antiochenus, Dionysius antiochenus, Gabriel alexandrinus, Cosmas alexandrinus, Basilius antiochenus, Mennas alexandrinus, Iohannes antiochenus, Philotheus alexandrinus, Athanasius antiochenus, Zacharias alexandrinus, Sanutius alexandrinus, Christodulus alexandrinus, Iohannes alexandrinus. Confer infra cum codice CXXXVII. ubi idem ferme opus exhibetur. Init. fol. 1. a terg. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

CXXII.

Codex in 4. chartac. foliorum 107, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim centesimus vigesimus quartus; quo continetur.

Liber lampadum de fundamentis ecclesiae, in quatuor capita distribu-

tus, quibus praemittitur praefatio Dominici Sirleti neophyti huiusce codicis calligraphi, cuius init. fol. 1. Cap. I. De baptismo. Fol. 3. Cap. II. Demonstrationes evangelii. Init. fol. 30. Cap. III. De cruce dominica et de Trinitate. Init. fol. 52. Cap. IV. De septem lampadibus, quarum prior timor Dei. Init. fol. 89. In clausula codicis fol. 106. haec legitur adnotatio. *Miserere mei Deus in multitudine misericordiae tuae, et remitte mihi peccata mea. Ego peccator humilis inter filios hominum, Dominicus Sirletus, exaravi anno Christi* 1580. Subnectuntur nomina planetarum, alia tamen manu descripta.

CXXIII.

Codex bombyc. in 4. foliorum 28, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim centesimus quinquagesimus octavus; quo continetur.

Dissertatio de sanctissimo eucharistiae sacramento, conscripta in monasterio S. Antonii abbatis (in Thebaide) mense bescensio (maio) anno sanctorum martyrum millesimo centesimo duodecimo (Christi 1396.) auctore anonymo coptita. Ibi passim laudantur Benssali liber collectionis fundamentorum fidei, et liber de disciplina ecclesiae. Dividitur ea dissertatio in praefatiunculam et decem partes, quarum series eidem praefatiunculae adnectitur; cuius init. fol. 1. a terg. Pars I. Fides, quod in sanctissima eucharistia corpus et sanguis Christi domini nostri vere et realiter existat. Init. fol. 2. a terg. Pars II. Quomodo panis in eucharistia fiat corpus Domini nostri et vinum sanguinis eius; et quare voluerit ex pane et vino, non vero ex aliis rebus fieri suum corpus et sanguinem. Init. fol. 3. Pars III. Ratio, propter quam Dominus noster, cui gloria, dedit nobis suum corpus manducandum, et sanguinem suum bibendum; ea autem est utilitas, quam inde consequimur. Init. fol. 1. Pars IV. Ratio, cur Dominus dederit nobis separatim suum corpus, et separatim suum sanguinem. Init. fol. 6. a terg. Pars V. Quos ab episcopis eligi oporteat ad ordinem sacerdotalem, ordinibus angelicis praestantiorem. Init. fol. 8. Pars VI. Quid a sacerdote servari oporteat, qui gradum hunc sublimem promeruit. Init. fol. 9. a terg. Pars VII. Quid a sumente sacramentum eucharisticum agendum sit ante et post eius sumptionem. Init. fol. 11. a terg. Pars VIII. Dicta sanctorum patrum de sacramento eucharistiae, ex capite quinquagesimo tertio libri, cui titulus al-Haui, id est *continens*, desumpta. Fol. 15. Subnectitur interrogatio, utrum melius sit quotidie eucharistiam sumere, an vero singulis dumtaxat diebus dominicis. Init. fol. 15. a terg. Pars IX. De diversitate rituum nationum christianarum in oblatione huius sanctissimi sacramenti; ubi de azymo et fermentato disseritur. Fol. 21. Pars X. Dubia varia circa sacramentum eucharisticum occurrentia,

cum eorum solutionibus; videlicet 1. An Christus dominus sumpserit corpus et sanguinem suum in ultima caena cum apostolis. 2. Cur prohibeamur ab esu et potu ante sumptionem eucharistiae, quum Christus dominus corpus et sanguinem suum apostolis post caenam praebuerit. 3. Cur dicamus legem novam perfectiorem ac illustriorem esse vetere, quum constet sacramenta veteris legis fuisse signis confirmata; descendebat enim ignis de caelo, et consumebat holocausta; quae signa non cernuntur in novis sacramentis. 4. Demum an Christus dominus in celebratione paschatis adhibuerit fermentatum panem. Init. fol. 28. a terg. Is codex autographus est, et latina interpretatione, ac luce dignus, utpote qui totam orientalium de sacramento eucharistiae doctrinam et dogmata complectitur. Ad eius calcem fol. 28. auctor isthaec adnotavit. *Explicit dissertatio benedicta in pace a Domino. Amen. Eius autem auctor et scriptor pauper et humilis in peccatis et delictis suis rogat quemlibet eius lectorem, ut sibi misericordiam et veniam peccatorum apprecetur. Et qui aliquid dixerit, esto ei consimile. Et Deo gloria et gratiarum actio. Amen.*

CXXIV.

Codex in 4. chartac. foliorum 56, partim arabico, partim turcico sermone et litteris varia manu exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim centesimus octogesimus septimus; quo continentur.

1. Miscellanea sacra et profana. Videlicet 1. Gabrielis patriarchae alexandrini Coptitarum XCVII. epistola ad Clementem VIII (1), data die 16. mensis hatur, anno martyrum 1310, hoc est die 22. novembris anno Christi 1593, et per Iosephum et Abdalmessiam, sive Christodulum, presbyteros et monachos coenobii sancti Macarii in deserto nitriensi transmissa; qua romanae sedis primatum agnoscit, et fidem catholicam romanam profitetur. Init. fol. 2. 2. Eiusdem Gabrielis patriarchae alexandrini litterae fiduciariae ad memoratos Iosephum et Christodulum, quos legatos suos constituit, et quibus praefatam epistolam Clementi VIII. deferendam, suoque nomine professionem fidei emittendam committit, eodem die, mense, et anno datae; quas una cum praedicta epistola latine edidit card. Baronius in calce tomi VI. annalium. Porro Christoduli integrum nomen habes infra fol. 42. *D. Abdelmessias al-Makini, filius Petri, ex civitate Gerge aegyptius, natione coptita, professione monachus et sacerdos coenobii sancti Macarii*. Init. fol. 6. a terg. 3. Liber selectae eloquentiae verborum, quae in sermone hominum eorumque libris occurrunt; sive grammatica et lexicon arabicum, auctore Abul-Abbas Ahmedeben-Iahia, al-Thaalabi, qui teste Abul-Casemo zamachsciarensi, viginti annos in hoc scripto adornando

(1) Vide Asseman. dissert. seu controv. copt. a me ed. p. 176. 177.

impendit. Opus fine mutilum, quod tamen suppleri potest ex cod. CCCLVI. idem opus complectente. Init. fol. 9. 4. Anonymi tractatus astronomicus, cum duodecim signorum zodiaci tabulis, et duplici rota eorumdem signorum per singulos anni menses, turcice. Init. fol. 24. 5. Prohoemium psalmodiae coptitarum cum symbolo fidei constantinopolitano coptice. Init. fol. 39. 6. Emmanuelis presbyteri alepini eiusque socii, cuius nomen latet, libellus supplex ad cardinalem sanctae Severinae, ut ipsis a Pontifice maximo impetret subsidium, et encyclicas litteras ad Christi fideles, quo eleemosynas corrogent ecclesiae alepensi, a qua 1200. sultaninas Mahometani tyrannice exegerant. (Auctor indicis veteris vaticani perperam habet pag. 4. Epistola eiusdem Gabrielis patriarchae ad cardinalem sanctam Severinam.) Init. fol. 40. 7. Anonymi epigramma amatorium. Init. fol. 43. Alphabetum copticum cum latino litterarum valore. Init. fol. 50. a terg. 9. Fragmenta duo professionis fidei catholicae, quorum primum incipit fol. 54; alterum fol. 56. Is codex exeunte decimo septimo Christi saeculo scriptus videtur, si quidem tractatum astronomicum turcicum in charta bombycina exaratum excipias, uno saltem saeculo vetustiorem.

CXXV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 37, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codd. arabicos ex oriente, Iosephi Simonii Assemani opera, in vaticanam bibliothecam inlatos, olim decimus sextus; quo continentur.

Sancti Maximi monachi et confessoris, acta disputationis de duabus Christi voluntatibus, cum Pyrrho ex-patriarcha constantinopolitano habita coram Gregorio patritio, variisque episcopis et theologis, arabice e graeco reddita ab Abdalla ben-Alphadlo diacono antiocheno, uti liquet ex epigraphe ad calcem eorumdem apposita, quam infra proferemus. Init. fol. 1. a terg. 2. Regulae monachorum studitarum de quantitate et qualitate cibi ac potus. Init. fol. 30. a terg. 3. Regula monachorum montis sancti, vulgo montis Athonis, de qualitate et quantitate cibi ac potus. Init. fol. 32. a terg. 4. Nomina patriarcharum successorum ss. apostolorum, cum archiepiscopatibus et episcopatibus patriarchatus antiocheni, eorumque praeeminentiis et officiis. Init. fol. 34. a terg. Is codex descriptus a Naameh presbytero syro, ex vetustissimo ecclesiae alexandrinae exemplari, quod extat in urbe Damiata, anno Christi 1716, ut haec docet epigraphe, quae fol. 30. in calce actorum disputationis S. Maximi cum Pyrrho occurrit. *Explicit disputatio sancti Maximi monachi et confessoris, cum Pyrrho patriarcha constantinopolitano, quae descripta fuit ex apographo collato ad autographum e graeco in arabicum sermo-*

nem ab Abdalla ben-Alphadlo ,ben-Abdalla diacono antiocheno translatum. Completa autem fuit descriptio huiusce disputationis feria 6, *die* 27. *mensis benedicti tamuz* (iulii), *anno ab incarnatione divina* 1716. *in urbe Cahira* , *manu humilis presbyteri Naameh hierosolymitani syri.* Is deinde archiepiscopus Syrorum Damasci , iussu S. Congregationis de propaganda fide consecratus, in Libanum montem apud Maronitas se recepit, ibidemque octogenarius diem supremum obiit anno Christi 1740.

CXXVI.

Codex in 4. bombyc. foliis constans 313 , arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codd. arabicos , Iosephi Simonii Assemani opera , in vaticanam bibliothecam inlatos , olim vigesimus sextus ; ubi continentur.

I. Petri Sadamanti presbyteri monachi armenii coptitae opera . Videlicet 1. dissertatio de professione fidei , quam dixit feria quarta , die decima septima mensis besecnsii (maii), anno martyrum nongentesimo septuagesimo sexto (Christi 1062.) Auctor haeresi eutychiana Iacobitarum corruptus fuit ; uti et Eusebius coptita episcopus Achmimi , cuius fidei professionem laudat. Init. fol. 1. 2. Eiusdem dissertatio de virtutum exercitio, et cultu pietatis ad Eusebium episcopum Achmimi. Init. fol. 14. a terg. 3. Eiusdem dissertatio de rebus spiritualibus , didascalica; cui haec epigraphe ab amanuensi praefixa fuit : *complectitur hic sanctus liber doctrinas spirituales , et dicta philosophica , praeceptis evangelicis et canonibus apostolicis comprobata* . Huius autem libri nec principium nec finem nobis reperire licuit. Init. fol. 42. Desinit fol. 106. in hanc amanuensis adnotationem : *absolutum est atque completum , quod inventum fuit ex dissertatione sadamantica de rebus spiritualibus in prima decade mensis babeh , anno coptico ss. martyrum millesimo quadringentesimo quarto* (Christi 1688.) etc. 4. Eiusdem. historia ss. Isaiae et Asiae alexandrinorum , eorumque apophthegmata. Init. fol. 106. a terg. Eiusdem historia sancti Babnudae abbatis metradensis , cuius memoriam recolunt Coptitae die 15. februarii. Init. fol. 118. a terg. Eiusdem expositio historiae S. Isidori alexandrini, quam commentatus est abbas Petrus Sadamantus. Init. fol. 129. a terg. Sub eius initium fol. 129. amanuensis nomen suum prodit hisce verbis: *memento , Domine , servi tui humilis negligentis , Iosephi titulo hegumeni , qui implorat veniam peccatorum suorum.* In fine vero fol. 150. a terg. isthaec ab eodem adnotantur : *absoluta est descriptio praeclarae huius historiae feria tertia benedicta , die 4. mensis hatur benedicti , anno sanctorum martyrum millesimo quadringentesimo quarto* (Christi 1688.) *Elargiatur Deus nobis eorum benedictiones. Amen . O Domine , dimitte insipientias servi tui amanuensis. Amen.*

II. Iohannis, filii Severi, scribae aegyptii, *facilitas viae ineundae ad scientiam et praxim.* Tractatus asceticus, ad interrogationes Abu-Ali Hosaini filii Mauhabi accommodatus, et in decem portas seu capita distributus; in quibus de beata hominis immortalitate, deque doctrinis et bonis operibus ad eam consequendam necessariis, item de veritate ac praestantia christianae religionis disseritur. Praeit isthaec epigraphe ab amanuensi addita. *In nomine patris* etc. *Incipimus, eius ope et bonitate eius providentiae, descriptionem tractatus, quem composuit Iohannes filius Severi scriba aegyptius, de qualitate existentiae immortalitatis; et quae debeant filii ecclesiae percipere ex doctrinis probis, et philosophicis, et moralibus; deque bonitate vitae, quam ducere debent ascetae, ut pervenire possint in doctrina et opere ad immortalitatem in regno Dei; et de veritate legis Christi domini nostri, cui gloria. Idque omne comprobatum est argumentis intellectualibus, et demonstrationibus evangelicis, secundum interrogationes auctori factas ab Abu-Ali Hosaino filio Mauhabi. Deus utrique indulgentiam tribuat. Amen.* Init. fol. 151. In eius fine fol. 225. a terg. haec a calligrapho adnotata legas. *Explicit ope Dei excelsi, eiusque liberalitate et beneficientia, liber facilitatis viae ineundae ad doctrinam et opus; quem composuit praestantissimus pater Iohannes filius Severi scriba aegyptius. Pacatos nos reddat Deus excelsus, precibus eius acceptis. Amen.* Confer cum superiore codice CXVII. num. 6, ubi idem opus exhibetur.

III. Sancti patris Cyrilli archiepiscopi alexandrini epistolae duae ad Nestorium episcopum civitatis Constantinopoleos, una cum XII. articulis seu canonibus, qui eidem Nestorio sub anathematis poena admittendi proponuntur. Earum prima incipit fol. 226; altera incipit fol. 229. Ad huius calcem fol. 238. hanc calligraphus adnotationem adiecit. *Dixit Busciaër filius Simonis asiutensis* (*e cuius apographo descriptae sunt praedictae duae epistolae sancti Cyrilli*) *se easdem contulisse ad codicem copticum, in quo sequentia eiusdem sancti Cyrilli opera continebantur; epistola prima et secunda ad Nestorium; epistola ad Acacium episcopum; epistola prolixa ad pios imperatores; epistolae duae ad Sulsensum* (Succensum) *Caesareae episcopum; excerpta ex eiusdem Cyrilli libro, cui titulus, unus est Christus; ex libro secundo eiusdem tractatus, qui thesaurus inscribitur; ex eiusdem libro adversus Diodorum; ex libro undecimo eiusdem commentariorum in evangelium sancti Iohannis; ex eiusdem libro, qui scholion nuncupatur; ex eiusdem libro de fide in Deum Verbum; ex eiusdem epistola ad Iohannem patriarcham antiochenum; ex eiusdem libro, cui titulus Hermes, seu Hermias: ex homilia decima sexta commentariorum eiusdem in evangelium sancti Matthaei apostoli. Et haec est summa contentorum in praedicto codice coptico demonstrationem u-*

nionis (incarnationis Verbi) *complectente. Idem praeterea Basciaër diaconus affirmavit , se vidisse alia sancti Cyrilli opera , quae sequuntur . Codex copticus magnus, exhibens commentaria in librum secundum legis* (sive exodum) ; *codex copticus magnus complectens omnia , quae contigerunt in concilio ephesino adversus Nestorium , qui in eodem concilio episcopatu constantinopolitano spoliatus fuit ; nec non numerum episcoporum qui eidem concilio cum sancto Cyrillo interfuerunt, eorum nomina, et sententias, una cum epistolis, et dissertationibus ab eodem sancto Cyrillo ea occasione editis ; codex copticus continens eiusdem commentarium in alteram partem libri primi legis* (seu geneseos) , *et homiliam ab eodem habitam in concilio ephesino in festo nativitatis Domini , in qua laudat dominam Virginem , et reprehendit Nestorium. Dixit etiam diaconus Basciaër , ex homiliis aliisque scriptis eiusdem sancti patris de Christo domino , se ea tantummodo indicasse , quae vidit et legit.*

IV. Dissertatio expellens scandalum et infidelitatem, quae Christianorum fidei in creatorem laudabilem obiicitur; sive apologia christianae fidei de unitate Dei adversus eos , qui Christianos polytheismi , seu pluralitatis deorum arguunt , auctore Petro Sadamanto de quo supra. Init. fol. 239. V. Petri Sadamanti *argiuzeh*, sive poëma de fide, versibus hemistichiis, in quibus caesura sexies repetitur, conscriptum. Init. fol. 241. a terg. VI. Philoxeni, seu Xenaiae mabugensis , nempe hierapolitani , archiepiscopi , de quo alibi , epistola ad quosdam suos discipulos de ordinibus corporalibus et spiritalibus monachorum , eorumque perfectione. Init. fol. 244. a terg. VII. Sectio prima capitis quarti , *candelabra* inscripti , libri *turris* (cuius auctor Mares Salomonis filius, de quo alibi) ubi de sensu pietatis , sive de virtutibus et vitiis agitur. Init. fol. 269. VIII. Dissertatio declarans divisionem oeconomiarum Christi domini , ab eius conceptione, usque ad ipsius ascensionem in caelum. Auctoris nomen latet. Init. fol. 276. IX. Praefatio tertia in librum, cui titulus *veritas*, sive confirmatio fidei in passionem, mortem, et resurrectionem Christi; quam omisso auctoris nomine , calligraphus ex codice prioribus aliis duabus praefationibus mutilo se descripsisse affirmat. Init. fol. 282. X. Eliae metropolitae nisibeni epistola de virginitatis et caelibatus virtute , quem coniugio praestantiorem esse ostendit , ad fratrem suum Mansorem Abi-Said filium Isae . Init. fol. 286. Is codex exaratus fuit anno Christi 1688. Sic enim in fine epistolae Eliae nisibeni praedictus Ioseph hegumenus calligraphus scribit fol. 312. a terg. *Et fuit complementum huius benedicti libri feria quarta , die 4. mensis barmahat , anno ss. martyrum* 1404 (Christi 1688). Pertinuit olim ad Gabrielem episcopum Hierusalem coptitam ; uti ipse ad calcem manu sua , die 21. mensis barmahat, anno martyrum 1405 (Christi 1689.) adnotat.

CXXVII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 100, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continentur.

Abu-Ali Isae, seu Iosue filii Isaac ben-Zaraah, bogdanensis iacobitae, (qui teste Gregorio Abulpharagio in historia dynastiarum pag. 222, obiit anno hegirae 398, Christi 1053; non vero 1007, uti in catalogo bibliothecae regiae parisiensis tom. I. pag. 110. legitur; die 19. mensis octavi, annos natus sexaginta septem) dissertationes, epistolae, et responsiones ad varias interrogationes de rebus theologicis sibi propositas; quarum series initio praefigitur. Videlicet 1. Epistola ad quemdam amicum suum, qua diluit eius adversus mysterium Trinitatis obiectiones, data mense dilhegge, anno hegirae 378. (Christi 1032.) Init. fol. 5. 2. Eiusdem exemplar responsionum ad interrogationes sibi factas ab Abu-Halim al-Bahari de variis difficultatibus, quae in sacris bibliis occurrunt. Videlicet 1. In illud exodi. 9. 12: induravitque Deus cor Pharaonis. Init. fol. 15. a terg. 2. In illud Iohan. 21. 25: sunt autem et alia multa quae fecit Iesus, quae si scribantur. etc. Fol. 17. 3. Quomodo Christus dominus sanguinem suum seorsim a corpore bibendum dederit. Nam sanguis a corpore separatus, uti et corpus a sanguine, statim corrumpitur. Fol. 18. a terg. 4. Quare Deus reprehendit Balaam, nuncios regis Balaac comitantem, quum id antea eidem praecepisset, et quomodo asina locuta sit. Fol. 20. a terg. 5. Quomodo intelligendum illud genes. 6. 6: paenituit Deum, quod hominem fecisset. Fol. 21. a terg.

6. Eiusdem demonstratio veritatis fidei christianorum Iacobitarum adversus eos, qui iisdem adtribuunt errorem circa passionem Domini, quod nimirum Christus, in essentia suae divinitatis passus fuerit. Init. fol. 23. 4. Eiusdem responsiones ad alias interrogationes sibi propositas ab Abu-Halim Iosepho ben-al-Bahari, datas anno hegirae 387. (Christi 997.) Videlicet 1. quomodo probetur Christum extitisse in mundo. 2. Qua de causa Deus hunc mundum creaverit? 3. Quem ob finem Deus Adamum creaverit? 4. Qua in regione Adam creatus fuerit? 5. Utrum remissio peccatorum nobis a Christo concessa deleat peccata praeterita? 6. Quare vaticinia de adventu Christi fuerint a prophetis obscure prolata? 7. Quomodo probetur angelos existere? 8. Quae fuerit causa incarnationis divini Verbi? 9. De trinitate et unitate Dei. 10. De immortalitate animae rationalis. 11. De eucharistia, et quomodo probetur, carnem esse, et sanguinem Christi; et quinam sensus sit verborum Christi. Iohan. 6. 51: *ego sum panis vivus, qui de caelo descendi.* 12. Quomodo vera ostendantur Christi verba Matth. 5. 17: *non veni solvere legem, sed adimplere*; quum notum sit, Christianos sabbathum non sanctificare, et a comedenda carne suilla minime abstinere? Pleraque folia corrosa sunt ac per-

peram compacta. Suppleri tamen possunt ex codice CXXXV, ubi eaedem interrogationes et responsiones exhibentur. Init fol. 26.

7. Eiusdem Isac filii Isaac ben-Zaraah responsio ad obiecta ab Abul-Casem Abdallah fil. Ahmedis Albaghi, in eius libro *principia controversa* inscripto, adversus dogmata christianorum, ac praesertim mysterium Trinitatis, mense dilcadeh, anno hegirae 387. (Christi 997.) composita; fine tamen deficiens. Init. fol. 42. a terg. 8. Eiusdem Isac ben-Isaac ben-Zaraah dissertatio adversus Iudaeos, ad quemdam amicum nomine Bescirin Phinees fil. Saib, computatorem iudaeum, anno hegirae 387. (Christi 997.) data; ubi de abrogatione mosaicae legis, de adventu Messiae, de trinitate et unitate Dei, deque unione hypostatica agitur. Init. fol. 56. 9. Eiusdem Abu-Ali Isac fil. Isaac ben-Zaraah dissertatio de significatione patris, et quod sit nomen concretum; sive de trinitate personarum, quae Iahiae ben-Adi tribuitur, anno hegirae 368. (Christi 978.) edita. Init. fol. 78. 10. Quaestiones et responsiones de causis ieiunii, orationis, eleemosynae, et votorum, eorumque praestantia, et utilitatibus, sine auctoris nomine, qui tamen est Iahia ben-Adi. Fol. 84. a terg. 11. Iahiae ben-Adi demonstratio errorum, qui in dissertatione Abi-Iosephi Iacobi fil. Isaac al-Kendi adversus Christianos occurrunt, an. hegirae 350. (Christi 961.) elucubrata. Fol. 88. a terg. Is codex scriptus fuit anno Christi 1203, ut haec docent amanuensis verba, quae fol. 100. in calce leguntur. *Explicit Iahiae ben-Adi demonstratio errorum, qui in obiectis Abi-Iosephi Iacobi, fil. Isaac al-Kendi, adversus Christianos occurrunt: et cum ea totus codex absolutus est. Complementum autem exscriptionis eiusdem fuit feria 2. decadis mediae mensis dilcadeh, anno hegirae 630. Exaravit codicem Abu-Ghaleb filius Abul-Phahem, fil. abil-Hosn, christianus.* etc.

CXXVIII.

Codex in 4. chartac. foliorum 43, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codd. arabicos a Clemente Caracciolo exscriptos, olim quartus; ubi continetur.

Georgii monachi in laura sancti Simeonis stylitae apud Antiochiam disputatio de veritate christianae religionis, habita Alepi cum tribus doctoribus mahometanis coram duce Mosciammar fratre Chaliphae al-Dhaher ben-Ioseph, ben-Aiub, anno mundi 6615. (Christi 1107.) uti in titulo adnotatur. Init. fol. 1. Is codex exaratus est anno Christi 1713, ut isthaec ostendit epigraphe, quae in eiusdem fronte legitur. *Absoluta est exscriptio huius disputationis sabbatho, die 18. februarii, unius ex mensibus anni Christi 1713, in magna urbe Roma, regnante patre venerando et pontifice maximo Clemente Albano undecimo, cuius vitam Deus perennet, amen; calamo peccatoris Clemen-*

tis Caraccioli neophyti, qui rogat omnes, qui hunc librum inspexerint, ut adprecentur ei veniam et remissionem. Amen. Descriptus autem est ex codice bibliothecae sancti Petri montis aurei de Urbe; uti ibidem latine adnotatur.

CXXIX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 333, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codd. arabicos ab Andrea Scandar ex oriente in vaticanam bibliothecam inlatos olim quinquagesimus primus; quo continetur.

1. Expositio septem dierum creationis, auctoris nomine et principio praefationis mutila. Init. fol. 1. In eius clausula fol. 32. a terg. isthaec a calligrapho adnotata reperies. *Explicit descriptio expositionis in septem dies creationis, eorumque omnium quae in eis facta fuerunt; nec quidpiam ex eadem praetermissum est. Et Deo gloria semper et in aeternum. Amen. Illam autem transcripsit manu sua inerti atque imbecilla, notus propter multitudinem peccatorum suorum, nomine Chalipha filius Mokalechi, discipulus diaconi Naameh Assanui filii archipresbyteri Iosephi bonae memoriae.* 2. Historia Adami et Hevae post utriusque exitum e paradiso; et quomodo Dei iussu in specu thesaurorum habitaverint; ubi et de adventu Christi, eiusque ac matris Mariae virginis genealogia exponitur. Apocryphum opus. Init. fol. 33. 3. Sancti Iohannis chrysostomi *liber demonstrationis*, quem Iosephus Simonius Assemanus bibl. orient. tom. III. pag. 25. non Io. chrysostomi, sed recentioris alicuius christiani arabis foetum esse existimat. Dividitur in octo capita, quorum I. De unitate et trinitate. Init. fol. 185. II. De causa dominicae incarnationis et crucifixionis. Init. fol. 213. III. De libris biblicis, deque libro Iosue filii Nun, et exitu Israëlitarum de Aegypto; unde varia vaticinia in confirmationem christianae fidei adferuntur. Init. fol. 239. a terg. IV. De mysteriis agni, qui in lege veteri immolabatur; deque eucharistia, in qua panis in corpus Christi, et vinum aqua mixtum in eius sanguinem convertitur. Fol. 257. V. De lucta diaboli cum fidelibus. Fol. 272. a terg. VI. De praecepto observationis diei dominicae, eiusque praestantia, et quid nobis eo die agendum sit. Fol. 294. VII. De praecepto ieiunii feriae quartae et sextae. Init. fol. 306. a terg. VIII. Cur imperatum fuerit ieiunium magnum, nempe quadragesimale, et quomodo observandum sit. Fol. 330. a terg.

Is codex exaratus est anno Christi 1679. Sic enim in fine historiae Adami et Hevae fol. 183. habetur. *Et completa est descriptio huius benedicti libri, feria secunda*, 25. *mensis adar* (martii), *anno patris nostri Adami, quocum praestantior pax*, 7187; *Idque manu humillimi creaturarum peccatoris Chaliphae filii peregrini Michaëlis, cognomento al-Mokalechi, quum adhuc scholaris es-*

set; et est primus librorum, quem descripsit ex apographo antiquo, litteris lectu difficilibus exarato. Quisquis ergo hunc librum legerit, et in eo menda defectusve offenderit, eosque correxerit, eius statum emendabit Deus in praesenti et in futuro saeculo. Et excusatum habeat calligraphum, qui adhuc puer est, nec verborum notiones intelligit. In fine vero fol. 333. a terg. haec ab Andrea Scandar de comparatione huius codicis adnotantur. *Misit hunc librum presbyter Barlaam, filius archipresbyteri Abdiae, melchita alepinus, ad archipresbyterum Andream Scandar maronitam cyprium, in urbem Tripolim, biduo ante eius discessum ad magnam Romam, anno Christi* 1720.

CXXX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 163, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales ab Aloysio Carafa S. Congregationis de propaganda fide a secretis, vaticanae bibliothecae addictos, olim sexagesimus octavus; ubi continetur.

Iohannis filii Abi-Zachariae, cognomento Ebn-Sabbagh, i. e. filii fullonis, liber inscriptus *margarita pretiosa de doctrina ecclesiastica*; ubi praecipua doctrinae et disciplinae christianae capita, iuxta fidem et ritum Iacobitarum alexandrinorum sive Coptitarum, explicantur. Totum opus praefatione generali, et capitibus 113. absolvitur, quorum index eidem praefationi adnectitur. Porro cap. 1. de Deo uno. 2. de trinitate personarum. 3. de creatione angelorum, orbium caelestinm, siderum, et quatuor elementorum. 4. de creatione Adami. 5. de eius expulsione e paradiso. 6. de connubio Adami, et incremento atque multiplicatione eius sobolis a Deo imperata atque benedicta 7. de causa mutuae salutationis, deque vetito coninnctionis filiorum Caini cum filiis Abel. 8. de arca a Noë aedificata, deque eius in ipsam ingressu. 9. de Abrabamo patriarcha. 10. de circumcisione, quam Deus Abrahamo imperavit. 11. de sacrificio Isaaci. 12. de nomine Israëlis, quod Deus Iacobo adtribuit. 13. de Moyse, eiusque nativitate, et educatione, deque eiusdem nominis coptica significatione. 14. de colloquio Dei cum Moyse iu monte Sinai. 15. de ove, typo veri agni. 16. de tabernaculo testimonii. 17. de oblatione hostiarum in tabernaculo testimonii. 18. de arca foederis. 19. de sectis Sabaeorum, qui stellis cultum exhibent. 20. de comparatione miraculorum Dei cum iis, quae stellis tribuuntur. 21. de sapientibus viris, qui de Christo domino eiusque adventu vaticinati sunt. 22. de propbetis, qui Christi adventum praenunciarunt. 23. de adventu Christi domini, quem prophetae, et sapientes viri praedixerunt. 24. de comparatione miraculorum; quae Christi adventum subsequuta sunt, cum iis, quae Deus in Israëlitarum gratiam patravit. 25. de Christi discipulis. 26.

de comprobatione veritatis sancti evangelii. 27. de aedificio ecclesiae, cuius typus tabernaculum temporale, sive testimonii. 28. de ministris ecclesiae, eorumque gradibus, et officiis. 29. de ministerio Christi domini secundum ordines ecclesiasticos, de quibus in praecedente capite. 30. de baptismo. 31. de lustricis patribus. 32. de sancto ieiunio, deque feriis quarta et sexta. 33. de oratione dominica, eiusque expositione. 34. de professione fidei orthodoxae, eiusque declaratione. 35. de horis canonicis. 36. de eleemosyna. 37. de charitate erga alienigenas, et erga propinquos. 38. de humilitate. 39. de sedanda ira. 40. de castitate. 41. de matrimonio. 42. de prohibitione fornicationis. 43. de secundo matrimonio, quod sacerdotium exaugurat. 44. de requisitis ad gradum sacerdotii. 45. de anagnoste seu lectore. 46. de subdiacono. 47. de diacono. 48. de archidiacono. 49. de presbytero. 50. de hegumeno seu archipresbytero. 51. de episcopo, metropolita, et patriarcha. 52. de aedituo, et hostiis. 53. de ture. 54. de consecratione ecclesiae a patriarcha vel archiepiscopo peragenda. 55. de lampadibus, et ovis struthiocameli, iisdem lampadibus subnectendis. 56. de sacris imaginibus. 57. de iis, quae sacerdos in sacris lectionibus observare debet. 58. de sacris liturgiis. 59. de brevibus laicorum precibus, deque prolixioribus monachorum orationibus. 60. de praeparatione sacerdotis celebraturi. 61. de casula, eiusque coloribus. 62. de purificatione pedum sacerdotis ante introitum. 63. de oratione praeparationis altaris, et oblationis hostiae. 64. de ministerio diaconi. 65. de turibulo. 66. de turificatione episcopi. 67. de ministeriis clericorum et diaconorum ab archidiacono indicendis. 68. de trisagio. 69. de apertione et osculo evangelii. 70. de modo circumferendi evangelium per subdiaconum in ecclesia, ut populus illud osculetur. 71. de statione proclivi sacerdotis extra portam altaris. 72. de ascensu sacerdotis ad gradum altaris, deque expositione missae. 73. de osculo pacis. 74. de ministro sacrarum ordinationum et consecrationum, et de ordinatione anagnostae. 75. de ordinatione subdiaconi. 76. de ordinatione diaconi. 77. de ordinatione presbyteri. 78. de ordinatione hegumeni seu archipresbyteri. 79. de consecratione episcopi, et metropolitae. 80. de consecratione patriarchae. 81. de ministerio episcoporum in missa consecrationis patriarchae. 82. de lectione litterarum systaticarum, et sermonis de inthronizatione eiusdem patriarchae. 83. de baculo pastorali patriarchae tradendo, deque liturgia quam idem patriarcha prosequi et perficere debet. 84. de fidei professione ab eodem patriarcha in fine missae recitanda. 85. de metanoea, seu profunda capitis inclinatione, et reverentia patriarchae praestanda. 86. de sacro capite sancti Marci solemni ritu a patriarcha alexandrino, altera ab eius consecrationis die, invisendo. 87. de vicario patriarchali. 88. de monasteriis, eorumque bonis, ac redditibus, deque numero monachorum constituendo. 89. de ecclesiis saecularium, et repertorio earundem suppellectilium ac bonorum. 90. de legatis et canonicis pensitationi-

bus. 91. de ludimagistris, et scholis. 92. de peregrinis. 93. de pupillis, eorumque tutela. 94. de quotidiana iudiciali sessione, sive de iudiciis. 95. de iureiurando, ac testibus. 96. de confessariis, seu sacramenti paenitentiae administris. 97. de non frequentandis ab episcopo domibus saecularium. 98. de feria prima, seu die dominica, eiusque observantia. 99. de festis diebus. 100. de exequiis mortuorum in hebdomada passionis, usque ad nonam dominicae palmarum celebrandis. 101. de hebdomada passionis. 102. de causa abstinentiae a celebratione missae in feriis 2. 3. et 4. hebdomadae passionis. 103. de feria 5 hebdomadae passionis. 104. de feria 6. in parasceve, et ritu psallendi extra chorum; deque fide boni latronis. 105. de sabbatho sancto, deque die sanctae resurrectionis. 106. de quinquaginta diebus, a paschate nimirum ad pentecosten. 107. de adoratione in vigilia pentecostes. 108. de festo sanctae crucis, et ecclesiis eidem dicatis. 109. de oleo infirmorum. 110. de exequiis et missis defunctorum. 111. de institutione parochorum a patriarcha peragenda, deque sacris concionibus, 112. de recensione fidelium patriarchae alexandrino subditorum, ab eodem patriarcha facienda. 113. de tintinnabulis seu campanis. Praefatio incipit fol. 1. a tergo; caput 1. de unitate essentiae divinae fol. 6. a tergo; caput 113. et ultimum de pulsatione tintinnabuli in ecclesia, et qua de causa id fiat, fol. 162. a tergo.

Is codex exaratus est anno Christi 1697. ut haec ostendunt librarii verba, quae fol. 163. in calce leguntur. *Absolutus completusque est liber margaritae pretiosae de doctrina ecclesiastica, in pace a Domino. Amen. Complementum autem huius benedicti libri fuit feria secunda benedicta, die secunda mensis benedicti emscir* (februarii) *anno beatorum martyrum 1413, qui respondet diei 29. mensis sciabaani, anno hegirae 1112. Eius vero descriptor Massudus nomine, presbyter, rogat omnes qui hasce litteras imperite exaratas inspexerint, ut dicant: domine Iesu Christe, ignosce illi, eiusque parentibus, et omnibus filiis baptismi, ab oriente sole ad occidentem, et ab aquilone ad meridiem, per intercessionem dominae nostrae beatae Mariae virginis, et angelorum, atque archangelorum, et apostolorum, et martyrum, et anachoritarum, et omnium sanctorum ac beatorum, nunc et semper et in saeculum saeculorum. Amen.* Annus hegirae 1112, quem amanuensis in hac epigraphe respondere scribit anno martyrum 1413, coepit mense iunio anno Christi 1700: corrigendus itaque est vel annus martyrum, vel annus hegirae, ut unus alteri plane respondeat.

CXXXI.

Codex in 4. chartac. foliorum 145, arabicis litteris et sermone elegantis-

sime exaratus, inter codd. orientales a Petro Aloysio Carafa Congregationis de propaganda fide a secretis vaticanae bibliothecae addictos, olim sexagesimus nonus; quo continetur.

Liber polemicus inscriptus *gladius acutus*, auctore Maximo presbytero et monacho peloponnesio, discipulo Meletii Pigae patriarchae alexandrini Graecorum, de quo Meletio fervidioris ingenii homine et schismatis tutore acerrimo, vide Lequinium orient. christ. tom. II. edit. paris. an. 1740, pag. 503. Dividitur in XXXV. capita. Praeit duplex praefatio; quarum prima, cui adnectitur series capitum totius operis, incipit fol. 1. a tergo; altera praefatio fol. 5. a tergo. Consequitur eiusdem Maximi epistola ad omnes christianos ecclesiae orientalis orthodoxos (ut ait) nempe Melchitas. Subsequuntur eiusdem auctoris dissertationes sex; quarum I. de processione spiritus sancti. II. Adversus Latinos consecrantes corpus Christi in azymo. Fol. 96. III. Calumniatur quod sacerdotes latini eucharistiam saecularibus praebentes, corpus dumtaxat porrigunt, non vero sanguinem. Fol. 99. IV. De transmutatione divinorum mysteriorum in corpus Christi, et in sanctum eius sanguinem; et quandonam ea fiat. Fol. 105. a terg. V. De igne purgatorio in quem credunt Latini, adserentes alium quoque (praeter infernum) ignem esse purificantem, quem sermone suo purgatorium appellant. Fol. 113. VI. De iustificatione sanctorum, utrum scilicet adepti sint promissionem, seu beatitudinem, an nondum eam obtinuerint. Fol. 122. Is codex scriptus fuit anno Christi 1714, quemadmodum liquet ex hisce calligraphi anonymi verbis, quae fol. 134. in calce leguntur: *et completa est descriptio huius benedicti libri feria sexta mensis, tertio die elul* (septembris) *benedicti, anno septies millesimo ducentesimo vigesimo tertio patris nostri Adami* (*cui pax*), *qui congruit cum anno Christi* 1714. *Et Deo laus.*

[Huius operis notitiam quater scripsit Assemanus, semel hoc loco, bis in describendis infra codicibus: quarto demum in orientali bibliotheca. Et heic quidem prolixe, alibi autem breviter Maximi scriptum edisseruit, cuius ipse accuratam refutationem ab aliquo erudito et rei catholicae studioso fieri peroptavit: quae quoniam a me aliquando, vel me hortante ab aliquo curanda est, ei scilicet opportuniori loco prolixiorem calumniosi operis notitiam descriptionemque reservo. Interim aio huius libri titulum in originali graeco fuisse ἐγχειρίδιον; quod vocabulum quum ambiguae significationis sit (denotat enim *libellum manualem*, itemque *pugionem*) arabs interpres acerbiorem significatum (casu ne an sponte?) secutus, *gladium acutum* explicavit. EDITOR.]

CXXXII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 96, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codd. ecchellenses olim trigesimus septimus; quo continetur.

Expositio in quaedam fundamenta fidei christianae, auctore Fr. Bonaventura laudensi, sive de Laude Pompeia provinciae mediolanensis civitate, cappucino, qui praedicationis evangelicae munus exercebat Alepi anno Christi 1640, uti ex epigraphe infra describenda liquet. Ibi autem disseritur 1. De primatu et infallibilitate romanorum Pontificum, subiecta eorundem serie a S. Petro apostolorum principe ad Urbanum VIII. 2. Adversus haeresim Nestorianorum, praemissa narratione de erroribus et haeresibus, quae apud nationes orientales hodie vigent. 3. Adversus Monophysitas seu Iacobitas. 4. Adversus Graecos, de processione spiritus sancti ex patre filioque. 4. De purgatorio. 5. De indulgentiis. 6. De beatitudine sanctorum, et de poenis impiorum ante universalem resurrectionem. 7. De gregoriani kalendarii correctione. Init. fol. 1. terg. Is codex autographus est, uti haec ostendit adnotatio, quae fol. 87. a terg. legitur. *Et fuit complementum elucubrationis huiusce libri feria 4, die 15. februarii, anno a nativitate Christi millesimo sexcentesimo quadragesimo. Idque manu imbecillimi creaturarum, fratris Bonaventurae laudensis, professione cappucini in splendida urbe Alepo.* Opus ad extirpandas haereses et schismata orientalium Christianorum aptissimum, ideoque luce publica dignum.

CXXXIII.

Codex bombyc. in 8. foliorum 572, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim trigesimus septimus; ubi continetur.

Iahiae sive Iohannis abu-Zachariae ben-Adi, iacobitae (de quo supra codd. CXIII. CXIV. et CXV.) apologia fidei christianae adversus seniorem Mohammedem filium Aaronis abi-Isam; in qua obiectiones quidem eius contra praecipua Christianorum dogmata luculenter refellit, sectam tamen Iacobitarum prae ceteris extollit. Init. fol. 3. In eius clausula fol. 168. haec a calligrapho adnotata reperies. *Explicit quod inventum est in apographo, unde hic codex descriptus. Dicitur autem illud esse perantiquum, aracensibus litteris exaratum a Iosepho filio Chavaili, fil. presbyteri Georgii, fil. Abil-Bakri, qui est Michaël episcopus Tuae et Tantanae* (in Aegypto inferiore), *monacho coenobii sancti Iohannis, mense thot, anno martyrum 944, qui respondet mensi scewal, anno hegirae 624. Ibidemque adnotatur,*

exemplar illud collatum esse atque recognitum ab eodem monacho , et a sancto patre presbytero abbate David , qui deinde patriarcha inauguratus , eum consecravit episcopum : additurque tam descriptionem eiusdem exemplaris , quam collationem factam esse in monasterio S. Philothei in solitudine Habyssinorum extra urbem Misram a Deo custoditam. Porro descriptio huius codicis benedicti absoluta est die 15. mensis babae , anno beatorum martyrum 1029 , *qui respondet anno hegirae moslemicae* 712 , 11. *mensis gemmadi posterioris , manu humilis servi Matthaei al-Hosni , qui illum in suum usum exaravit* etc. David ille , qui et filius Laclac , patria phaiumensis , patriarchatum alexandrinum Coptitarum gessit a die 17. iunii an. Christi 1235, ad diem 10. martii 1243, ut ex chronico orientali Benarrahebi liquet , ubi ille septuagesimus quintus inter patriarchas alexandrinos recensetur. Hic autem codex exaratus est anno Christi 1313, uti modo prolata epigrapho ostendit.

CXXXIV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 143 , arabicis litteris et sermone exaratus , inter codd. arabicos vaticanos olim centesimus sexagesimus ; quo continetur.

Compendium quaestionum et responsionum Iahiae seu Iohannis Abu-Zachariae iacobitae de unitate et trinitate , deque incarnatione , aliisque christianae fidei articulis , cum solutionibus variarum difficultatum sibi ex evangelio obiectarum ; videlicet. 1. De Dei existentia , eiusque unitate et trinitate , quod per rationes philosophicas probare contendit auctor. Deest principium. Init. fol. 2. 2. Profertur ratio comprobans , creatorem esse unam naturam et tres personas. Init. fol. 19. a terg. 3. Compendium dissertationis de intellectu , intelligente , et intellecto. Fol. 24. a terg. 4. Compendium dissertationis de convenientia incarnationis. Fol. 29. 5. Compendium responsionum ad tria quaesita circa incarnationem dominicam , et de dictione *mortuus est.* Videlicet primo quomodo dicatur , mortuus fuisse. 2. Si mors fuit naturalis in Christo ut homine , cur dicatur libera. 3. Utrum unio duarum naturarum in Christo fuerit potentialis , an vero actualis. Init. fol. 35. 6. Compendium solutionis obiectionis adversus Christianos , quod nempe unio Dei Verbi cum homine in actu eius mortis sit impossibilis. Fol. 45. 7. Compendium responsionis Iahiae Benadi ad varia quaesita de tribus personis. Fol. 51. 8. Compendium dissertationis adversus asserentem , Christum esse unum per accidens. Fol. 62. 9. Compendium responsionis ad quaesitum dicentis , *quid genuit Maria?* Fol. 65. 10. Compendium dissertationis , qua demonstratur , Mariam virginem fuisse a consortio viri semper alienam. Fol. 68. a terg. 11. Compendium dissertatio-

nis de veritate evangelii per modum argumentationis. Init. fol. 70. a terg. 12. Compendium dissertationis eiusdem, in qua proferuntur causae nonnullae discrepantiae evangelistarum inter se. Init. fol. 74. 13. Compendium expositionis responsi Christi domini ad scribam se interrogantem (Luc. 10. 25.) *quid faciendo vitam aeternam possidebo?* Fol. 76. 14. Compendium responsionis ad quaesitum de petitione oblata patri a Christo domino, ut nimirum transferret a se calicem (Luc. 14. 36.) Fol. 81. 15. Compendium quaesiti Giahinensis in illud Christi domini (Iohan. 3. 13.) *nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo*, cum responsione Iahiae. Fol. 83. a terg. 16. Compendium explicationis sententiae Christi domini in evangelio (Marc. 2. 17.) *non necesse habent sani medico*. Fol. 89. a terg. 17. Compendium expositionis sententiae Christi domini in evangelio (Luc. 16. 8.) *quia filii saeculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt*. Fol. 90. a terg. 18. Compendium expositionis sententiae Christi domini (Matth. 7. 6.) *nolite sanctum dare canibus*. Fol. 91. a terg. 19. De errore amoventis ab oratione evangelica ea verba *dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittibus debitoribus nostris*. Fol. 93. 20. Compendium responsionis de oratione ad orientem facienda. Fol. 96. 21. Compendium responsionis ad quaesitum de ratione cultus, qui sanctae cruci a Christianis praestatur. Fol. 101. a terg. 22. Compendium dissertationis Iahiae Benadi de caelibatu. Deest finis. Fol. 117. Is codex ad decimum quartum Christi saeculum videtur referendus.

CXXXV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 102, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos vaticanos, olim centesimus septuagesimus secundus; quo continetur.

1. Homilia de festo sanctae resurrectionis Domini, sine auctoris nomine. Init. fol. 1. 2. Dissertatio de veritate christianae religionis adversus adfirmationes Abil-Casemi Abdallae, fil. Ahmedis Albalki, anno hegirae 319. (Christi 931.) mortui, *adversus* Christianos, contenta in eius libro, cui titulus *principia disputationis*; auctore Abu-Ali Isa, fil. Isaaci, ben-Zaraah, iacobita, philosopho bagdadensi, qui obiit anno Christi 1053. Init. fol. 22. 3. Eiusdem Abu-Ali Isae ben-Isaac ben-Zaraah. quaesita et responsa XXVI. de variis difficultatibus quae tam in novo quam in vetere testamento occurrunt. Et 1. Quomodo intelligendum illud Matthaei, quod Ioseph non cognoverit Mariam donec peperit Christum. 2. Cur elegerit Nazaret prae omnibus regionibus. 3. An stella magorum fuerit angelus, uti Syri opinantur. 4. Quonam die natus sit Christus. 5. Et quo die circumcisus. 6. Cur Dominus noster elegerit fugam in Aegyptum, et non in aliam regionem. 7. Cur ele-

gerit panem fermentatum in aqua, non vero in vino aut lacte. 8. Cur ieiunaverit quadraginta diebus, non vero quinquaginta aut triginta. 9. Cur patres statuerint ieiunium in mense emscir (martio). 10. Cur Dominus noster insidere asinae voluerit, non equo aut mulo. 11. Cur laverit pedes apostolorum, non autem totum eorum corpus. 12. Utrum Christus in caena manducaverit cum suis apostolis lentem, aut pisces, an tantummodo agnum paschalem. 13. Cur Dominus noster dixerit: *pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* 14. Cur exclamaverit voce magna Dominus in cruce ante quam spiritum emitteret. 15. Cur in emissione sanguinis et aquae ex latere Christi dixerit centurio *vere hic filius Dei est.* 16. De quibusdam locis, quae in evangelio sibi contraria videntur. 17. An Christus post resurrectionem vestimentum adhibuerit. 18. Quare Christus post resurrectionem manducaverit. 19. De trina interrogatione facta Petro. 20. An Christus in sepulcro vivus fuerit, sicuti Ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus. (21. Quaesitum cum suo responso a calligrapho praetermissum desideratur.) 22. Quis primus moenia construxerit. 23. Quis fuerit inventor citharae, tympani, et aliorum instrumentorum musicorum. 24. Narratio de Melchisedec sacerdote eiusque progenie. 25. Cur dicantur angeli cecidisse propter peccatum. 26. De magismo id est quis primus adoraverit ignem, seu induxerit idololatriam. Porro quaesitum primum incipit fol. 22; quaesitum 26. seu ultimum fol. 62.

Eiusdem Isac ben—Zaraah responsiones ad XII. interrogationes sibi propositas a Iosepho al-Bahrii, cognomento Abu-Halim, ex urbe Miapharchin, anno hegirae 387. (Christi 997.). Et 1. Quomodo probetur Christum fuisse in mundo. 2. Qua de causa aeternus Deus creaverit hunc mundum. 3. Quem ob finem creatus fuerit Adam. 4. Qua in regione creatus fuerit Adam. 5. An indulgentia a Christo concessa deleat omnia peccata praeterita. 6. De causa, ob quam prophetae praenunciarunt et designarunt adventum Christi domini. 7. Quonam argumento probetur angelos existere. 8. Qua de causa Deus Verbum incarnatum sit et factum homo. 9. De trinitate et unitate Dei. 10. De immortalitate animarum rationalium post earum a corporibus separationem. 11. Quomodo comprobetur, eucharistiam, quae in ecclesiis sumitur, esse verum corpus et sanguinem domini nostri Iesu Christi; et quid significet eius dictum *ego sum panis qui de caelo descendi.* 12. Quomodo intelligendum dictum Christi *non veni solvere legem sed adimplere*, quum multa in lege imperata Christiani violent, uti est solutio sabbathi, esus carnis porcinae, et alia. Interrogatio 1. incipit fol. 63. Interrogatio 12, quae tamen est extra seriem priorum, incipit fol. 69. a terg.

Exemplar interrogationum, quas Isae filio Isaac Ben-Zaraah proposuit Abu-Halim al-Bahrii, ex urbe Miapharchin, anno hegirae 386; subiecta uni-

cuique interrogationi responsione eiusdem Isae. Et sunt numero sex, quarum. 1. De dicto Dei in sacra scriptura *et obduravit Deus cor Pharaonis*. 2. De dicto Iohannis in fine sui evangelii *sunt autem et alia multa, quae fecit Jesus, quae si scribantur* etc. 3. Quomodo possit Christus nobis dare suum corpus separatim a sanguine, et sanguinem seorsim a corpore, quum corpus sine sanguine naturaliter corruptioni obnoxium sit; uti et sanguis extra corpus. (Nos vero catholicam eius rei doctrinam novimus, nempe quid neutra in specie corpus a sanguine absit. ED.) 4. De dicto Dei ad Balaam filium Sephor: *noli ire cum nunciis regis Balac filii Sephor*. Et de alio eiusdem dicto *surge et vade cum eis*. 5. De dicto Dei in scriptura *paenituit eum, quod Adamum creasset*. 6. De trinitate personarum. Interrogatio sexta extra seriem interrogationum posita incipit fol. 75. a terg. Sequuntur quaestiones editae a quodam ex sanctis patribus adversus Iudaeos in disputatione de adventu Christi, eiusque incarnatione; deest finis. Item fragmentum libri Abrahami ben-Aun nestoriani, inscripti *solutiones dubiorum*; de quo vide supra cod. CXX, ubi integrum ben-Auni opus exhibetur. Init. fol. 85. a terg. Denique fragmentum libri geneseos complectens priora septem capita, et caput vigesimum tertium alia manu exaratum. Cap. 1. principio mutilum incipit a commate 14. fol. 69. Is codex ad decimum quintum Christi saeculum videtur referendus.

CXXXVI.

Codex antiq. in 8. bombyc. foliorum 156, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim num. CXXVII. signatus: quo continentur.

Miscellanea sacra videlicet 1. Anonymi iacobitae carmen de ss. Trinitate, incarnatione divini Verbi, et de B. Maria virgine, ex sacris litteris consarcinatum, constans 3322. litteris, ut in fine adnotatur; titulo tamen et initio mutilum. Incipit fol. 1. 2. Anonymi homilia de S. Thoma apostolo, metrica, litteris constans 2334. Incipit. fol. 6. 3. Formula praefationis ad implorandam divinam opem, quae scriptis praefigi solet, metrica, litteris constans 642. Incipit. fol. 11. 4. Anonymi homilia de annunciatione incarnationis divini Verbi ad B. Mariam virginem, quae celebratur die 14. martii; metrica, litteris constans 4160, ut in fine adnotatur. Incipit fol. 13. 5. Sententiae quaedam morales Platonis, fine mutilae. Incipiunt fol. 22. 6. Michaëlis alexandrini Coptitarum patriarchae LXVIII. (qui obiit anno Christi 1102, quum sedisset annos novem, menses octo) professio fidei orthodoxae (ut falso dicitur) secundum haeresim Monophysitarum, praemissa praefatiuncula in modum dialogi inter ipsum patriarcham, et sacerdotem quemdam de eiusdem professionis conscribendae occasione. Incipit fol. 24. 7. Prae-

fatiuncula in celebratione nuptiarum recitanda. Incipit fol. 35. 8. Historia praestantis mulieris Susannae, et eorum quae inter ipsam et senes israelitas in regione Babylonis acciderunt. Incipit fol. 37. 9. Historia monachi sinensis, et Abrahami bassorensis, in modum dialogi. Initium fol. 56. b. ei *Haec narravit Abraham bassorensis. Aliquando, inquit, adivi cellam cuiusdam ex monachis sinensibus* etc. Postquam de monastico instituto disseruit; concludit his verbis, quae fol. 72. a terg. leguntur. *Ait Abraham: fac me dignum, o monache, ut tuum in cellam recessum imiter, tuisque in ieiunio et oratione vestigiis inhaeream. Itaque in cella manere hominem iussit, eumque in vita religiosa sic instituit, ut similem eum sibi effecerit.* 10. Interrogationes et responsiones inter Mercurium magistrum, et eius discipulum, super varia dubia evangelica; in quarum clausula fol. 92. haec leguntur. *Absolutae sunt interrogationes et responsiones sancti patris praestantis et continentis Mercurii, cuius oratio custodiat nos.* Incipiunt fol. 74. 11. Disputatio de religione inter Macarium monachum coptitam, et Emiralmumninum imperatorem fidelium (Mosulmanorum); ubi pleraque argumenta adversus christianam fidem ex alcorano petita refelluntur; liber dignissimum scriptum. Incipit fol. 92. a terg. 12. Scheda, sive epistola, sanctorum Petri et Pauli apostolorum ad S. Athanasium patriarcham alexandrinum caelitus demissa, quum ille die 25. decembris anno Alexandri 1057, Christi 746, Romae in eorum basilica rem sacram perageret; praesentibus episcopis 12000, presbyteris 700, laicis 23000, ut in prohoemio dicitur, apocrypha et commentitia; nullus quippe Athanasius in historia patriarcharum eo anno occurrit. Ibi autem de observantia diei dominicae deque paenitentia minaciter praecipitur. Incipit fol. 147. Is codex exaratus est anno Christi 1426. Sic enim fol. 151. a terg. habetur. *Et fuit complementum eius* (epistolae sanctorum Petri et Pauli) *per manum Abdalkarim ben-Salahi syri emisseni, hora nona diei trigesimae heziran* (iunii), *feria prima, anno Alexandri millesimo septingentesimo trigesimo septimo, hoc est die quarta mensis ramadani, anno Arabum octingentesimo trigesimo.* Consequuntur varia monumenta eorum, ad quos codex olim pertinuerat, una cum nominibus signorum zodiaci recentius fol. 152. a terg. adiectis.

CXXXVII.

Codex in 8. partim chartac. partim membr. foliorum 165, arabicis litteris et sermone varia manu exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim centesimus vigesimus nonus; quo continetur.

Anonymi demonstratio de duabus in Christo naturis et una persona, in praefationem et septem portas seu capita distributa. Praefatio, ubi de occasione conscribendae huius dissertationis, ab haeresi Nestorianorum et Iacobi-

tarum petita, incipit fol. 1. Caput 1. Collectanea ex dictis sanctorum patrum quae in libro cui titulus *confessio* seu *fides patrum*, exhibentur; ubi ostenditur, duas esse in Chsisto naturas et unam personam. Init. fol. 1. a terg. Caput 2. Demonstratur duas in Christo naturas esse inseparabiles. Fol. 14. a terg. Caput 3. De duabus in Christo operationibus unitis, Fol. 20. a terg. Caput 4. Christum post unionem dici creatorem et creaturam. Fol. 27. a terg. Caput 5. Christum post unionem habere naturam divinam et naturam humanam. Fol. 31. Caput 6. Ostenditur, unionem non in natura, sed in persona factam fuisse. Fol. 37. Caput 7. Demonstratur in nonnullis sanctorum librorum locis naturam accipi pro persona. Fol. 39. Inter patres quorum testimonia profert auctor, Severum patriarcham, Iohannem Benadi, aliosque haereticos recenset. Confer cum cod. CXLI, ubi eadem dissertatio habetur. 2. Consequuntur duae sectiones quarum prima de processione spiritus sancti a patre filioque, tamquam ab una causa, una spiratione, et uno principio. Fol. 43. Altera sectio de trisagio hymno, qui ad tres personas divinas refertur. Fol. 46. 3. Canones duo concilii nicaeni trecentorum et octodecim patrum de primatu patriarchae romani supra omnes patriarchas. Prior est trigesimus septimus, alter quadragesimus quartus, iuxta recensionem arabicam. Fol. 47. 4. Symbolum sancti Athanasii apostolici patriarchae Alexandriae. Fol. 49. a terg. 5. Nomina dierum hebdomadae et mensium apud Arabes et Syros, praeposito alphabeto arabico. Fol. 55. 6. Precationes variae cum oratione dominica et symbolo apostolorum, nec non cum nonnullis carminibus moralibus et spiritalibus, variisque aliis hymnis in laudem deiparae Virginis. Fol. 56. 7. Liber de verborum inflexione, sive grammatica arabica, auctore anonymo mahometano, professione *sciapheita*, ut in fine dicitur. Init. fol. 132. a terg. Is codex decimo septimo Christi saeculo videtur conscriptus.

CXXXVIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 91, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim centesimus quadragesimus octavus; ubi continetur.

Liber compendiariae demonstrationis fidei christianae, in praefationem et tredecim portas seu capita distributus, quorum series praefationi subnectitur cuius initium fol. 1. a terg. Caput 1. De modo et qualitate incarnationis. Init. fol. 4. Csput 2. De constitutionibus et legibus. Fol. 26. Caput 3. Demonstratio de christianae religionis veritate. Fol. 31. a terg. Caput 4. Expositio eorum quae in sancto evangelio proferuntur de rebus humanis Christi domini. Fol. 38. Caput 5. Expositio eorum, quae in eodem sancto evangelio contradictoria videntur. Fol. 46. a terg. Caput 6. De sacris imaginibus et sancta cruce. Fol.

51. Caput 7. De oratione ad orientem. Fol. 54. a terg. Caput 8. De cantu et tonis. Fol. 55. a terg. Caput 9. De peculiaribus nationis Coptitarum legibus, et institutis (quae ad quatuor capita revocat auctor, nempe ad ieiunium hebdomadae primae quadragesimae, ad circumcisionem, ad tonsuram capitis, et ad matrimonium cum consanguineis) deque quarundam legum et rituum apud christianas nationes varietate. Fol. 57. Caput 10. Quod Christianis liceat vesci iis, quae Iudaeis vetita sunt. Fol. 59. a terg. Caput 11. De discrimine trium nationum christianarum, Iacobitarum nempe, Melchitarum, et Nestorianorum, circa dogma incarnationis Christi domini. Fol. 62. Caput 12. Adhortatio et admonitio de observantia praeceptorum et institutorum christianae religionis. Fol. 71. Caput 13. De argumentis et adfirmationibus philosophorum circa creationem mundi; cum eorum confutatione. Fol. 77. a terg. Auctor huiusce opusculi anonymus est: ex quaestionibus tamen quas proponit, ac doctrinis quas propugnat, constat eum esse coptitam, Iacobitarum sectae asseclam. Is autem codex decimo quarto Christi saeculo videtur conscriptus.

CXXXIX.

Codex chartac. in 8. oblongo foliorum 52, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim centesimus decimus septimus; quo continetur.

1. Expositio brevis doctrinae christianae, quam omnes Christi fideles sciscire et observare debent, per modum interrogationis et responsionis. Init. fol. 1. 2. Laudatio dominae Mariae virginis, subiectis nonnullis precibus ante cubitum recitandis. Init. fol. 46. Is codex exaratus est a Dominico Sirleto neophyto africano, qui labente decimo sexto Christi saeculo, abiurata mahometica superstitione, christianam fidem amplexus est, patrino Guillelmo cardinali Sirleto; ut in clausula doctrinae christianae fol. 43. legitur. Pertinuit olim ad bibliothecam collegii neophytorum et transmarinorum de Urbe; uti in fronte adnotatur.

CXL.

Codex in 8. m. chartac. foliorum 29, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim quinquagesimus octavus; quo continetur.

Professio fidei orthodoxae romanae, ex idiomate latino in arabicum sub auspiciis Sixti V. Pont. Max. ab anonymo conversa; quam postea Urbanus VIII. ab omnibus orientalibus, exceptis Maronitis, Romam adventantibus, co-

ram Commissario sacrae inquisitionis fieri; nec nisi ea emissa, ad sacra admitti posse mandavit. Init. fol. 1.

CXLI.

Codex in 8. chartac. foliorum 142, sermone arabico et litteris partim arabicis partim syriacis varia manu exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim centesimus quinquagesimus sextus; ubi continetur.

1. Professio fidei sanctae orthodoxae ecclesiae orientalis, scilicet Eliae IV. patriarchae Nestorianorum nonagesimi secundi ab anno Christi 1559. ad annum 1591, de quo homine vide Assemanum bibl. orient. tom. I. pag. 543, et tom. III. p. 622. Ea autem autographa est, et sigillo patriarchali munita. Dividitur in tres paragraphos, quorum primus exhibet praedictam fidei professionem. Secundus responsionem iis, qui asserunt, passionem, crucifixionem, et mortem dici pariter de divinitate. Tertius chaldaicis litteris et sermone conscriptus, sistit varias auctoritates et rationes ad probandam humanitatem et divinitatem Christi. Incipit fol. 1. a terg. Desinit fol. 14. a terg. in hanc epigraphen: *scripta est haec fidei professio in cella Eliae catholici in monasterio raban Hormisdae persae* (alias Hermetis in Assyria apud Alcus pagum millibus passuum fere octo a Ninive dissitum) *praesentibus mar Ananiesu archiepiscopo Mosul seu Ninive, mar Gabriele archiepiscopo Gezirae, et mar Iohanne archiepiscopo Ormiae. Exarata autem fuit coram mar Elia catholico seu patriarcha orientis, anno Graecorum 1897, ab ascensione autem domini nostri Christi in caelum anno* 1553. (h. e. a nativitate 1586) *feria quinta, die 23. mensis canun prioris* (decembris.) *Adfuerunt etiam raban Iacob, et raban Ioseph, et raban Cyriacus, et raban Stephanus, et presbyter Ataia archidiaconus Gezirae, et raban Saliba, et ceteri monachi omnes; traditaque fuit raban Christodulo. Et laus Deo.* Is autem eam nomine praedicti Eliae patriarchae detulit ad Sixtum quintum, Gregorii XIII. successorem, qui eandem, utpote nestorianis erroribus scatentem, merito reiecit. Vide Miraeum in notitia episcopatuum cap. 18, et Assemanum loco supra citato. Porro vox *raban*, quae syriace *magister noster* significat, ex consuetudine Syrorum presbyteris et monachis honoris caussa attribui solet; quemadmodum vox *mar*, id est *dominus meus*, viris sive sanctitate sive episcopali dignitate insignitis adscribitur.

2. Anonymi demonstratio compendiaria de duabus in Christo naturis, una persona, ex dictis sanctorum patrum, quae in libro cui titulus *fides patrum* exhibentur, deprompta. Dividitur in septem capita, et duas sectiones, quae loco appendicis ad calcem appositae sunt. Praeit praefatiuncula de haeresi Nestorianorum et Eutychianorum, quae conscribendae huiusce dissertationis occasionem auctori

praebuit. Caput 1. demonstrat, duas esse in Christo naturas unitas, et unam personam. Caput 2. Easdem duas naturas esse inseparabiles. Caput 3. Duas esse in Christo operationes. Caput. 4. Christum post unionem dici creatorem et creaturam. Caput 5. Christum post unionem habere naturam divinam et naturam humanam. Caput 6. Unionem factam esse non in natura sed in persona. Caput 7. Saepe naturam pro persona sumi in sacris litteris. Prima vero sectio agit de processione spiritus sancti ex patre filioque tamquam ab una causa, unica spiratione, et unico principio. Sectio secunda de trisagio tribus divinis personis adtribuendo. Porro etsi auctor catholice disserit de praedictis fidei dogmatibus, inter patres tamen, quorum testimonia adducit, Severum patriarcham, Iohannem ben-Adi, aliosque haereticos recenset. Confer cum praecedente codice CXXXVII, ubi aliud eiusdem dissertationis exemplar exhibetur, cuius capitum titulos et initia recensuimus. Init. fol. 18.

3. Concilii nicaeni trecentorum et octodecim patrum canones duo de primatu patriarchae romani supra omnes alios patriarchas. Prior est canon trigesimus septimus, alter quadragesimus quartus. Init. fol. 49. a terg. 4. Saidi filii Batrik, sive Eutychii filii patricii medici, patriarchae alexandrini graecorum Melchitarum, schismatici, anno Christi 950. defuncti, dissertatio adversus haeresim Nestorianorum. Init. fol. 51. a terg. 5. Eiusdem dissertatio adversus haeresim Iacobitarum. Init. fol. 57. a terg. 6. Professio compendiaria fidei orthodoxae Melchitarum circa mysterium incarnationis Verbi. Init. fol. 64. 7. Pauli al-Rahebi episcopi sidoniensis Melchitarum sermo, quo quamlibet fidem haereticam refutat. Init. fol. 68. 68. a terg. 8. Poëma in laudem deiparae Virginis, in strophas quinarias, seu pentastichas (ad poëmatis senioris Zeineddini ben-Alpharedh imitationem, quod *institutio morum* inscribitur) divisum; auctore Paulo emeseno graeco- melchita, qui illud absolvit die quarta mensis augusti anno Adami 7009, Christi 1501, uti in eius clausula fol. 90. a terg. adnotatur. Atque hinc corrigendus auctor veteris indicis mss. orientalium vaticanorum, qui hoc poëma Zeineddino ben-Alpharedh tribuit; sic enim illud describit: *carmina Zeinaldin ben-Alphared de laudibus Virginis.* Init. fol. 85. a terg. 9. Iahiaa, seu Iohannis, ben-Adi iacobitae, de quo supra cod. CXIV, ubi idem opus integrum exhibetur, responsio apologetica ad Mahometem filium Aaronis cognomento abi-Isam mahometanum pro christiana religione; syriacis litteris, verum arabico sermone exarata; in qua obiectiones quidem Mahometanorum contra trinitatem, incarnationem, et evangelium luculenter refellit, sectam tamen Iacobitarum prae ceteris extollit. Opus in duos libros divisum; sed in hoc codice titulus, praefatio, et liber secundus, desiderantur. Init. fol. 91.

10. Formulae epistolarum ad varios, iuxta methodum scribendi Christianorum orientalium. Earum prior ad patriarcham, principio mutila, in-

cipit fol. 120. 11. Carmen de paenitentia carscinnicum, hoc est arabico sermone, litteris vero syriacis, exaratum a quodam Iohanne, anno Graecorum 1865. (Christi 1554.) ut fol. 133. ad calcem adnotatur. Accedunt orationes duae ad Deum, eadem manu conscriptae, quarum prior ob impetrandam veram paenitentiam delictorum, altera ob iter inoffensum faciendum. Init. fol. 128. 12. Grammatica arabica ab auctoris cognomine *Agrumia* nuncupata, carsciunice item exarata, auctore al-Sanhagi, cuius plenum nomen Abu-Abdalla Mohammad ben-Mohammad, ben-David al-Sanhagi, cognomento ben-Agrum sive Agiarum, qui natus anno hegirae 682. (Christi 1283.) anno eiusdem aerae 723. (Christi 1323.) vivere desiit. Init. fol. 134. a terg. Is codex ad saeculum decimum sextum est referendus, uti ostendunt adnotationes, quas sub numero 1. 7. et 11. indicavimus.

CXLII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 147, arabicis litteris et sermone eleganitissime exaratus, inter codd. orientales ecchellenses olim num. XV. signatus; quo continetur.

Compendium arabicum tractatus sancti Iohannis damasceni de fide orthodoxa, inscriptum *clypeus orthodoxae fidei*, sine interpretis et breviatoris nomine, quem tamen Assemanus bibl. orient. tom. I. pag. 576. in catalogo codicum ecchellensium num. XV. Fr. Bruno a S. Ivone vicario Carmelitarum discalceatorum in urbe Alepo adscribit. Dividitur in quatuor libros, qui iterum in varia capita abeunt; videlicet liber I. de existentia creatoris excelsi, constat capitibus XVII, quorum 1. demonstratio, quod Deus est incomprehensibilis. Init. fol. 1. a terg. 2. De effabilibus et ineffabilibus, deque cognoscibilibus et incognoscibilibus. Init. fol. 2. a terg. 3. Demonstratio existentiae Dei. Init. fol. 4. 4. Expenditur quid sit, Deum esse incomprehensibilem. Init. fol. 6. 5. Demonstratio, quod unus sit Deus, et non plures. Init. fol. 8. 6. De verbo Dei. Init. fol. 9. a terg. 7. De spiritu sancto. Init. fol. 10. a terg. 8. De sacrosancta trinitate. Init. fol. 12. 9. De iis quae dicuntur de spiritu sancto. Init. fol. 17. a terg. 11. De trium personarum distinctione. Init. fol. 19. a terg. 12. De iis, quae de Deo dicuntur. Init. fol. 21. 13. De cognitione unionis divinae, et discretionis Init. fol. 22. 14. De iis, quae de Deo corporaliter dicuntur. Init. fol. 22. a terg. 15. De loco Dei, et quod solus Deus incircumscriptus. Init. fol. 24. 16. De loco angelorum. Init. fol. 26. 17. De proprietatibus divinis. Init. fol. 27. a terg.

Liber II. De existentia creaturarum.. Capita eius sunt XXI. quorum 1. de opificio. Init. fol. 29. 2. De angelis. Init. fol. 30. 3. De daemonibus. Init. fol. 32. a terg. 4. De visibili creatura. Init. fol. 34. 5. De caelo. Init. fol. 34. a terg. 6. De luce

igne, sole, luna, et stellis. Init. fol. 37. 7. De aëre et ventis. Init. 45. a terg. 8. De aqua. Init. fol. 46. 9. De terra et iis quae ex ea producta sunt. Init. fol. 47. 10. De paradiso. Init. fol. 49. 11. De homine. Init. fol. 50. a terg. 12. De voluptatibus. Init. fol. 54. 13. De tristitia, timore, et ira. Init. fol. 55. a terg. 14. De potentiis et virtutibus animalis. Init. fol. 56. a terg. 15. De sensu. Init. fol. 57. a terg. 16. De virtute memoriae. Init. fol. 59. 17. De interna ratione et prolata. Init. fol. 60. 18. De passione. Init. fol. 61. 19. De spontaneo et non spontaneo. Init. fol. 64. a terg. 20. De potestate et libero, quod in nobis est, arbitrio. Init. fol. 66. 21. De providentia divina. Init. fol. 68. a terg.

Liber III. De divina dispensatione et cura erga nos. Capita eius XVI, quorum 1. de lapsu hominis. Init. fol. 80. a terg. 2. De duabus in Christo naturis. Init. fol. 82. 3. De numero naturarum. Init. fol. 88. 4. Quod tota divina natura in una sui ipsius hypostasi unita est toti humanae naturae, et non pars parti. Init. fol. 90. 5. Responsio ad eos, qui dicunt non posse naturam absque hypostasi subsistere. Init. fol. 91. 6. De natura in specie considerata, deque persona indivisibili. Init. fol. 92. 7. Quod sancta virgo Maria Dei genitrix est. Init. fol. 92. a terg. 8. De existentia duarum voluntatum et potestatum, sive liberorum arbitriorum in Christo domino. Init. fol. 94. a terg. 9. De existentia duarum operationum in Christo, secundum duas eiusdem voluntates. Init. fol. 101. 10. De naturalibus et innocuis passionibus. Init. fol. 103. a terg. 11. De ignorantia et servitute. Init. fol. 105. 12. De profectu. Init. fol. 107. 13. De timore et oratione. Init. fol. 108. 14. De passione corporis domini nostri Iesu Christi, et impassibili eius divinitate. Init. fol. 110. a terg. 15. Quod inseparabilis permansit divinitas Verbi ab anima et corpore in morte Domini, et quod una permansit hypostasis. Init. fol. 111. 16. De dissolutione et corruptione. Init. fol. 112.

Liber IV. De iis, quae post Christi resurrectionem acciderunt. Capita eius XVI, quorum 1. quod dominus noster Iesus Christus omnem a se passionem abiecit post suam resurrectionem. Init. fol. 114. a terg. 2. De sessione Domini nostri ad dexteram patris. Init. fol. 116. 3. Responsio ad interrogantes, cur filius, et non pater, aut spiritus sanctus, incarnatus sit. Init. fol. 116. 4. Responsio ad interrogantes, quandonam dominus noster vocatus sit Christus. Init. fol. 117. 5. Demonstratur, virginem Mariam esse matrem Dei, non vero duarum naturarum matrem. Init. fol. 117. a terg. 6. De baptismate. Init. fol. 118. 7. De fide orthodoxa. Init. fol. 119. 8. De sancta cruce. Init. fol. 120. 9. De adoratione ad orientem. Init. fol. 121. a terg. 10. De sanctis et puris Christi mysteriis. Init. 122. a terg. 11. De sanctorum cultu, et de eorum reliquiis. Init. fol. 125. 12. De sanctorum imaginibus. Init. fol. 126. a terg. 13. De sacra scriptura. Init. 128. 14. Ostenditur, Deum non esse causam malorum. Fol. 130. 15. De ad-

ventu Antichristi. Init. fol. 131. a terg. 16. De resurrectione mortuorum. Fol. 133. Conclusio libri sive peroratio Fr. Bruni a S. Ivone, qui hoc opus in epitomem contulisse dicitur adversus haereticos Iacobitas, Armenios, et Graecos. Incipit fol. 136. a terg. Is codex autographus est sub auspiciis Alexandri VII, quem regnantem auctor in peroratione laudat, elucubratus.

CXLIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 149, arabicis litteris et sermone exaratus, inter orientales codd. ab Andrea Scandar in vaticanam bibliothecam inlatos, olim trigesimus octavus; ubi continentur.

I. Eliae Barsinaei metropolitae Nisibis, nestoriani, undecimo Christi saeculo clari, sessiones septem, seu disputatio habita cum viziro Hosaino Abil-Casemo, filio Ali, africano, mahometicae sectae professore, anno hegirae 419. (Christi 1018); praefixa eiusdem Eliae ad Abulolam Saëdum Saheli filium epistola, cuius initium fol. 1. a terg. Porro sessio 1. agit de Deo uno et trino. 2. De incarnatione. 3. Ex alcorano demonstratur Christianos unum Deum colere. 4. De veritate christianae religionis. 5. Christianos ab omni errore liberos esse. 6. De grammatica, et charactere syriaco, et arabico. 7. Quid Christiani sentiant de astrologia, de Mahometanis, et de anima. Init. fol. 7. Adnectitur Abulpharagii Abdallae ben-Attibi, patriarchae Nestorianorum a secretis, adprobatio praedicti operis Eliae nisibeni. Init. fol. 1234. a terg. Confer cum codicibus CXLIV. et CLXXX, ubi earundem sessionum titulos et initia recensuimus. II. Expositio symboli nicaeni CCCXVIII. patrum, fine mutila. Textus chaldaicus est, expositio vero arabica. Fol. 128. Is codex ad duodecimum Christi saeculum videtur referendus. Pertinuit olim ad Michaëlem filium Mosis diaconum chaldaeum; uti in calce adnotatur.

CXLIV.

Codex bombyc. in 8. foliorum 55, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim quinquagesimus primus; quo continentur.

1. Eliae metropolitae Nisibis, nestoriani, cognomento Barsinaei, de quo alibi, sessiones septem, sive disputatio habita cum viziro Hosaino Abil-Casemo filio Ali, africano mahometano; cuius synopsim in codd. CXLIII. CLV. CLXXX. exhibuimus. Init. fol. 1. 2. Eiusdem beati patris mar Eliae metropolitae Nisibis epistola de virtute caelibatus et castitatis, ad fratrem suum Abu-Seidum Mansorem, Isae filium. Init. fol. 25. Is codex decimo quarto Christi saeculo videtur exaratus.

CXLV

Codex bombyc. in 8. foliorum 191, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim sexagesimus nonus; quo continetur.

1. Tractatus de anima rationali, auctore Abdelmessia israëlita, de quo infra. Dividitur in quatuor partes, quarum ultima integra, ceterae principio, vel medio, vel fine mutilae. Pars 1. Agit de quidditate animae. Altera adversus eos, qui asserunt animam quidem rationalem existere, sed eam una cum corpore interire. Tertia de separatione animae a corpore. Quarta, quod anima post interitum corporis permanet, disputat, et praemium aut poenam pro meritis accipit. Init. fol. 1. 2. Eiusdem articuli breves de trinitate et unitate Dei, secundum fidem Christianorum, quos auctor Cahirae composuit, exeunte anno hegirae 639. (Christi 1241.) uti in titulo adnotatur. Init. fol. 33. a terg. 3. Doctoris Abulpharagii Abdallae ben-Attibi, bagdadensis, monachi presbyteri nestoriani, qui obiit anno Christi 1043, tractatus de trinitate et unitate. Init. fol. 48. a terg. 4. Eiusdem ben-Attibi, tractatus brevis de personis et substantia, et quod actio sit substantiae. Init. fol. 70. 5. Adnotationes in psalmos ex interpretatione ben-Phadli. Init. fol. 74. 6. Collectio interrogationum et responsionum, sive quaestiones variae in vetus ac novum testamentum, auctore anonymo. Init. fol. 85. 7. Ex epistola sancti Iohannis chrysostomi ad Theodorum discipulum suum, cum hic deserto monastico instituto uxorem duxit. Init. fol. 96. 8. Ex homilia sancti Basilii magni ad christianos adolescentes, qua eos excitat ad veterum sapientiam sibi comparandam; sive quomodo possint ex ethnicorum libris fructum capere, uti tom. II. operum eiusdem sancti Basilii edit. paris. 1722. pag. 173. inscribitur. Fol. 109. 9. Adnotatio in illud: homo virtutibus praeditus muliebri venustati succumbere non debet; sine auctoris nomine. Init. fol. 112. a terg. 10. Ex libro demonstrationis de adventu Messiae, cuius auctor Abdelmessias, sive Christodulus, israëlita, qui christianam fidem amplexus est Cahirae opera senioris Mansoris filii Sahlan medici; uti in titulo adnotatur. Init. fol. 114. a terg.

11. Collectanea ex commentariis nonnullorum doctorum in evangelium, auctore anonymo. Init. fol. 123. 14. Capitulum de unione hypostatica, alio auctore incerto. Init. fol. 131. 13. Eiusdem capitulum adversus Melchitas, qui trisagium Iacobitarum in divinis officiis recitari solitum repudiant. Init. fol. 132. 14. Sancti Gregorii thaumaturgi, episcopi neocaesariensis, capita XII. de fide, cum anathematismis, qui Nestorii et Eutychetis erroribus praesertim opponuntur. Prodierunt graece et latine inter opera eiusdem S. Gregorii, sed supposititia existimantur. Init. fol. 143. 15. Capita, sive anathematismi XII

adversus Nestorium, qui in epistola secunda sancti Cyrilli patriarchae alexandrini continentur. Init. fol. 147. 16. Anonymi coptitae capitulum adversus confessionem auricularem. Init. fol. 154. 17. Eiusdem capitulum adversus Melchitas impugnantes doctrinam Coptitarum, sive Iacobitarum, de Christo domino, quod nimirum unus ex duobus sit dicendus. Init. fol. 160. 18. Ex tractatu Iacobi filii Isaaci israëlitae, de regionis Aegypti qualitate, eius soli fertilitate ac caeli temperie, deque ibidem conservanda sanitate; subiunctis variis secretis medicinalibus, plerisque tamen superstitiosis; cum ratione conficiendi atramenti, quo Aegyptii utuntur. Floruit auctor saeculo duodecimo. Fol. 162. 20. Anonymi capitulum de adoratione crucis adversus Mahometanos. Init. fol. 180. 21. Anonymi capitulum, quo ostenditur naturam esse a persona diversam. Init. fol. 181. a terg. 22. Ex commentario in prophetiam Danielis de visione Nabuchodonosoris, cuius auctor ignoratur. Init. fol. 182. 23. Excerpta ex responsionibus Beniamini patriarchae alexandrini Coptitarum trigesimi octavi, ad varias interrogationes de vetere et novo testamento, quae in archetypo quadraginta numerantur. Init. fol 104. Is codex ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

CXLVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 64, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. orientales ab Andrea Scandar in vaticanam bibliothecam inlatos, olim quadragesimus octavus; quo continetur.

Georgii abbatis monasterii sancti Simeonis apud Antiochiam, disputatio de christiana religione cum tribus mahometicae superstitionis cultoribus habita, ut in titulo dicitur, coram duce Mosciammar fratre Daheri Gazi ben-Ioseph, ben-Iob, Arabum regis, indictione X. anno mundi 6615. (Christi 1107.) Init. fol. 1. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur descriptus.

CXLVII.

Codex bombyc. in 12, foliorum 135, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus trigesimus tertius; ubi continetur.

1. Pauli al-Rahebi episcopi sidoniensis melchitae, de quo vide supra codd. CXI. et CXII, professio fidei orthodoxae, iuxta placita Graecorum schismaticorum, anno Christi 1571. exarata; uti haec ostendit amanuensis adnotatio, quae fol. 8. ad calcem apposita est. *Explicit professio fidei orthodoxae feria 5. die octava mensis adar* (martii), *anno mundi* 7079, *in sacro ieiunio quadragesimali, manu humilis peccatoris Gregorii ministri sedis Alepi*,

eiusque ditionis. Incipit ea professio fol. 1. 2. Sermo brevis sancti Simeonis stylitae de cura, quam sibi homo adhibere debet, ne frustra et negligenter tempus conterat. Est decimus sextus sermonum asceticorum sancti Simeonis, quos supra in cod. LXXX. recensuimus. Init. fol. 9. 3. Pauli al-Rahebi (monachi) antiocheni, episcopi Sidonis, melchitae, epistola intellectualis, sive tractatus brevis theologicus de Deo uno et trino, et divinis attributis, deque mortuorum resurrectione, in praefationem, et portas seu capita duo et viginti distributus, quorum series eidem praefationi adnectitur; cuius initium fol. 21. Porro caput 1. De existentia creatoris excelsi incipit fol. 26. Caput 2. De prioritate creatoris et contingentia mundi. Fol. 27. a terg. Caput 3. Deum excelsum incorporeum esse. Fol. 28. a terg. Caput 4. Deum unum esse. Fol. 28. a terg. Caput 5. Deum esse substantiam simplicem et incompositam. Fol. 29. Caput 6. Deum esse mundi ordinatorem, moderatorem, et comprehensorem. Fol. 30. Caput 7. Mundum non esse priorem, propter Dei prioritatem. Fol. 30. a terg. Caput 8. Confutatio eorum philosophorum, qui dicunt creatorem et mundum esse ceu percussionem et tinnitum, nempe coaeternos. Fol. 31. Caput 9. Productionem rerum respectu creatoris, non esse accidens. Fol. 32. Caput 10. De absurdo, quod sequitur ex eorum sententia, qui ita de contingentia mundi sentiunt. Fol. 34. Caput 11. De philosophorum placitis in contemptu rerum mundanarum. Fol. 36. Caput 12. Confutatio philosophorum, qui asserunt attributa esse qualitates in Deo. Fol. 36. a terg. Caput 13. De tempore et loco. Fol. 38. a terg. Caput 14. Responsio ad interrogantem, ubinam fuerit, antequam locus esset, qui locum condidit? Fol. 40. Caput 15. De nostro dicto: pater et filius et spiritus sanctus unus Deus. Fol. 42. Caput 16. De paternitate et filiatione. Fol. 44. Caput 17. De nostro dicto: quod pater est Deus perfectus, et filius Deus perfectus, et spiritus sanctus Deus perfectus, non tamen sunt tres dii, sed unus Deus. Fol. 45. Caput 18. Quod non debent omnia Dei attributa personas esse. Fol. 45. a terg. Caput 19. Quomodo queve sensu appelletur Christus dominus Dei excelsi filius. Fol. 46. a terg. Caput 20. Quomodo dicimus, Christum dominum Deum, quum sit aeternus et factus. Fol. 48. Caput 21. De dicto philosophorum, quod Deus est causa causarum. Fol. 49. Cap. 22. et ultimum. De resurrectione, et iudicio post resolutionem et absumptionem carnis. Fol. 50. a terg.

4. Eiusdem Pauli al-Rahebi antiocheni, episcopi Sidonis sermo paraeneticus ad gentes quo eas propter suorum idiomatum diversitatem, ac regionum dispersionem, christianam fidem, una cum Hebraeis, ultro profiteri debere ostenditur; ubi et de adventu Messiae adversus Iudaeos pervicaces potissimum disseritur. Init. fol. 59. 5. Eiusdem Pauli al-Rahebi antiocheni, episcopi Sidonis, epistola ad quemdam amicum suum sidoniensem mahometanum, ubi quid Christiani de Mahomete eiusque lege sentiant, deque veritate christianae religionis, disputatur.

Init. fol. 87. 6. Eiusdem Pauli al-Rahebi antiocheni, episcopi Sidonis, dissertatio historico-dogmatica, de discrepantia inter christianas nationes huius temporis in rebus fidei et sacrorum rituum; ubi errores, ac peculiares cuiusque nationis ritus recenset, et Graeco-melchitarum dogmata, et ecclesiasticos ritus adversus Nestorianos, Iacobitas, Maronitas, et Latinos propugnat. Init. fol. 115. 7. Eiusdem Pauli al-Rahebi antiocheni, episcopi Sidonis, expositio brevis dogmatum christianorum de Deo uno et trino, deque incarnatione Verbi; instante seniore Abu-Soruro Thaniota al-Raccam (phrygione) mahometano. Init. fol. 135. 8. Eiusdem Pauli al-Rahebi antiocheni, episcopi Sidonis, confutatio cuiusdam ex doctoribus mahometanis (supra cod. CXII. is vocatur Abul-Sarca) asserentis, bonum absque malo esse non posse, nec malum sine bono; ubi et eius obiectiones adversus mysterium Trinitatis et incarnationis diluuntur. Init. fol. 138. a terg. 9. Eiusdem Pauli episcopi Sidonis confutatio praedicti doctoris mahometani, effutientis, miracula a Christo domino patrata, non fuisse vera, sed improprie ac metaphorice accipienda. Init. fol. 140. a terg. 10. Eiusdem Pauli episcopi Sidonis item confutatio praedicti doctoris, asserentis Deum praedestinasse homines ad ignem et ad gloriam, eumdemque esse malorum auctorem. Init. fol. 143. a terg. Adnectuntur orationes duae, quarum prima mane dicenda, incipit fol. 153; altera ante cubitum recitanda, ibid. a terg. Confer cum superioribus codicibus CXI. et CXII, in quibus eadem Pauli sidoniensis episcopi opuscula exhibentur. Hic autem codex a Gregorio archiepiscopo Alepi scriptus fuit anno ab orbe condito 7079. (Christi 1571.) uti prolata supra sub num. 1. epigraphe docet.

CXLVIII.

Codex in folio bombyc. foliorum 48, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim quadragesimus, quo continentur.

1. Constitutiones seu bulla patris Eugenii papae IV. huius nominis bonae memoriae, de unione nationis Iacobitarum, Armeniorum, et Romaeorum seu Graecorum, cum sancta ecclesia romana catholica, edita in concilio generali florentino, arabice ex latino reddita a Leonardo Abel sidoniensi episcopo; uti in fronte, eiusdem interpretis manu, latine praenotatur. Confer cum codd. XLVIII. et XCVIII, ubi eiusdem bullae arabicae versionis duo exemplaria autographa exhibentur. Init. fol. 1. a terg. 2. Liber de veritate fidei Iacobitarum, adversus Nestorianos, Melchitas, Latinos, et Maronitas; auctore anonymo. Init. fol. 23. 3. Eiusdem anonymi expositio symboli orthodoxae fidei, quod statuerunt patres CCCXVIII. in sacrosancto concilio nicaeno, sancto Iohanni chrysostomo falso adtributa: ubi auctor, quisquis ille sit, futilibus

argumentis et depravatis auctoritatibus, Iacobitarum dogmata et monophysiticam ac monotheliticam eorum haeresim propugnare adnititur. Init. fol. 29. Is codex ad Leonardi Abel episeopi sidoniensis actatem, nempe ad annum Christi 1580, referendus est; eo enim anno is delegatione apostolica in Syria functus fuit.

CXLXIX.

Codex in folio magno bombyeinus, constans paginis 302, arabico sermone et charactere elegantissimo exaratus, inter codiees arabicos ex Aegypto in vaticanam bibliothecam a Iosepho Simonio Assemano inlatos, olim secundus; quo continetur.

Nomocanon ecclesiae alexandrinae Coptitarum, in duos tomos distributus, duabusque columnis dispositus; colligente Macario presbytero et monacho scetensi, qui circa decimum Christi saeculum claruit. Titulus fol. 2. a tergo est huiusmodi. *In nomine patris et filii et spiritus sancti, unius Dei, cui gloria semper. Incipimus ope Dei, et bonitate providentiae ipsius, describere collectionem canonum a sanctis patribus apostolis, eorumque successoribus patriarchis et episcopis, ex omni provincia, et cunctis mundi partibus simul congregatis, deinde seorsim a patriarchis romanae, et aegyptiae, aliarumque sedium, nec non a magistris fidei doctoribus conditorum, quos in hoc sacro libro presbyter egregius, abstinens, magister Macarius, unus ex presbyteris monasterii sancti Iohannis exigui in deserto scetensi, ex pluribus codicibus in deserto, et in urbe Misra, atque alibi inventis, congerere studuit; testatusque est, se admodum elaborasse, pluresque annos impendisse in adornando hoc opere; quod prout inventum est, in hocce exemplari describitur. Oremus itaque dominum nostrum Iesum Christum, ut nos adiuvet ad adimplenda eius praecepta, et constitutiones; aperiatque oculos nostrorum cordium, ut intelligamus, quod linguis servorum suorum nobis dixit, per preces omnium sanctorum patrum, qui in hoc sacro libro memorantur. Amen.* Consequitur series eorum, quae nomocanonis alexandrini tomi duo complectuntur. Tomo autem primo, quem prae manibus habemus, haec continentur.

1. Acta apostolorum post ascensionem Christi Dei ac domini nostri, et praecepta, canones, et leges ab iis condita, quae graece *tituli* nuncupantur, suntque numero triginta canones, Init. fol. 6. *Canon* 1. *de oratione, quod oratio ad orientem fiat*. 2. Canones alii LXXXII. ab apostolis conditi, quum in caenaculo Sion essent congregati, et ab ipsis Clementi traditi. Init. fol. 20. *Canon* 1. *quot episcopi adesse debeant in ordinatione patriarchae.* 3. Canones apostolorum de dispositione regiminis sacerdotii, et Petri disci-

pulorum principis de constitutionibus ecclesiae, in sex portas, seu capitula, distributi. Init. fol. 33. *Capitulum* 1. *episcopus benedicit, et a nemine benedicitur.* 4. Canones alii apostolorum de rebus ecclesiasticis, Clementi traditi, qui sunt numero LXXI, in graecis autem codicibus LXXXI. Init. fol. 43. *Dixerunt Iohannes, et Matthaeus, et Petrus, et Philippus.* 5. Canones alii apostolorum per Clementem traditi num. LVI. Init. fol. 66. *Canon* 1. *quot episcopi adesse debeant consecrationi episcopi. Episcopus consecretur.* 6. Liber inscriptus didascalia sive doctrina apostolorum, in capita triginta novem distributus. Init. fol. 73. *Nos duodecim apostoli, quos ideo unigenitus Dei filius.* 7. Sancti Clementis canones, qui epistola patris nostri Petri ad Clementem inscribuntur. Init. pag. 103. *Dixit Clemens papa Romae de Petro discipulorum principe.* 8. Statuta patrum nostrorum apostolorum ex testamento vetere, spiritus sancti ope collecta, et in capita LI. distributa. Init. pag. 107. *Caput* 1. *de servis. Quicumque emerit servum.*

9. Synodus prima synodorum minorum, quae uti in praefatiuncula dicitur, habita fuit Ancyrae in Galatia, occasione lapsorum; quomodo scilicet recipiendi, qui ex sacerdotibus et laicis sacrificaverant idolis. Interfuere episcopi duodecim, a quibus conditi canones XXIV. Init. fol 123. *Sancta est synodus, quae congregata est in regione Ancyrae.* 10. Synodus carthaginensis seu neocaesariensis, antiquior nicaena trecentorum decem et octo patrum. Convenerunt ad eam episcopi quinquaginta, a quibus editi canones XIV, ut in praefatiuncula adnotatur. Init. fol. 129. *Sancta est synodus congregata Carthagine.* 11. Gangrensis synodi canones XX, praemissa praefatiuncula de occasione et tempore celebratae synodi, deque numero episcoporum, qui eidem synodo interfuerunt, nimirum quindecim, una cum eorumdem patrum epistola ad antistites Armeniae. Init. fol. 132. *Sancta est synodus, quae coacta fuit Gangrae.* 12. Antiochenae synodi tredecim episcoporum canones XXV. quibus praeponitur praefatiuncula collectoris de occasione eiusdem synodi, una cum epistola patrum ad Christi fideles. Init. fol. 135. *Sancta est synodus, quae celebrata fuit Antiochiae.* 13. Narratio de Constantino imperatore, deque occasione congregatae ab eo synodi nicaenae, ubi variae haereses, quae tunc vigebant, memorantur. Init. fol. 141. Addit collector historiam disputationis inter Alexandrum patriarcham alexandrinum et Arium presbyterum, quam in synodo nicaena habitam fuisse adfirmat; quae quidem una cum narratione de Constantino magno, et serie haereseon illius aevi, ex diversis Orientalium recentiorum monumentis consarcinata est, aucta, fabulisque respersa. Quare corrigendus est Franciscus Turrianus, qui in praefatione ad canones concilii nicaeni ex arabica lingua in latinam conversos, scribit, codicem patriarchae alexandrini, ex quo Baptista romanus canones arabicos descripsit, etiam acta concilii nicaeni continuisse, quae graece deperdita dicuntur. Hic ipse enim,

quem prae manibus habemus, est ille celeberrimus codex canonum à Baptista romano laudatus, quem Iosephus Simonius Assemanus in urbe Chaira a Iohanne patriarcha alexandrino comparavit, et in vaticanam bibliothecam, auspice Clemente XI. pontifice maximo, intulit; nec in eo quidquam ad acta concilii nicaoni pertinens legere est, praeter historiam haereseon, quae sub Constantino imperatore vigebant, et disputationis Alexandri patriarchae Alexandrini cum Ario, quam paullo ante recensuimus.

14. Synodus magna oecumenica nicaena trecentorum et octodecim patrum, a quibus conditi canones viginti. Praeit praefatio collectoris, in qua perbrevis, et quidem adulterina eiusdem synodi historia exhibetur. Init. fol. 149. Consequuntur fol. 151. canones, quorum primus *de castratione et circumcisione*. 15. Eiusdem synodi nicaenae canones LXXXIV. Init. fol. 158. Canon primus. *Praecipimus, ne promoveatur ad sacerdotium vir stultus.* His sunt canones arabici in labbeana conciliorum collectione editi, qui ab orientalibus nicaeni dicuntur. 16. Eiusdem synodi nicaenae de monachis et anachoretis canones XXXIII. Init. fol. 176. *Nec praeficiatur monasterio, nisi qui in eo fuerit educatus.* 17. Eiusdem synodi nicaenae symbolum fidei. Init. fol. 186. *Credimus in Deum unum patrem omnipotentem.* 18. Eiusdem synodi nicaenae canones XX. ex copticis codicibus descripti, qui a Graecis haud discrepant. Init. fol. 189. *Constitutiones synodi, quae congregata est Nicaeae in Bithynia, in qua convenerunt omnes episcopi cum Constantino imperatore* etc. Canon 1. *de fide.* 19. Eiusdem synodi nicaenae professio, seu potius laudatio, sanctae fidei. Init. fol. 192. *Ecce nobis illucescit iucunda memoria.*

20. Constantinopolitanae synodi centum et quinquaginta episcoporum, canones XXIII. Init. fol. 195. Canon primus. *Damnamus eos, qui non profitentur.* 21. Eiusdem constantinopolitanae synodi canones alii IV. Init. fol. 196. Canon primus. *De constitutionibus a patribus CCCXVIII. editis.* 22. Sancta synodus Ephesi congregata, cui interfuere episcopi CC, a quibus conditus canon unicus. Init. fol. 189. *Dixit sancta synodus congregata Ephesi.* 23. Canones sanctae synodi, quae celebrata est Laodiceae Phrygiae in Gezira, estque ex synodis minoribus; in qua convenerunt viginti novem episcopi, occasione Manetis, aliorumque haeresiarcharum; constitueruntque canones LVII. Init. fol. 199. Canon primus. De bigamis. *Praecipimus.* 24. Canones XX. synodi sardicensis, cui interfuere ex variis sedibus centum et quadraginta episcopi. Init. fol. 201. *Sancta est synodus, quae Sardicae congregata est.* 25. Canones et constitutiones ecclesiasticae duo de quadraginta, quas iuxta praeceptum apostolorum scripsit Abulidus Romae patriarcha (sic Hippolytum portnensem episcopum recentiores Christiani arabes vocant.) Init. fol. 213. Canon primus de sancta fide. *Ante omnia disseramus de fide.* 26. Sancti Basilii magni episcopi Caesareae Cappadociae canones XIII. Init. fol. 226. Canon primus. De sacerdote forni-

catore. *Si quis sacerdos aut diaconus fornicatus fuerit.* 27. Eiusdem sancti Basilii magni canones alii CVI. de capitibus ritui ecclesiae convenientibus, iuxta sanctorum apostolorum constitutiones. Init. fol. 228. Canon primus. De sancta fide. *Ante omnia de fide disseramus.* 18. Basilicum seu statuta imperatorum, ius complectentia Christianorum orientalium, ex canonibus conciliorum, responsis patrum, et constitutionibus imperatorum conflatum, quo tum ecclesiasticae, tum civiles causae definiuntur. Quatuor constant libris; quorum primus hocce titulo insignitus. *Liber primus titulorum a Constantino imperatore, praesentibus patribus CCCXVIII, editorum, qui in quadraginta capita dividuntur.* Init. fol. 252. *Postquam quisque praesul ex praedictis patribus exemplar accepisset manu omnium patrum subscriptum.* Cetera vide in sequente codice CL, qui alterum huius nomocanonis ecclesiae alexandrinae tomum complectitur, ubi et utriusque codicis aetas designatur.

CL.

Codex in fol. magno bombycinus, constans foliis 178, arabico sermone et litteris elegantissime exaratus, inter codd. arabicos ex Aegypto in vaticanam bibliothecam a Iosepho Simonio Assemano inlatos olim tertius, ubi continetur.

Nomocanonis ecclesiae alexandrinae Coptitarum, a magistro Macario presbytero et monacho monasterii S. Iohannis exigui in scetensi deserto, collecti tomus alter duobus laterculis dispositus, in quo isthaec exhibentur. 1. Liber secundus basilicorum seu statutorum, imperatoribus adtributorum; sistens canones centum et triginta. Init. fol. 1. *Primus qui leges pulchras et bonas condidit, Dominus noster.* Sub praefationis initium Macarius huiusce nomocanonis auctor monet, hosce 130. canones ex codice arabico manu Marci filii Zaraae exarato, fuisse a se descriptos. Is autem inter alexandrinos Coptitarum patriarchas septuagesimus tertius recensetur; obiitque anno Christi 1189, ut legere est in eiusdem vita apud Renaudotium hist. patriarcharum alexandrinorum a pag. 530. 2. Liber tertius basilicorum, sistens quae patres CCCXVIII. constituerunt, in viginti canones distributa. Init. fol. Canon primus. *Laus Deo sancto, uno, et trino.* Hosce canones ait Macarius collector ex versione doctoris Saphi ben-Assali, se descripsisse; qui claruit decimo tertio Christi saeculo ineunte: ut alibi fuit a nobis adnotatum. 3. Liber quartus basilicorum in capita XI. divisus, sed ex calligraphi oscitantia post priorem constitutionum apostolicarum per Clementem librum positus. Init. fol. 34. a tergo. *Deus optimus maximus creavit omne quod videmus, qui hominem iustificavit.*

4. Constitutionum apostolicarum libri VIII, quos Coptitae ceterique Christia-

ni orientales tamquam genuinum Clementis papae romani foetum agnoscunt. Liber primus inscribitur. *Testamentum dominicum, quo scilicet dominus noster Iesus Christus apostolos suos adloquutus est, post suam resurrectionem a mortuis: et est primus liber per Clementem.* Init. fol. 21. *Erat post resurrectionem domini nostri Iesu Christi a mortuis.* Hinc librum extra numerum VIII. librorum constitutionum apostolicarum Macarius collector recenset; uti ex sequenti titulo constat. 5. Constitutionum apostolicarum per Clementem liber II, cui hic titulus praefigitur. *Octo libri Clementi traditi, continentes quae a patribus apostolis probata sunt.* Init. fol. 44. *Gaudete o filii et filiae in nomine Iesu Christi.* 6. Constitutionum apostolicarum per Clementem liber III. Init. fol. 45. a terg. *Itaque primum de muneribus verba faciamus.* 7. Constitutionum apostolicarum per Clementem liber IV. Init. fol. 49. *Dum dicimus Deum et salvatorem nostrum Iesum Christum.* 8. Constitutionum apostolicarum per Clementem liber V. Init. fol. 50. a terg. *Primum egimus de merito donationum.* 9. Constitutionum apostolicarum per Clementem liber VI. Init. fol. 53. *Episcopus benedicit, et non benedicitur; imponit manum, et non imponitur ei manus.* 10. Constitutionum apostolicarum per Clementem liber VII. Init. fol. 55. *Ego Paulus humillimus apostolorum praecipio episcopis et presbyteris.* 11. Constitutionum apostolicarum per Clementem liber VIII. Init. fol. 56. a terg. *Episcopo a duobus aut tribus episcopis imponenda est manus.*

12. Synodus secunda carthaginiensis ex minoribus synodis, cui interfuere septemdecim et ducenti episcopi, a quibus conditi canones CXXIII. qui, ut monet Macarius, in Saphi ben-Assali collectione desiderantur. Init. fol. 58. *Haec synodus perhibetur congregata in civitate Carthaginis.* 13. Synodus celebrata Antiochiae et Laodiceae, ad quam convenerunt episcopi XXXI, a quibus conditi canones LXXXIII. Init. fol. 86. *Sancta synodus pace plena, quae congregata est.* Ex duabus synodis diversis temporibus habitis, unam Macarius componit. 14. Patris praestantis Epiphanii patriarchae Constantinopoleos canones XLV, Iustino imperatori pio nuncupati. Init. fol. 69. a terg. *Magna quidem Dei sunt dona atque praestantia: debet itaque qui episcopum constituit.* 15. Sancti Iohannis chrysostomi patriarchae Constantinopoleos canones XII. Init. fol. 71. *Ne commoveat te convicium hominum, si quidem honor tibi ab eis praestitus.* 16. Canones temporarii XXXII. quos sancti patres, qui nos praecesserunt, propter difficultatem temporum et desiderium vere paenitentium condidere. Init. fol. 71. a terg. *Si episcopus deponatur propter fornicationem, aut alia de causa.* 17. Sancti patris praestantis Gregorii episcopi Nyssae canones IV; et nomina ac ordo sedium patriarchalium. Init. fol. 74. *Non convenit reo* etc. Septem enumerat patriarchales sedes, quarum priores quatuor an-

tiquae, tres vero posteriores recentes dicuntur: videlicet 1. romana. 2. alexandrina. 3. constantinopolitana, antea ephesina. 4. antiochena. 5. hierosolymitana. 6. seleuciensis. 7. habessina, quae tamen inter metropolitanas sedes locum tenet.

18. Patrum praesulum, fidei magistrorum, canones XXI. Init. fol. 75. *Erat pastor, inspector, praeceptor, et rector in urbe Alexandria*. 19. Doctorum ecclesiae canones alii CVII. Init. fol. 76. a terg. *Canones sanctorum patrum catholicae ecclesiae doctorum.* 20. Patris Athanasii patriarchae alexandrini canones CVII. Init. fol. 86. *Hae sunt leges de presbyteris, qui recte administrant.* 21. Eiusdem Athanasii patriarchae alexandrini symbolum fidei descriptum ex codice, qui ad quosdam presbyteros francos seu latinos pertinebat; ut Macarius in titulo monet. Init. fol. 92. a terg. *Quicumque vult salvus esse, ante omnia opus est, ut teneat catholicam fidem.* 22. Michaëlis metropolitae Damiatae canones X. Init. fol. 93. *Dixit quod pleraque peculiaria practica.* Vixit is sub Marco filio Zaraac, septuagesimo tertio Coptitarum patriarcha; cui ipse primus legem de abroganda confessione auriculari suasit. Vide Renaudot. hist. patriarcharum Alexandri. pag. 552. 23. Patris Chsistoduli alexandrini Coptitarum patriarchae sexagesimi sexti ab anno Christi 1047. ad anno 1076. canon unicus. Fol. 95. a terg. *Non baptizentur masculus et femina in uno eodemque baptismate.* In aliis codicibus iuris ecclesiastici Coptitarum canones triginta huic patriarchae tribuuntur, quorum magna est in ecclesia auctoritas. Vide Renaudot. loc. cit. a pag. 421, ubi iidem canones exhibentur. 24. Cyrilli alexandrini patriarchae sexagesimi septimi, ab anno Christi 1076. ad annum 1092, canones XXXIV. Init. fol. 96. *Erat in diebus patris praestantis sancti eximii Cyrilli.* Vide eius acta apud Renaudot. loc. cit. a pag. 449.

25. Canones triginta duo patris Gabrielis, cognomento filii Tarich alexandrini Coptitarum patriarchae septuagesimi ab anno Christi 1131. ad 1146. Init. fol. 99. *Gabriel Dei gratia, eiusque iudiciis incomprehensibilibus*. In aliis iuris ecclesiastici Coptitarum codicibus triginta canones Gabrieli tribuuntur, quos in epitomen redactos retulit Renaudotius in vita eiusdem a pag. 511. 26. Eiusdem Gabrielis patriarchae canones alii X. de ecclesia. Init. fol. 102. *Erat habitatio mea, cum perveni ad Togrum a Deo custoditum..* 27. Epitome iudiciorum de hereditatibus ab eodem Gabriele patriarcha e vetere ac novo testamento deprompta. Init. fol. 103. *Dixit: quum fides Christianorum fundata sit.* 28. Cyrilli, filii Laclaki, patriarchae alexandrini septuagesimi quinti, ab anno Christi 1235. ad anno 1243, canones XII. Init. fol. 104. a terg. *In nomine Dei unius in essentia etc. hoc scriptum procedit ex me humili Cyrillo.* 29. Eiusdem Cyrilli, filii Laclaki, canones alii in quinque capita divisi. Init. fol. 105. a terg. *Caput de baptisma-*

te secundum constituta sacrorum libbrorum. 30. Synodus chairensis sub praedicto Cyrillo, Laclaki filio, patriarcha alexandrino, anno martyrum 957, Christi 1241, celebrata; cui interfuere episcopi quatuordecim, a quibus conditi canones XVIII. Init. fol. 110. a terg. *In nomine Dei creatoris, vivi, rationalis; die sabbatho.* Vide Renaudot. in vita Cyrilli filii Laclaki a pag. 582, ubi occasionem huius synodi, et epitomen canonum eiusdem refert.

31. Eiusdem synodi, chairensis canones alii de legatis, et eleemosynis. Init. fol. 111. a terg. *Dixit: legatum quidem dupliciter sumitur.* 32. Eiusdem Cyrilli, filii Laclaki, patriarchae alexandrini, canones IX. de ritibus ecclesiaticis. Init. fol. 112. a terg. *Dixit: ritus ordinati secundum consuetudinem vigentem.* 33. Christoduli episcopi Damiatae, et Cyrilli, filii Laclaki, patriarchae alexandrini, interrogationes et responsiones de disciplina et ritibus ecclesiasticis. Init. fol. 113. *Quidam discipuli episcopi deosculantur terram in cella.* 34. Abulsolhi Iohannis filii Abdallae, cognomento Scedidi ben-Nanae, armenii, collectio canonum ex nomocanonibus deprompta. Init. fol. 114. *Cum invenimus psalmum Davidis dicentem, quod benedictio.* In eius fine fol. 121. haec a Macario collectore adnotata legas. *Explicit quod inventum est in exemplari collectionis Bennanae, quod dicitur fuisse descriptum ex archetypo exarato die 27. mensis ramadan, anno hegirae 419, qui respondet diei 12. mensis babae, anno Diocletiani sive martyrum* 735, hoc est Christi 1209. 35. Statuta nonnullorum ss. Patrum de hereditatibus, in decem ordines distributa, quae sunt ex archetypo manu episcopi Melchitarum cognomento Ebn-Algeda exarato, et ab eodem e graeca lingua in arabicam converso; ut fol. 123. ad calcem adnotatur. Init. fol. 122. *Statutorum de hereditatibus fundamenta extant in novo testamento. Verum si ea clare essent expressa, non indigerent explicatione.* 36. Fundamentum mirabile de significatione, et iuribus hereditatum, per modum argumentationis, ex Abulpharagii Abdallae ben-Attibi presbyteri nestoriani libro, cui titulus *paradisus christianismi*, desumptum, de quo alibi. Init. fol. 124. *Fundamentum christianae legis abrogat canonem hereditatis rerum saecularium.*

Atque heic desinit nomocanon ecclesiae alexandrinae Coptitarum a Macario constructus; ut haec docet epigraphe, quae fol. 128. legitur. *Absolutus est liber hic benedictus, qui complectitur omnes sacros ecclesiae canones, mense emscir* (februario), *anno ss. martyrum millesimo octogesimo octavo* (Christi 1332.), *quorum benedictiones Deus nobis impertiatur. Amen.* Consequitur adnotatio calligraphi, Macario auctori aequalis, in haec verba. *Et humilis abiectus amanuensis, hominum miserrimus ob multitudinem peccatorum et delictorum suorum, rogat et obsecrat sanctitatem omnium eorum, qui hunc librum viderint aut legerint vel legi audierint, ut eius meminerint, et adprecentur Deum pro*

36

remissione eius peccatorum et delictorum. Qui vero aliquid huiusmodi dixerit, sint ei pro uno triginta et sexaginta et centum. Et Deo gloria in aeternum. Adnectitur tabula temporaria festorum mobilium iuxta kalendarium Coptitarum ab anno martyrum 1076. ad 1116, Christi 1360. ad annum 1400; quae tamen, ut et synodi, quae iuxta arabicam Melchitarum editionem ad finem usque codicis exhibentur, nova manu sunt addita; videlicet.

1. Synodus tertia oecumenica ephesina, adversus Nestorium transgressorem coacta, cui interfuere duceati episcopi, a quibus condita definitio unica de fide ecclesiae. Init. fol. 130. *Sancta est synodus tertia patrum episcoporum.* 2. Synodus quarta oecumenica Chalcedone habita, adversus Eutychetem et Dioscorum negantes, duas esse in Christo naturas. Ei interfuere triginta et sexcenti episcopi; a quibus conditi canones XXVII. Init. fol. 131. *Congregata fuit haec synodus Chalcedone per Marcianum; convenerunt autem episcopi sexcenti et triginta, praesidibus Anatolio patriarcha Constantinopoleos* etc. 3. Synodus quinta oecumenica, nempe constantinopolitana secunda; cui interfuere centum et sexaginta quatuor episcopi. Init. fol. 138. *Sancta est synodus quinta.* 4. Synodus sexta oecumenica, nempe constantinopolitana tertia, adversus Sergium et Pyrrhum, cui interfuere CCLXXXIX. episcopi, a quibus conditi canones XCV. Inseruntur 1. Epistola Iohannis patriarchae romani ad Constantinum et Heraclium imperatores. 3. Historia Cyri haeresiarchae. 3. Rescriptum Constantini imp. ad Iohannem papam. 4. Theodori patriarchae armenii epistola ad Constantinum imperatorem. 5. Symbolum fidei ab eadem synodo editum. Init. fol. 136. a terg. *Sancta est synodus sacra.*

5. Synodus septima oecumenica, nempe nicaena secunda, celebrata sub Constantino imperatore Leonis Chazari filio, et eius matre Irene, adversus iconoclastas. Interfuere episcopi CCCLXVII, a quibus conditi canones XXIV. Init. fol. 155. *Sancta est synodus septima, quae habita fuit in diebus Constantini imp. filii Leontii* (Leonis.) Canonibus viginti quatuor hac in synodo editis adnectuntur fol. 159. alii canones LXXXIV. de ordinationibus et disciplina episcoporum, presbyterorum, diaconorum, aliorumque clericorum, et monachorum, qui canones eidem synodo adscribuntur, quique in labbeana conciliorum collectione proferuntur. 6. Canones CXX. synodi septimae et ultimae synodorum minorum, quae celebrata est Carthagine, imperantibus Romae Honorio, Constantinopoli Theodosio iuniore etc. Init. fol. 167. a terg. *Numerus autem divinorum patrum, qui huic sanctae synodo interfuerunt, bis centum et septemdecim.* In fine vero recentis huiusce appendicis, quae nomocanoni Coptitarum perperam adiecta est, fol 178. ad calcem haec legas. *Absoluti sunt canones huius sanctae synodi in pace ex domino nostro Iesu Christo. Amen.* Quae vero heic desunt synodi et canones, suppleri possunt ex aliis codicibus vaticanis tum syriacis tum arabicis,

in quibus integra synodorum collectio e graeco textu deprompta exhibetur: qui codices tam in hoc, quam in secundo syriacorum tomo fuerunt a nobis recensiti.

CLI.

Codex in fol. bombycinus, foliis constans 259, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codd. arabicos ex Aegypto, Iosephi Simonii Assemani opera, in vaticanam bibliothecam inlatos num. X. notatus, quo continetur.

Abn-Isaacii ben-Assali, id est filii mellarii, coptitae iacobitae, circa medium decimum tertium Christi saeculum clari, collectio sacrorum canonum, in duas summas distributa; praemissa praefatione de codicibus, e quibus collectionem suam auctor adornavit, de vetere scilicet ac novo testamento; de didascalia seu constitutionibus apostolicis, aliisque scriptis, quae beato Clementi romano tribuuntur; de canonibus apostolorum; de synodis ancyrana, neocaesariensi, gangrensi, antiochena, nicaena, constantinopolitana, ephesina, laodicena, sardicensi; de canonibus Hippolyti, quem papam Romae vocat, et Basilii magni; de statutis imperatorum; de epistolis canonicis Gregorii thaumaturgi; de canonibus Epiphanii patriarchae constantinopolitani, Iohannis chrysostomi, Gregorii nysseni, Athanasii alexandrini, Michaëlis episcopi Damiatae; de constitutionibus patriarcharum alexandrinorum coptitarum Christoduli, Timothei, Cyrilli Laclaki, et Gabrielis; de synodis ecclesiae africanae. Incipit ea praefatio fol. 1. a terg. Adnectitur index capitum LI. quibus totum opus absolvitur, et quorum tituli rubris literis distincti sunt; deinde sequitur.

Summa prima de sacerdotibus et statutis religionis; constat prioribus viginti duobus capitibus, quorum 1. De ecclesia, incipit fol. 9. 2. De divinis libris ab ecclesia receptis, incipit. fol. 10. 3. De baptismo et neophytis, incipit. fol. 11. De patriarchis, incipit fol. 13. 5. De episcopis, incipit fol. 18. a terg. 6. De presbyteris, incipit fol. 37. a terg. 7. De diaconis, incipit fol. 41. a terg. 8. De reliquis clericis, incipit fol. 45. 9. De sacerdotibus in genere, incipit fol. 47. 10. De monachis et monialibus, incipit fol. 58. 11. De disciplina et statutis saecularium, incipit fol. 70. 12. De missa, incipit fol. 76. a terg. 13. De eucharistia, incipit fol. 79. 14. De oratione, incipit fol. 82. 15. De ieiunio, incipit fol. 86. a terg. 16. De eleemosyna, incipit fol. 91. 17. De eleemosynario et bonis ecclesiarum, incipit fol. 97. a terg. 18. De decimis, et primitiis, et votis, et legatis, incipit fol. 99. a terg. 19. De dominicis et festis diebus, incipit fol. 105. 20. De martyribus, confessoribus, et apostatis; incipit fol. 108. a terg. 21. De infirmis, incipit fol. 112. 22. De defunctis, incipit fol. 113.

Summa secunda de rebus saecularibus. Complectitur posteriora viginti novem capita; videlicet 23. De cibo, et potu, et domiciliis, et artibus, quae Christianos decent; incipit fol. 116. a terg. 24. De sponsalibus, et dote, et matrimonio; incipit fol. 121. a terg. 25. De concubinatu, incipit fol. 145. a terg. 26. De donatione, incipit fol. 146. 27. De mutuo et pignore, et feudo, et fideiussione; incipit fol. 148. 28. De commodo, incipit fol. 153. 29. De deposito, incipit fol. 153. a terg. 30. De procuratione, incipit fol. 155. a terg. 31. De libertate, et servitute, et manumissione; incipit fol. 157. 32. De minoritate, incipit fol. 159. 33. De venditionibus, incipit fol. 161. 34. De societate, incipit fol. 166. a terg. 35. De coactione et violentia, incipit fol. 168. a terg. 36. De locatione et canone, incipit fol. 170. a terg. 37. De aedificiis et viis publicis, incipit fol. 174. 38. De mutuo, incipit fol. 179. a terg. 39. De confessione, incipit fol. 180. a terg. 40. De rebus amissis, incipit fol. 181. a terg. 41. De testamentis, incipit fol. 184. a terg. 42. De hereditate, incipit fol. 193. 43. De iudice et testibus, incipit fol. 205. 44. De regibus, incipit fol. 222. 45. De vetere et novo testamento, incipit fol. 227. 46. De poenis apostasiae, incipit fol. 236. 47. De homicidio, incipit fol. 239. 48. De poenis fornicationis, incipit fol. 246. 49. De poenis furti, incipit fol. 250. 50. De poenis ebrietatis aliorumque criminum, incipit fol. 251. a terg. 51. De capillis et circumcisione, quam adhuc servant coptitae Iacobitae, et confessione auriculari et observantia canonum; incipit fol. 254. a terg. Haec in codice mediceo sexaginta duobus capitibus absolvuntur.

Opus magni apud Orientales pretii, nondum tamen latine redditum, nec typis vulgatum. Is codex scriptus est anno Christi 1289. Sic enim in fine fol. 259. a terg. habetur. *Explicit liber sacrorum canonum. Et Deo gloria et laus semper. Absolutus autem fuit sabbatho, die 1. mensis chiach* (decembris), *anno ss. martyrum 1005, qui incidit in mensem lunarem delcadem anni 687. hegirae. O lector, memento pauperis calligraphi; meminerit tui Dominus, quum advenerit in regnum suum. Amen. Conlatus fuit cum Saliba monacho, eiusdem libri scriptore ita accurate, ut nihil supra* etc.

CLII.

Codex in folio bombyc. foliorum 142, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano ex Aegypto in vaticanam bibliothecam inlatos, olim decimus tertius; quo continetur.

Liber de epactis et kalendario, auctore seniore Abu-Isaac ben-Assali, doctore coptita. Opus latina versione, et luce dignum. Dividitur in capita XV;

quibus praemittitur *arginzeh*, id est poëma hemistichiis seu dimidiis versibus elaboratum, ad inveniendum epactam, pascha Iudaeorum, pascha Christianorum, festa Coptitarum, annum arabicum et aegyptiacum, et quemlibet diem mensium Coptitarum, Graecorum, et Syrorum; quemadmodum in titulo legitur. Eius initium fol. 3. a terg. Porro cap. I. Modus inveniendi pascha resurrectionis, in quinque sectiones subdivisum; ubi de epacta lunae, de paschate Iudaeorum, de epacta solis, de sacro paschate, de ieiunio. Init. fol. 9. Caput II. De ieiunio et quomodo illud ad quadraginta dies patres constituerunt. Fol. 20. a terg. Caput III. Modus inveniendi moharramum, primum scilicet mensem Arabum, et basem anni, et menses arabicos. Fol. 23. Cap. IV. Modus extrahendi menses et dies arabicos ex copticis. Fol. 25. Cap. V. Modus inveniendi kalendas, seu initia mensium Syrorum. Fol. 28. Cap. VI. De cognitione annorum ab initio revolutionis lunae. Fol. 29. Cap. VII. Modus extrahendi copticos menses et dies ex arabicis. Fol. 31. Cap. VIII. Modus inveniendi horas mensium; principium deest. Fol. 33. Cap. IX. Modus discernendi bissextum annum a non bissexto. Fol. 33. a terg. Cap. X. Modus cognoscendi festos dies, et qua quique hebdomadae die occurrant. Fol. 34. a terg. Cap. XI. Modus deprehendendi, qua hora luna oriatur, quave occidat. Fol. 36. a terg. Cap. XII. De cognitione constellationum earumque qualitatum, divisionum, et figurarum. Fol. 38. Cap. XIII. De epochis, seu supputatione annorum, a parente nostro Adamo ad annunciationem, sive incarnationem Domini, et chronicon prophetarum; inserta epocha nativitatis Christi, eiusque gestorum, ex Severi Mocaffaei episcopi Asmonaeorum libro de conciliis. Fol. 53. Cap. XIV. De algebra duorum dierum quos sapientium vocant, et diei qui in fine revolutionum et subductionum supputatur, anno bissextili addendorum. Fol. 64. Cap. XV. De multis aliis capitibus, quorum cognitio utilis est ac necessaria, e quibus quaedam superius perstricta sunt, quaedam vero nondum exposita; nimirum copticos annos ex arabicis, et e contrario invenire, de annis mundi: festos Christianorum dies ex mensibus arabicis deducere: periodum componere: tabulam festorum mobilium describere. Sequitur series patriarcharum alexandrinorum a sancto Marco evangelista ad Gabrielem octogesimum sextum illius sedis patriarcham, qui obiit anno martyrum 1094. (Christi 1378.) recentiore manu aucta usque ad Iohannem seu Iunes Necadeh nonagesimum tertium patriarcham. Init. fol. 68. a terg.

Is codex exaratus fuit anno Christi 1354, quemadmodum liquet ex hac calligraphi adnotatione, quae fol. 142. ad calcem apposita est. *Explicit liber de epactis, ope Domini, cuius nomini gloria; per manum imbecillimi creaturarum Dei Georgii filii presbyteri Abilphadli, in civitate custodita Cahira, die 14. mensis abibi, anno millesimo septuagesimo sanctorum martyrum, quorum orationibus Deus misereatur nostri. Amen.* Pertinuit

olim ad archium sedis patriarchalis alexandrinae Coptitarum; uti in inferiore ora frontis maioribus litteris adnotatur.

CLIII.

Codex in folio bombycinus, constans foliis 221, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices orientales ab Andrea Scandar in vaticanam bibliothecam inlatos, olim trigesimus sextus; ubi continetur.

Collectio canonum synodicorum occidentalium atque orientalium amplissima, initio tamen et fine mutila, foliis plerisque luxatis, et ex bibliopegi oscitantia perperam compactis. Titulus et auctoris nomen desiderantur. Is autem certe est Abulpharagius Abdalla ben-Attibus nestorianus; qui teste Abulbarkato in synopsi scriptorum *edidit praeterea librum, cui titulus: iurisprudentia christiana; complectentem canones ecclesiasticos, et synodos occidentales aeque ac orientales*; cuius quidem operis idem Abulbarkatus exhibet loc. cit. integram synopsim, quae ad nostrum codicem adamussim quadrat. Haec porro est series eorum, quae in hocce praestantissimo opere, luceque dignissimo, occurrunt; quam secundum praesentem foliorum codicis enumerationem proferimus; videlicet.

1. Canones LXXXII. apostolorum, prioribus triginta novem canonibus mutili. Incipiunt a canone XLIII. fol. 1. *Canon quadragesimus tertius, quod episcopus habet potestatem super bona ecclesiae*. 2. Constitutiones XX. singulis apostolis, et nonnullis eorum simul adtributae, quas scriptis Clemens mandavit. Fol. 4. a terg. Initium. *Canon primus Simonis cananaei; quod episcopus a duobus, aut tribus episcopis ordinetur*. 3. Ancyrana synodus, prima synodorum, quae in occidente coactae fuerunt. Eius canones XXIV, quorum primus incipit fol. 7. a terg. *Canon primus. Presbyteri, qui idolis immolaverunt, et ad paenitentiam redeunt*. 4. Neocaesariensis synodus (non eius acta sed canones intellige, qui in universum XIV. numerantur.) Init. fol. 11. *Canon primus. Presbyter si uxorem duxerit, ab ordine suo degradetur*. 5. Canones XX. synodi nicaenae trecentorum decem et octo patrum, quae uti in titulo adnotatur, congregata potissimum fuit a Constantino magno imperatore adversus Arium et eius scripta. Init. fol. 12. *Canon primus; qui virile suum absque medici consilio absciderit*. 6. Canones alii LXXIII. synodi nicaenae trecentorum decem et octo patrum, quos Maruthas Miapharkini seu Tagriti, quae et Martyropolis, episcopus, rogatu Isaaci catholici Seleuciae et Ctesiphontis, e graeco sermone in syriacum transtulit; inde vero arabice ab anonymo redditi fuerunt; praefixa epitome epistolae eiusdem sancti Maruthae ad Isaacum de huiusmodi interpretatione. Init. fol. 15. *Canon primus; quod non convenit, Christianos nominibus*

ethnicorum appellari. Vide acta martyrum orientalium et occident. tom. I. pag. 49, ubi S. Maruthae horum canonum interpretis vitam et scripta laudavimus. 7. Gangrensis synodi canones XX. adversus pravas sententias de matrimonio et de esu carnis etc. Init. fol. 28. a terg. *Canon primus. Si quis matrimonium improbaverit, et dixerit de muliere fideli, suo viro iuncta, quod impura sit.*

8. Antiochenae synodi canones XXV. Init. fol. 31. a terg. *Canon primus; quod non licet dissolvere ea, quae a patribus trecentis decem et octo definita sunt de paschate.* 9. Laodicenae synodi canones LIX. Init. fol. 34. *Canon primus; de iis, qui secundas nuptias contraxerunt, iuxta canonem legis.* 10. Constantinopolitanae synodi patrum centum et quinquaginta canones IV. Init. fol. 37. a terg. *Canon primus; quod non convenit violare fidem et canones patrum, qui Nicaeae convenerunt.* 11. Damasi episcopi Romae canones XIV. Init. fol. 38. *Canon primus. Si episcopus a sua civitate absit, et in locum eius alter ordinetur, hic a sacerdotio suspensus esto, donec primus obierit.* Vide cod. MS. lat. vatic. 1353, ubi iidem ferme canones, suppresso tamen auctoris nomine, exhibentur. Desumpti autem videntur ex epistola synodica Damasi papae ad orientis episcopos, quam Cavaeus hist. tom. I. pag. 129. commemorat. Eorum canon primus de disciplina ecclesiastica; reliqui de sancta Trinitate. 12. Synodi undecimae, sive carthaginiensis, octoginta quatuor episcoporum, canones XX. de sacro baptismate. Init. fol. 39. *Canon primus Cypriani. Haeretici ad ecclesiam redeuntes, baptizandi sunt baptismo eiusdem.* 13. Chalcedonensis synodi sexcentorum et quinquaginta episcoporum, quae uti in titulo auctor monet, non est in oriente recepta, canones XXVII. Init. fol. 40. a terg. *Canon primus; quod canones a patribus antehac constituti, retinendi sunt.* Ad calcem huiusce synodi fol. 43. a terg. isthaec legitur adnotatio. *Huc usque synodi occidentales*; quo vocabulo ben-Attibus intelligit Syros, Graecos, Latinos, aliosque citra Mesopotamiam populos; quos orientalibus Chaldaeis, Chaldaeorumque nestoriano patriarchae subiectis Persis atque Indis, opponit.

Consequuntur *canones orientales*; videlicet 1. Isaaci patriarchae Chaldaeorum canones XXI. hocce titulo praenotati. *Canones S. Isaaci catholici, qui primus in oriente synodum habuit, cum sancita fuit per Marutham pax inter duo imperia*, Romanorum scilicet et Persarum; de qua pace in praefatione nostra generali ad acta martyrum orientalium atque occidentalium fuse egimus. Init. fol. 44. *Canon primus; quod episcopus, ad cuius ordinationem unus aut duo episcopi soli conveniunt, deponendus sit.* Habita est ea synodus Seleuciae anno Christi 410, Iezdegerdis Persarum regis undecimo, praesentibus episcopis quadraginta. Vide Renaudotium tom. II. liturg. orient. pag. 272, ubi ex fide MS. codicis medicei (in quo tamen nonnisi indicem synodorum invenimus, avulsis

fortasse ab eodem Renaudotio praestantissimi illius codicis plerisque foliis; ut in catalogo nostro mediceo, ad cod. LVII. pag. 95. adnotavimus) viginti sex canones ea in synodo conditos recenset. Videsis etiam bibl. orient. tom. I. pag. 194. et tom. III. pag. 366. et seqq., ubi eadem synodus eiusque canones laudantur. 2. Iaballahae catholici synodus. Init. fol. 46. a terg. *Coacta fuit, cum Acacius Amidae episcopus pro pace inter utramque imperium concilianda advenit*; (Seleuciae nempe anno Christi 420, Iezdegerdis 21.) *Adfuere porro in ea complures metropolitae et episcopi, quos inter Hoseas Nisibis metropolita. Nulli autem canones in ea conditi, sed solum unanimi consensu decretum fuit, observandos esse occidentalium patrum canones et quidquid ss. Isaacus catholicus et Maruthas Miapharkini episcopus definierunt, accurate observandum, nec ulla ratione violandum esse; praestandam praeterea patri magno in Seleuciae et Ctesiphontis throno sedenti obedientiam, eiusque praeceptis obsequendum.* Vide bibl. orient. tom. III. pag. 374.

3. Dadiesu catholici synodus. Init. fol. 47. *Convenerunt complures metropolitae et episcopi, inter quos Hoseas metropolita Nisibis.* Habita est ea synodus in coenobio Arcae in montibus Cardiuchis, circa annum Christi 431. Vide tom. cit. pag. 214, et tom. IV. pag. 175, ubi acta huius synodi a nestorianis scriptoribus depravata esse ostenditur. 4. Acacii patriarchae Nestorianorum synodus Seleuciae celebrata anno Christi 489, cui interfuit Barsauma Nisibis metropolita, aliique patres. Conditi in ea canones tres, quorum init. fol. 48. *Canon primus, de perversis quibusdam hominibus, qui habitu monastico insigniti* etc. Vide tom. cit. pag. 390, ubi hanc synodum, tresque eius canones Barsaumae nisibeni, non vero Acacii, foetum esse demonstratum est. 5. Babaei patriarchae Nestorianorum synodus celebrata anno Christi 499, cui interfuere complures episcopi, inter quos Hoseas metropolita Nisibis. Init. fol. 49. *Decrevit haec synodus matrimonium cum una dumtaxat femina, ad procurationem prolis esse celebrandum* etc. Vide tom. cit. pag. 429. ubi acta huiusce synodi arabice et latine proferuntur. 6. Mar-Abae I. Nestorianorum patriarchae synodus habita anno Christi 544, in qua conditi canones XL. Init. fol. 49. a terg. *Magna adhibita diligentia mar-Abas praesulum dissidium a Narsete et Elisaeo in catholicam sedem invectum sustulit, canonesque restituit. Idque admirabiles ab eo conscriptae epistolae plane ostendunt*; quarum fragmenta actis eiusdem synodi inseruntur; eademque arabice et latine tom. III. bibl. orient. pag. 79. edita leguntur.

7. Iosephi patriarchae Nestorianorum canones XXIII. Incipiunt fol. 53. a terg. a praefatione auctoris de occasione cogendae eius synodi, his verbis. *Postquam mar-Abas, rem ecclesiasticam optime constituisset, consueta diaboli fraude astuque factum est, ut quidam perversi homines adversus*

eum insurgerent, confictisque criminibus oppressum, in carcerem et vincula, in quibus etiam decessit, detrudi curarent. Propterea perturbato ecclesiae statu, Iosephus ut canones restitueret etc. Desinunt fol. 58. in hanc colligentis adnotationem. *Interfuere huic synodo complures patres, quos inter Paulus Nisibis metropolita; decretusque fuit sedium ordo; utque nisibenus thronus secundum locum obtineret.* Coacta fuit ea synodus Caesareae anno Christi 553. Vide tom. cit. pag. 434, et tom. IV. pag. 182. ubi etiam epitomen canonum eadem in synodo editorum legere licet. 8. Ezechielis patriarchae Chaldaeorum, canones XXXIX. editi in synodo Seleuciae habita mense februario anno Christi 577. Init. fol. 58. *Canon primus. Auditum est in synodo facinus quorumdam hominum, qui contemptum mundi simulantes, fidelium mentem corrumpunt.* Intelligit Messalianos, qui eucharistiam, ieiunium, et psalmodiam contemnebant, fornicationem licere aiebant, praemia denique bonorum operum, poenasque scelerum, negabant. Vide loc. cit. ubi synopsis praedictorum canonum exhibetur. 9. Iesuiabi arzunitae Nestorianorum patriarchae, synodus habita Seleuciae anno Christi 588. Canones in ea conditi XXX; quibus subiunguntur eiusdem Iesuiabi responsa XX. ad totidem Iacobi, Dadianae seu Divinae episcopi, quaestiones. Init. fol. 62. *Canon primus de amplectenda fide, quam constituerunt patres trecenti decem et octo* nicaeni. Vide tom. cit. pag. 111, et tom. IV. pag. 183, ubi horum canonum latina interpretatio exhibetur.

10. Sabariesu patriarchae Chaldaeorum synodus Seleuciae celebrata mense maio, anno Christi 596, in qua conditi canones XXVI. Init. fol. 70. a terg. *Congregata fuit haec synodus ob quosdam monachos, qui pravas opiniones disseminabant, docentes, peccatum naturae humanae esse insitum, Adamum vero natura fuisse immortalem.* Cetera vide tom. III. bibl. orient. pag. 348. et seq. 11. Gregorii patriarchae Nestorianorum synodus coacta Seleuciae mense aprili, anno Christi 605. Conditi in ea canones XVIII. Init. fol. 71. *Haec synodus eodem, quo Gregorius catholici dignitatem obtinuit, anno celebrata, magnum fidei symbolum confirmavit; tum etiam magni commentatoris expositiones approbavit. Memoriam praeterea deinceps fieri iussit Barsaumae metropolitae Nisibis, eumque cum suis scriptis a quorumdam sectariorum calumniis vindicavit.* Cetera vide tom. cit. pag. 452. Synodi actis subiunguntur duo tractatus, quorum primus hunc praefert titulum: *quod Christus non est una substantia, neque una persona.* Alter: *responsio ad eum, qui dicit, Deum corpore passum esse, et corpore mortuum.* 12. Georgii patriarchae Nestorianorum canones XIX. conditi in synodo habita in insula Divina seu Dadiana, haud procul Bassora Arabiae urbe, anno Christi 677. Init. fol. 73. *Canon primus. Episcopus diebus dominicis et festis homiliam habeat ad fideles, vel saltem id munus doc-*

to cuipiam viro demandet. Cetera vide tom. III. bibl. orient. pag. 149, et tom. IV. pag. 187.

13. Constantini et Leonis imperatorum canones, seu statuta iuridica et ecclesiastica, quae ab Elia sobensi metropolita in epitome canonum divo Ambrosio adscribuntur. Init. fol. 75. *Canon primus. Si vir intestatus decesserit, habeatque filios et filias, isti aequaliter eius hereditatem adeant.* 14. Collectanea canonum et statutorum iuridicorum, *de sacerdotio, de contractibus, de matrimonio, de divortio et repudio, deque hereditatibus*, in sex sermones, seu capita, distributa; quorum sermonum primus desideratur, secundus incipit fol. 81. *Canon primus. Cum feminis propinquis non licet contrahere matrimonium; et sunt filia, uxor patris, mater, soror* etc. 15. Timothei patriarchae Nestorianorum canones CXXX, conditi in synodo Seleuciae celebrata anno Christi 786, et confirmata ab eodem patriarcha anno Christi 804. Init. fol. 91. a terg. *Si Christiani secundum normam christianitatis se gererent.* Vide tom. IV. bibl. orient. pag. 187, ubi ex Amro canones XCVIII. recensentur. 16. Iohannis III. filii Achaei Aaragii, id est claudi, patriarchae Nestorianorum, qui alias filius Isae Barabgarus cognominatur, canones XXVIII. de fundamentis fidei, conditi in synodo Seleuciae habita, quo is anno ordinatus fuit, nempe Christi 900, mense octobri. Init. fol. 105. a terg. Caput 1. 2. 3. et 4. *de unitate divinae naturae, de trinitate personarum, deque incarnatione Verbi, eiusque unione cum natura humana.* Vide tom. cit. pag. 188, ubi iidem canones latine exhibentur. 17. Eiusdem Iohannis patriarchae Chaldaeorum monita seu canones alii XXVIII. de ministerio altaris. Init. fol. 108. a terg. *Monitum 1. In urbibus, et castellis, in quibus nec caedes, nec persecutiones obstant, altaria sint in propatulo, nec in iis lignum ullo pacto adhibeatur.* Vide tom. III. bibl. orient. pag. 238, ubi eadem monita syriace et latine proferuntur. Desiderantur in nostro codice posteriora quinque monita, quae tamen ex codice syriaco CL. (de quo in secundo syr. codd. tomo pag. 280.) suppleri possunt.

18. Regulae sive canones xenodochiorum, nosodochiorum, et scholarum, ab auctore huiusce collectionis canonum ex synodis orientalibus et occidentalibus depromti. Init. fol. 118. a terg. *Ex synodo magna. In omni civitate constituendum est xenodochium.* Consequuntur 1. Canones XXII. De schola nisibena, a Narsete leproso circa annum Christi 490. conditi. 2. Canones scholae monasterii superioris, quod nomine sancti Gabrielis nuncupatur. 3. Hananae adiabeni circa annum Christi 570. clari, canones XXI. de schola nisibena. Vide tom. IV. bibl. orient. a pag. 919, ubi de scholis, et xenodochiis syrorum Nestorianorum Assemanus fuse eruditeque disseruit. 19. Canones XXV, de monachis et coenobiis, ab eodem ben-Attibo ex synodalibus constitutionibus decerpti. Init. fol. 137. *Monastici instituti origo a prophetis petenda est,*

qui antiquitus videntes et comprehendentes vocabantur; deinde prophetae dicti sunt. Vide tom. cit. pag. 860. 20. Iosue bar-Nun patriarchae Nestorianorum, canones XXII. conditi in synodo seleuciensi, habita quo is anno electus fuit, hoc est anno Christi 820. Fol. 143. *Canon primus. Qui vult monasticum institutum profiteri, nihil ex domo paterna debet accipere.* Vide tom. cit. pag. 188. 21. Collectanea iuridica de hereditatibus iuxta placitum Mosulmanorum, auctore quodam Philopono; nimirum Iohanne Aaragio, seu claudo, patriarcha Nestorianorum, cuius nomen titulo adnectitur. Init. fol. 149. a terg. *Si quis amicum sibi vadem constituit, erit immunis.* Vide tom. III. bibl. orient. pag. 254, ubi hoc Iohannis patriarchae opus laudatur. Is codex paullo post auctoris ben-Attibi obitum (qui anno Graecorum 1355. Christi 1043, mense octobri exeunte contigit, ut alibi adnotavimus) videtur exaratus.

CLIV.

Codex bombyc. in 4. foliorum 376, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim vigesimus tertius. Ibi continetur.

Liber sacrarum synodorum, sive collectio constitutionum apostolicarum et canonum synodorum oecumenicarum et provincialium; praemissis ad singularum synodorum canones praefatiunculis arabico-graecis de occasione habitae synodi, ac de numero patrum, qui eidem synodo interfuere, hoc ordine. 1. Admonitiones variae et constitutiones apostolis adscriptae, principio mutilae. Earum praecipuae circa ritus de observantia diei dominicae, feriae quartae et sextae, de ieiunio, orationibus, et ecclesiasticis ordinibus, versantur. Init. fol. 1. 2. Canones apostolorum, quos retulit Clemens, suntque numero octoginta duo. Init. fol. 10. a terg. 3. Constitutiones aliquorum apostolorum; videlicet S. Petri apostolorum principis constitutiones VII. de ecclesia. Init. fol. 28. SS. Matthaei et Simeonis constitutiones II. de usura et decimis. Init. fol. 29. a terg. Constitutio Pauli apostoli de lotione faciei et manuum, orationi praemittenda. Init. fol. 30. Constitutio Petri et Pauli de observatione festorum et dierum statutorum. Init. ibidem. 4. Synodus ancyrana, prima minorum seu provincialium synodorum; quae uti in praefatiuncula dicitur, habita fuit Ancyrae in Galatia, occasione lapsorum, quomodo scilicet recipiendi essent sacerdotes et laici, qui idolis sacrificaverant. Interfuere episcopi XII, a quibus conditi canones XXIV. Init. fol. 35. 5. Synodus neocaesariensis, vulgo carthaginiensis, ante nicaenam CCCXVIII. patrum celebrata. Fuere in ea episcopi quinquaginta, a quibus editi canones XIV. Fol. 43.

6. Synodus gangrensis, tertia ex minoribus synodis post nicaenam synodum celebrata; praesidentibus XV. episcopis, qui canones XX. condiderunt, et quorum

epistola ad antistites Armeniae praefationi aduectitur. Init. fol. 47. 7. Synodus antiochena, quarta ex minoribus, habita adversus Paulum samosateuum. Episcopi fuere XIII; canones vero XXV. Praeit epistola patrum ad universos Christi fideles. Init. fol. 57. 8. Synodus laodicena, quinta ex minoribus, quae habita dicitur Laodiceae in Phrygia, ad iustaurandam ecclesiae disciplinam. Ei interfuere episcopi XXIX; canones vero in eadem synodo conditi LIX. recensentur; quorum tamen canon XXXIV. canoni XXXI, et canon XXXVII. canoni XXXV. in nostro codice praeponuntur. Init. fol. 68. a terg. 9. Synodus sardicensis, sexta ex minoribus, habita Sardicae pro restituendis sedi suae Athanasio alexandrino, Meletio antiocheno, et Paulo constantinopolitano. Patres fuere CXL, canones vero XXI. qui ab Osio episcopo Cordubensi promulgati dicuntur. Init. fol. 85. 10. Concilium constantinopolitanum oecumenicorum secundum. Praeit praefatio satis prolixa, in qua asseritur hoc concilium oecumenicum habitum fuisse a CL. episcopis adversus Macedonium et Apollinarem, negantes spiritus sancti divinitatem; eique praesedisse Theodosium seniorem imperatorem, Timotheum patriarcham alexandrinum, Meletium antiochenum, Cyrillum hierosolymitanum, et legatos Papae romani; a quibus Nectarius in patriarcham constantinopolitanum constitutus, conditique canones VI, in quorum altero de primatu et ordine inter sedes, romanam scilicet, constantinopolitanam, alexandrinam, antiochenam, et hierosolymitanam decernitur. Init. fol. 96. 11. Concilium carthaginiense, septimum et ultimum minorum, seu provincialium; quod uti in praefatione legitur, habitum est a CCXVII. episcopis, sub Theodosio iuniore et Honorio imperatoribus. Eius canones CXXI. Init. fol. 104.

12. Concilium primum nicaenum, oecumenicorum pariter primum. In praefatione agitur de occasione eiusdem concilii, deque rebus in eo gestis, quod scilicet celebratum fuerit sub Constantino magno imperatore adversus Arium, qui Verbum divinum creaturam esse impie adserebat; quodque patres in eo fuerint CCCXVIII, qui etiam de celebratione paschatis praeceperint. Init. fol. 154. Consequuntur eiusdem concilii canones XX, qui in vulgatis editionibus habentur. Init. fol. 158. Item canones alii LXXXIV, qui in antiquis editionibus graecis et latinis desiderantur, et quorum latinam versionem ex hoc nostro codice Abraham ecchellensis concionavit. Init. fol. 167. 13. Concilium primum ephesinum, oecumenicorum tertium, adversus Nestorium sub Theodosio iuniore imperatore; cui interfuere CC. episcopi, a quibus canones VII. constituti. Init. fol. 246. 14. Concilium chalcedonense oecumenicorum quartum a DCXXX. patribus habitum sub Marciano imperatore, adversus Eutychetem et Dioscorum, eorumque asseclas, adsorentes unam tantum esse in Christo naturam; uti in praefatione adnotatur, ubi et de rebus in eodem concilio gestis exponitur. Eius canones XXX. Init. fol. 248. a terg. 15.

Concilium secundum constantinopolitanum, oecumenicorum quintum, cui interfuere patres CLX. sub Iustiniano imperatore, praesidentibus legatis Vigilii papae, adversus Nestorium et Origenem, quorum errores recensentur. Nullus tamen canon heic exhibetur. Init. fol. 265.

16. Concilium tertium constantinopolitanum, oecumenicorum sextum CCLXXXIX. patrum sub Constantino pogonato imperatore, et Agathone papa romano, et Georgio patriarcha constantinopolitano, et Theophane patriarcha antiocheno, habitum adversus Theodorum episcopum Pharan, Cyrum alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, et Petrum constantinopolitanos, Macarium antiochenum, Stephanum eius discipulum, et Polychronium senem, asserentes unam tantum in Christo operationem et voluntatem; ut in praefatione adnotatur; ubi et de actis eiusdem concilii, et quomodo Honorius papa cum praedictis Monothelitis se gesserit, et quid de eorundem erroribus iudicaverit, exponitur. Subnectuntur canones CII. eodem in concilio conditi, qui trullani nuncupantur. Init. fol. 267. 17. Concilium secundum nicaenum oecumenicorum septimum, habitum sub Constantino imperatore Leonis filio, et Irene eius matre, adversus iconomachos. Patres fuere CCCLXIX: praesides Tharasius patriarcha constantinopolitanus, et legati Hadriani papae; uti praefatio docet. Canones in eo editi duas in partes dividuntur, quarum prior viginti duos canones complectitur; altera octo et octoginta. Init. fol. 321. 18. Sancti patris Basilii magni canones XXII. Init. fol. 363. a terg. Post canones sancto Basilio adscriptos, plures aliae occurrunt constitutiones, et praecepta ad sacros ritus potissimum et iura ecclesiae spectantia; principio tamen et fine mutila. Init. fol. 367. Is codex ad decimum tertium Christi saeculum videtur referendus. Pertinuit olim ad bibliothecam episcopi Sidonis, nationis Melchitarum; ut in fronte adnotatur. Hunc autem legit codicem Iohannes archipresbyter melchita, commorans Alepi in domo magistri Beruanae anno hegirae 994. (Christi 1585.), ceu ipse in calce scribit.

CLV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 151, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim vigesimus quartus; quo continetur.

1. Liber complectens concilia, seu potius apologiam Iacobitarum, unam in Christo naturam profitentium, adversus Eutychium alexandrinum graecorum Melchitarum patriarcham, eorum dogmata in suis annalibus oppugnantem; auctore Severo Asmonaeorum episcopo, cognomento Abulbasciar ben-Almocaffah coptita, qui circa annum Christi 970. claruit; quique inter alia opera ab se elucubrata (quorum series in vita Philothei sexagesimi tertii Coptita-

rum patriarchae apud Renandotium exibetur) historiam patriarcharum alexandrinornm conscripsit, quam Renaudotius ipse in compendium redegit, et Parisiis anno 1713. pnblici iuris fecit. Totum opus in quatnor portas seu capita dividitur, praemissa loco praefationis epistola ad amicum; cuius initium fol. 1. a terg. Caput I. Epitome historica ex vetere testamento, a creatione Adami usqne ad manifestationem (seu adventnm) domini nostri Iesu Christi. Init. fol. 3. a terg. Caput II. Expositio fidei patrum apostolorum, quam secundum vaticinia prophetarum in mundo praedicaverunt. Init. fol. 11. Caput III. De conciliis, et qnae fuerit corum celebrandorum causa, et nnde haereses et schismata exorta; ubi Severus auctor breviter quidem de tribus prioribus oecumenicis conciliis exponit, fusius tamen de chalcedonensi disserit, in quod acerrime invehitur, et pro Dioscoro Monophysitarum antesignano pugnat. Init. fol. 21. Caput IV. Doctrinae sanctorum patrum priorum, qui separationem fidei praecesserunt; et brevis narratio de iis, quae eandem separationem subsequuta snnt. Ibi Severus plerasque patrum auctoritates, unam in Christo personam comprobantes, interpolat, casque ad nnam naturam contorquet: chalcedonense concilium iterum improbat; persequntiones in Dioscorum eiusque adseclas ab imperatoribus graecis excitatas, summatim recenset, et Iacobitarum causam adversus Melchitas agit, quos acerbe et dure tractat. Init. fol. 35.

2. Eiusdem appendix ad praedictnm librum, sive dissertatio de die nativitatis, et baptismi domini nostri Iesu Christi; quem in feriam tertiam incidisse, ex epactis solaribus Severus ostendere conatur. Init. fol. 56. 3. De sacrosantis conciliis synodicis opusculum anonymi catholici, exhibens synopsim historicam priornm sex conciliorum generalium, nempe nicaeni I, constantinopolitani I, ephesini, chalcedonensis, et constantinopolitani II. ac III. Init. fol. 64. 4. Canones apostolici de presbyteris et monachis. Init. fol. 81. a terg. 5. Expositio synodorum apostolorum, et sanctorum patrum, et canones atque leges ab iis decretae, ob ecclesiae regimen. Sunt omnino octoginta canones. Init. fol. 82. a terg. 6. Manifestatio ossium sancti Stephani protodiaconi et protomartyris, quae die 1. mensis tybi (id est 3. augusti) contigit, sub sancto Iohanne episcopo hierosolymitano, et Honorio atque Arcadio imperatoribus; a Luciano presbytero descripta. Confer cum vulgata historia inventionis corporis sancti Stephani, a qua haec nostra parnm differt. Init. fol. 97. 7. Quaesita et responsa sancti Theodosii de variis locis biblicis, quae obscura et ambigua videntur. Init. fol. 101. a terg.

8. Epistola patris mar-Eliae metropolitae Nisibis nestoriani ad Abulolam Saödum, Sabeli filinm, scribam, in qua memorantur sessiones septem habitae inter ipsnm, et vizirum Abil-Casemum Hosainum ben-Ali, africanum, mahometicae superstitionis professorem. Init. fol. 110. Porro ses-

sio I. De Dei unitate et trinitate. Incipit fol. 110. a terg. Sessio II. De unione, hoc est de incarnatione Verbi, secundum doctrinam Nestorianorum. Fol. 123. a terg. Sessio III. Demonstratur ex alcorano Christianos unum Deum colere. Fol. 134. Sessio IV. Veritas christianae religionis ex ratione et miraculis confirmatur. Fol. 141. Sessio V. Ostenditur Christianos ab omni errore liberos esse. Fol. 144. Sessio VI. De Arabum et Syrorum grammatica, charactere, et vocibus. Fol. 147. a terg. Finis huiusce sessionis, uti et tota sessio septima, desiderantur; suppleri tamen possunt ex codicibus CXLIII. CXLIV. et CLXXX, in quibus haec Eliae nisibeni disputatio integra exhibetur. Is autem codex, quem ad decimum quartum Christi saeculum haud immerito referas, pertinuit olim ad bibliothecam urbinatem; uti ex stemmate Urbini ducum fronti praefixo liquet; ubi hic latinus titulus ab orientalium linguarum ignaro bibliothecario eidem codici praescribitur: *in hoc extraneo peregrinoque codice continetur evangelium, Syrorum lingua eorumque charactere exaratum.*

CLVI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 159, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim trigesimus octavus; quo continetur.

1. Liber didascaliae seu doctrinae sanctorum patrum duodecim apostolorum, et Pauli apostoli electi, et Iacobi Iosepho geniti, episcopi Hierusalem qui frater Domini nuncupatur, de iis quae ab episcopis, presbyteris, clericis, et reliquis Christi fidelibus observanda sunt atque exercenda, capitibus XXXIX. absolutus, quorum series initio praefigitur, quaeque octo librorum apostolicarum constitutionum, Clementi romano adtributorum epitomen sistunt. Praeit prohoemium apostolorum in didascaliam, cuius init. fol. 5. Caput. I. Quod debent divites praecavere sibi, et legere sanctos libros, incipit fol. 8. a terg. Caput XXXIX. et ultimum, in quo est mystagogia seu fides, quam dominus noster Iesus Christus docuit apostolos, recitanda a fidelibus ante missam, incipit fol. 124. In eius clausula fol. 128. a terg. haec a calligrapho adnotata reperias de tempore absolutae descriptionis huius libri. *Explicit haec didascalia catholica, ecclesiastica, quam constituerunt sancti et puri iustique apostoli. Servet nos Deus, et dimittat peccata nostra benedictione eorundem orationis. Die sabbatho, 9. mensis mesori, anno sanctorum martyrum nongentesimo quinquagesimo secundo, qui congruit cum anno incarnationis domini nostri et servatoris nostri Iesu Christi* 1228. (iuxta aeram christianam Coptitarum); *hoc est* 27. *mensis dilcadeh, anno iniquitatis seu hegirae* 633, *scribebat servus humilis peccatorum et delictorum mari mersus, Hebe-*

tallah, fil. Abu-Almenna, fil. Abu-al-Hesn, fil. Abu-Alpharah, fil. Georgii ben-Tarik. Dimittat Deus miseratione sua et benignitate multa eius peccata, et peccata ipsius parentum, per intercessionem dominae sanctae Mariae; et ignoscat illi, qui in hac (didascalia) *legerit, et precatus fuerit eius calligraphe veniam peccatorum.*

2. Constantini magni imperatoris electi canones et statuta in sectiones XLIII. distributa; de quibus videsis codicem theodosianum, et Franciscum Balduinum. Initium fol. 130. a terg. Desinunt fol. 148. a terg. in hanc praefati calligraphi adnotationem. *Absoluta sunt statuta Constantini magni imperatoris, feria tertia, die 12. mesori, anno nongentesimo quinquagesimo secundo sanctorum martyrum: (Dimittat Deus peccata nostra, benedictione eorum orationis) qui* (dies) *respondet diei ultimae mensis dilcadeh, an. iniquitatis* 633. (tribus nempe diebus post absolutam descriptionem didascaliae.) 3. Theodosii magni et Leonis electorum imperatorum christianorum leges de mulierum dotibus, et de divortiis, et de petitione iurium temporibus debitis, aliaque decreta ac iudicia ab iisdem condita, in varias sectiones distributa, ex quibus non nisi novemdecim sectiones priores habentur, ceterae desiderantur; suppleri tamen possunt ex codice carsciunico sive arabico, syriaco charactere exarato CXXXIII, quem in secundo syr. codicum tomo laudavimus; ubi Constantini, et Theodosii, ac Leonis imperatorum statuta omnino CXXX. recensentur. Init. fol. 149.

CLVII.

Codex in 4. bombyc. foliis constans 93, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales ab Andrea Scandar comparatos, et bibliothecae vaticanae ab Innocentio XIII. addictos olim trigesimus septimus; ubi continetur.

1. Eliae Giauhari (metropolitae Damasci ex hierosolymitano Nestorianorum episcopo, a Iohanne sexagesimo septimo eiusdem sectae patriarcha die 15. iulii, anno Graecorum 1204, Christi 893, ordinati; uti scribit Amrus in historia patriarcharum Nestorianorum apud Assemanum bibl. orient. tom. III. a pag. 514, ubi eiusdem Eliae scripta recenset) nomocanon in duos libros distributus. Libro primo canones patrum occidentalium, e syriaca lingua in arabicam conversi, continentur. Videlicet 1. Acta apostolorum, et discipulorum. 2. Canones apostolici. 3. Canones ancyrani. 4. Canones neocaesarienses. 5. Haereseon catalogus, et de Constantini magni imperio. 6. Canones nicaeni. 7. Canones constantinopolitani. Init. fol. 1. a terg. Libro secundo canones patrum orientalium, hoc ordine. 1. Synodus Isaacii catholici Seleuciae, et Maruthae episcopi Miapharkini. 2. Iaballahae, et Acacii episcopi Amidae, anno 21.

Iezdegerdis Persarum regis. 3. Dadiesu, anno 4. Beherami, seu Vararanis, regis. 4. Acacii, anno tertio Balasci. 5. Marabae, sub Chosroë anuscervano. 6. Iosephi. 7. Ezechielis, anno 43. Chosroae. 8. Iesuiabi anno 8. Hormisdae. 9. Eiusdem Iesuiabi epistola canonica ad Iacobum episcopum. 10. Sabariesu, anno sexto Chosroae filii Hormisdae. 11. Gregorii, qui Sabariesum excepit. 12. Georgii. 13. Ordo sedium episcopalium in synodo. 14. Iesuiabi statutum de eucharistia. 15. Mosis presbyteri de eadem, nec non de baptismo. 16. Nomina patriarcharum orientis, nempe Chaldaeorum seu Nestorianorum, ab Ade apostolo ad Timotheum Iaballahae successorem. 17. Nomina episcopatuum ditionis patriarchae orientis. 18. Iohannis, Isac filii, patriarchae responsum de ieiunio niniviticо, et de ieiunio virginum, ad Abulabbasum. 19. Eiusdem Iohannis Isac epistola canonica ad Hasanum Iosephi filium presbyterum iamanitam, per interrogationes XXVIII. totidemque responsiones. Init. fol. 54. a terg.

2. Abulpharagii Abdallahae ben-Attibi, presbyteri et monachi nestoriani, de quo alibi, quaestio de matrimonio et repudio, ex eiusdem tractatu de hereditate deprompta. Init. fol. 91. Is codex descriptus est anno Christi 1220, ut haec ostendunt librarii verba, quae fol. 92. in fine leguntur. *Exaravit hunc librum Hebetalla ben-Malka, christianus tagritensis in urbe Tagrit* (seu Martyropoli) *die* 18. *mensis sceval*, *anno hegirae* 617. (Christi 1220.) In fronte codicis alia manu additam reperies rotam syriacam superstitiosam ad cognoscendum, utrum infirmus moriturus sit; cum nonnullis secretis arabicis ad conficienda atramenta.

CLVIII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 177, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim trigesimus nonus; quo continetur.

1. Liber legum et rituum, Coptitis orthodoxis peculiarium, quibus nempe a ceteris fidelibus secernuntur; auctore Michaële episcopo Damiatae seu Pelusii, circa medium duodecimum Christi saeculum, claro. Praeit index titulorum quindecim, quos liber iste complectitur, et ex quibus, deperditis pluribus foliis, octo tantum heic supersunt; videlicet. Tit. 1. Signum crucis unico digito a sinistra ad dextram formandum. Deest principium, quod tamen ex seq. codice suppleri potest. Init. fol. 2. Tit. 2. Excalceatio pedum in ecclesiis et in altari. Fol. 3. Tit. 3. Circumcisio, quam adhuc Coptitae, eorumque asseclae Habessini servant. Fol. 68. Tit. 4. Frequentatio sumptionis oblationis sive communionis. Fol. 9. Tit. 5. Oblatio sive eucharistia, in crastinum non servanda, nec de loco in locum transferenda. Fol. 10. Tit. 6. Sandaracha pro ture in ecclesia et divinis officiis adhibenda. Fol. 11. Tit. 7. Suctus aquae post communionem. Fol. 12. a terg. Tit. 8. Comestio fabarum

et lupinorum post communionem. Ibid. Confer cum seq. codice, in quo idem opus, imperfectum tamen, exhibetur.

2. Eiusdem Michaëlis episcopi Damiatae epistola ad Abu-Phachrum filium senioris Abil-Barkat, cognomento ben-al-Canbari, cum hic a Coptitis ad Melchitas defecit; ubi eundem reprehendit, et adversus dogmata atque ritus Graecorum acriter invehitur. Fol. 14. a terg. 3. Fides latronis ad Christi dexteram crucifixi, seu paraphrasis verborum ab eo prolatorum: *memento mei Domine, quum veneris in regnum tuum.* Init. fol. 24. a terg. 4. Sancti patris Eliae metropolitae Nisibis, cognomento bar-Sinaei, undecimo Christi saeculo clari (de quo Assemanus bibl. orient. tom. III. part. I. a pag. 266. ubi singula eius scripta recenset) liber inscriptus *praesidia ad expellendam animi inquietudinem*, moralis, in praefationem, et duodecim portas seu capita, quorum series initio praefigitur, distributus. Praefatio incipit fol. 25. a terg. Caput I. De virtute religionis, et de peccato rebellionis. Fol. 29. Caput II. De utilitate gratiarum actionis, et vitio ingrati animi. Fol. 32. a terg. Caput III. De laude castitatis, et de vituperatione libidinis. Fol. 49. Caput IV. De praestantia humilitatis, et opprobrio superbiae. Fol. 42. Caput V. De excellentia misericordiae, et turpitudine inhumanitatis. Fol. 46. Caput VI. De utilitate paenitentiae, et detrimento animi in malo obfirmati. Fol. 48. a terg. Caput VII. De virtute adhaesionis intellectui, et vitio adhaesionis cupiditati. Fol. 50. Caput VIII. De utilitate consilii, et damno eius qui in sententia sua obfirmatur. Fol. 62. a terg. Caput IX. De laude bonae indolis, et vituperatione malae indolis. Fol. 66. Caput X. De excellentia liberalitatis, et condemnatione avaritiae. Fol. 70. Caput XI. De bonitate iustitiae, et pravitate iniustitiae. Fol. 87. a terg. Caput XII. De utilitate clementiae, et detrimento obtrectationis. Fol. 83. a terg.

5. Apocalypis sancti patris nostri Athanasii patriarchae alexandrini, quam Daniël propheta, Dei iussu, ei revelavit, quum in Aegypto moraretur; de iis quae in mundo ventura sunt; ubi specialiter de imperatoribus graecis, et regibus ismaëlitis, aethiopibus, et francis seu europaeis, eorumque adventu in terram sanctam; item de ecclesia et haeresibus; apocrypha. Init. fol. 99. a terg. 6. Sermo seu vaticinium sancti patris nostri Samuelis abbatis monasterii Calmon (in ditione Tripolis Syriae ad radices montis Libani); ubi praedicit ea, quae eventura sunt in Aegypto sub imperio Hagerenorum, id est Mahometanorum; apocryphum. Init. fol. 112. a terg. 7. Nomina prophetarum maiorum et minorum, cum eorum genealogiis, aetatibus, et praedicationibus; nec non cum epitome prophetiarum eorumdem de Christo domino. Init. fol. 129. Consequitur series aliorum prophetarum, una cum eorum vaticiniis de Christo domino. Fol. 141. a terg. 8. Nomina duodecim apostolorum, nec non divi Pauli, et ss. Marci

et Lucae evangelistarum, eorumque genealogiae ac aetates. Fol. 143. a terg. 9. Abul-Magedi, filii Imes, presbyteri coptitae expositio symboli nicaeni CCCXVIII. patrum, eiusque comprobatio ex vaticiniis prophetarum, adversus Iudaeos, Gabrieli episcopo Kisi inscripta. Init. fol. 149. 10. Excerpta ex narrationibus ss. patrum. Init. Fol. 159. 11. Martyrium S. Aboli, filii Insti ducis Antiochiae, qui passus dicitur die 1. mensis mesori (augusti) imperante Diocletiano; cuius corpus in monasterio Candac haud procul ab urbe Cahira adservatur. Fine mutilum. Init. fol. 169.

Is codex scriptus fuit anno Christi 1357, uti haec docet amanuensis adnotatio, quae in clausula libri Eliae metropolitae Nisibis fol. 98. a terg. legitur. *Explicit exscriptio huius libri sancti mar Eliae metropolitae Nisibis de expulsione inquietudinum animi, qui descriptus fuit ex apographo existente in monasterio sancti gloriosi Georgii, exarato die 17. mensis hatur, anno sanctorum martyrum millesimo quadragesimo quarto* (Christi 1328.) *in urbe Misra a Deo custodita, curante paupere, humili, confitente peccata sua et scelera, Thoma filio Lotphallah, monacho in monasterio sancti Mercurii in Sciahran; idque accidit feria sexta die* 12. *mensis chihach, anno millesimo septuagesimo tertio ss. martyrum* (Christi 1357.) etc.

CLIX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 53, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim quinquagesimus. Ibi continentur.

1. Michaëlis episcopi Damiatae leges et ritus Coptitis orthodoxis peculiares, quibus nempe a ceteris fidelibus, et ab haereticis et schismaticis, secernuntur. Opus luce dignum, sed in medio et fine mutilum. Dividitur in praefationem et XV. titulos, quorum primus de abrogatione confessionis auricularis; quam tamen hodierni Coptitae admittunt. 2. De non ieiunando ob expiationem Heraclii imperatoris; nec piscibus comedendis in prima hebdomada quadragesimae. 3. De non frangendo ieiunio in festo sanctorum quadraginta martyrum sebastenorum. 4. Item in festo annunciationis Deiparae virginis. 5. De capito ad cutem tondendo. 6. De sandaracha loco turis in divinis officiis adhibenda. 7. De non flectendo genu in festo pentecostes. 8. De signo crucis unico digito a sinistra ad dextram efformando. 9. De matrimonio in secundo gradu contrahendo. 10. Sacerdotes discalceati ad altare accedant. 11. De circumcisione. 12. De frequenti communione. 13. De eucharistia in crastinum haud servanda, nec de loco in locum transferenda. 14. De suctu aquae, seu ablutione oris, post communionem. 5. De comedendis fabis et lupinis post communionem; qui tamen ritus hodie antiquatus. Ceterum ex hisce titulis non

nisi priores quatuor integri sunt. Init. fol. 3. Praeit series patriarcharum alexandrinorum a Iohanne patriarcha quadragesimo octavo, ad Petrum octogesimum tertium, nempe ab anno Christi 775. ad annum 1348.

2. Vita et martyrium sanctorum Iusti et Theocliae eius coniugis, et Aboli eorum filii, quorum memoriam die 11. bescensii Coptitae et Habessini in suis synaxariis recolunt. Desiderantur principium et finis. Init. fol. 19. Subnectitur fol. 28. a terg. numerus horarum dierum et mensium in anno coptico 3. Quinque bases seu fundamenta, quibus refelluntur variae Mahometanorum et Iudaeorum obiectiones adversus christianam religionem; alia manu, et quidem elegantiore atque antiquiore. Desunt tres priores bases, et quarta principio mutila est, ideoque auctoris nomen ignoratur. Init. fol. 29. Is codex scriptus fuit anno Christi 1305, quemadmodum haec ostendunt amanuensis verba, quae fol. 53. in clausula basis quintae leguntur. *Domine, miserere curatoris et possessoris huius libri. Amanuensis vero rogat omnes, qui illum viderint, aut legerint, ut meminerint eius paupertatis, ut inveniat misericordiam apud Dominum: et dominus Deus retribuet eis pro uno triginta, sexaginta, et centum. Absolutus est autem feria sexta, die 26. mensis sceval, anno hegirae septingentesimo quarto, qui respondet diei 26. mensis bescensii, anno sanctorum martyrum millesimo vigesimo secundo; quorum benedictionem Deus nobis largiatur. Et laus Deo semper in aeternum.* Annus hegirae 704. respondet anno 1021, non vero 1022. uti calligraphus per errorem adnotavit.

CLX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 24, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codd. arabicos, Iosephi Simonii Assemanio opera, in vaticanam bibliothecam inlatos, olim quintus; quo continetur.

1. Abulpharagii Abdallae ben-Attibi philosophi, presbyteri monachi nestoriani aracheusis (anno Graecorum 1355. exeunte mense octobri, hoc est anno 1043. defuncti, teste Gregorio Barebraeo in chron. syr. part. I. fol. 112.) dissertatio de hereditatibus compendiaria, admirabilis, iuridica, secundum placita Nestorianorum. Init. fol. 1. a terg. 2. Sancti patris mar Eliae Barsinaei metropolitae Nisibis nestoriani, duodecimo Christi saeculo clari, liber de hereditatibus, et speciebus heredum; estque quartus ex eius libris de iudiciis ecclesiasticis, in sectiones XXV. divisus, a doctore eximio Abi-Said Abdalla, filio Gabrielis, filii Abdallae filii Bochtiesu, medico, e syriaca lingua in arabicam conversus; uti in titulo habetur. Porro sectio I. recenset conditores et collectores de divisione hereditatis, inter quos laudat auctor Hananiesum, Timotheum, Iosue ben-Nun, Eliam, et Iohannem catholicos seu patriarchas Nestoria-

norum: Simeonem, Iesuboctum, et Ebediesum metropolitas, Constantinum, Theodosium, et Leonem imperatores Romaeorum (Graecorum), quorum canones plerosque sibimet non cohaerere asserit, eorumque summam tacito auctorum nomine profert. Init. fol. 9. Sectio 2. De heredibus, eorumque ordine, iuxta affinitatem et consanguinitatem. Init. fol. 10. Sectio 3. De iis qui ab hereditate excluduntur. Fol. 12. a terg. Sectio 4. De marito et uxore, et quantum hereditatis alteri ex altero contingat. Ibidem. Sectio 5. De filio et filia, deque filiis et filiabus, et quantum hereditatis eis ex parentibus contingat. Fol. 13. Sectio 6. De patre et matre, et quantum eis hereditatis ex filiis contingat. Fol. 13. a terg. Ibidem a terg. Sectio 7. De fratribus et sororibus, et quantum hereditatis alteri ex altero contingat. Fol. 14. a terg. Sectio 8. De avis et aviis, et quantum eis hereditatis ex filiis filiorum suorum contingat. Fol. 16. Sectio 9. De patruis et amitis, deque avunculis et materteris, et qualis eis hereditas ex filiis fratrum sororumque suarum contingat. Fol. 16. a terg.

Sectio 10. Quod avi patris coheredes cum avunculis et materteris esse nequeunt; uti nec avi matris cum patruis et amitis. Fol. 17. a terg. Sectio 11. De viro et muliere consanguineis; et quantum hereditatis alteri ex altero propter coniugium et consanguinitatem contingat. Fol. 19. Sectio 12. De sponso et sponsa, et quod nulla alteri ex altero hereditas contingat. Fol. 19. a terg. Sectio 13. Quod monachus non potest consanguineorum heres fieri, neque heredes instituere; si vero reliquerit cohabitationem et solitudinem cum monachis, potest adire hereditatem, et alios heredes scribere. Fol. 19. a terg. Sectio 14. De testamento. Fol. 20. Sectio 15. Quod dimissus et dimissa nequeunt sibi invicem heredes fieri. Fol. 21. Sectio 16. Quod apostata neque heres esse, neque heredes instituere potest, nisi paenitentiam egerit, et ad fidem redierit. Fol. 21. a terg. Sectio 17. Quod si quis sine herede obierit, eius hereditas ecclesiae addicatur. Ibidem. Sectio 18. De filio ex meretrice nato. Ibidem. Avulsis tribus foliis, tota sectio 19. et sequentes usque ad vigesimam secundam inclusive desiderantur, quae tamen suppleri possunt ex codice syriaco CXXVIII, de quo in secundo syriacorum tomo a pag. 85, ubi idem opus ab Ebediesu metropolita sobensi in sua epitome canonum synodicorum part. III. exhibetur. Quae autem heic desunt sectiones, hisce titulis praenotantur. Videlicet, sectio 19. de filio spurio, cuius pater ad aliam sectam transiit. 20. De filio, qui nascitur, patre procul absente. 21. De filio ex baptismo et educatione. 22. De filio contumace. Sectio 23. De filia, quae fornicatur, vivente patre, an possit patris heres fieri. Titulus arabicus cum principio deest. Incipit autem sectio acephala folio 22. Sectio 24. De defuncto, qui reliquit mancipia manumissa, et non manumissa. Fol. 22. a terg.

Sectio 25. et ultima. De mancipiis defunctis, tam manumissis quam non, cuinam eorum hereditas contingat. Fol. 23.

Is codex scriptus fuit anno Christi 1220, uti haec docet amanuensis adnotatio, quae fol. 23. a tergo legitur. *Explicit liber quartus ex libris sancti patris mar Eliae metropolitae Nisibis, cui Deus donet requiem, de decisione iudiciorum ecclesiasticorum circa hereditates. Descripsit autem illum ad suum usum humilis inter monachos Ioseph alepinus, ex apographo exarato a seniore Abul-Magedo, ben-Alphadli, diacono ecclesiae Moallakae in urbe Misra; eumque complevit Damasci die 12. mensis moharram, anno hegirae sexcentesimo decimo septimo.*

CLXI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 46, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codices orientales a S. Congregatione de propaganda fide bibliothecae vaticanae addictos, olim decimus nonus; quo continetur.

Epistola synodica concilii constantinopolitani, quod exeunte anno Christi 1722. habitum est a patriarchis graecis Hieremia constantinopolitano, Athanasio antiocheno, et Chrysantho hierosolymitano, praesentibus duodecim archiepiscopis et episcopis; transmissa graece et arabice ad graecos antiochenae dioeceseos, quos Melchitas vocant; in qua errores schismaticorum adversus Latinos propugnantur, hi. 1. Primatus Petri eiusque successorum. 2. Processio spiritus sancti ex solo patre asseritur, et vox illa *filioque* a Latinis symbolo adiecta reiicitur. 3. Fermentatum in consecratione eucharistiae, azymo reiecto, probatur. 4. Purgatorius ignis, locusque a paradiso et gehenna distinctus, exploditur. 5. Beatitudo sanctorum et poena damnatorum, usque ad communem resurrectionem differtur. 6. Suffocatorum usus interdicitur. 7. Sabbathi ieiunium perstringitur. 8. Denique notantur Latini, quod parvulis post baptismum eucharistiam non porrigunt, neque eos unguut sacro chrismate, neque oleo ungi permittunt, nisi infirmos. Incipit ea epistola fol. 1. a tergo. [Adversus hanc calumniosam haereticamque pseudo-synodi epistolam vincenter scripserunt tres saltem catholici auctores, nempe arabice Abdalla Zacherus alepinus melchita sermone amplissimo, qui extat in vaticano codice DCLV. Item arabice P. Dorotheus cappuccinus: graeca denique vulgari lingua presbyter Antonius Balsarinus, ut ego in aliis Iosephi Assemani scriptis lego. Porro hanc pseudo-synodi epistolam memorat Assemanus etiam in orientali bibliotheca inter codices in bibliothecam vaticanam sua aetate inlatos. EDITOR.]

CLXII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 197, arabicis litteris et sermone varia manu exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim centesimus quinquagesimus quintus; quo continentur.

1. Canones confessionis, seu paenitentiales, ad praecepta decalogi et ecclesiae alexandrinae Coptitarum accommodati; una cum monitis ad sacerdotes, fidelium confessionibus audiendis destinatos, ut nimirum paenitentes suos benigne excipiant, audiant, moneant, et arguant. Ibi varia etiam praecepta et regulae monachorum exhibentur. Opus perrarum, sed principio et fine mutilum. Init. Init. fol. 1. 2. Fragmentum tractatus adversus Mahometanos, in quo christianae fidei veritas ex ipso alcorano demonstratur. Auctoris nomen latet; deest enim titulus cum principio operis. Init. fol. 20. 3. Dissertatio de virtutibus, earumque praestantia, sine auctoris nomine. Init. fol. 33. 4. Exemplar testamenti, seu professionis fidei, Gabrielis episcopi Margae iacobitae. Init. fol. 48. 5. Interrogatio cum responsione; ubi exponitur sensus illius dicti Pauli apostoli ecclesiae doctoris epist. ad Hebr. cap. 7. (iuxta vulgatam X. 26.) *si homo voluntarie peccet post acceptam cognitionem veritatis, iam non relinquitur hostia pro peccatis offerenda* etc. Init. fol. 54. 6. Sermo de silentio et timore Dei, ex sanctis patribus ab anonymo excerptus. Init. fol. 59. a terg. 7. Sectiones variae, nempe deprecationes, et invocationes Dei, ex sacris libris decerptae, ad diversas necessitates spirituales et corporales, secundum alphabeti syriaci ordinem digestae; fine tamen mutilae. Init. fol. 64. 8. Exemplar disputationis habitae in consecratione patris Cyrilli cognomento ben-Laclak, septuagesimi quinti patriarchae alexandrini, circa episcopum qui patriarcham consecrare debeat (quam idem Cyrillus narravit episcopis a se consecratis, quorum nomina sub initium recensentur) die 4. mensis abibi, anno martyrum 956. (Christi 1240.) Init. fol. 72. 9. Anonymi liber de compositione elementorum; deque planetis, et XII. zodiaci signis; nec non de vegetabilibus, et animantibus, deque metallis eorumque fodinis; subiectis variis secretis alchimicis; in praefationem, ac tres tractatus, distributus. Praefationis, deperditis tribus prioribus dimidii foliis, nonnisi posteriores versus legi possunt, quorum initium fol. 82. et 85. Is codex ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

CLXIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 137, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos ex Aegypto in bibliothecam vaticanam Iosephi Simonii Assemani opera inlatos, olim vigesimus quartus; quo continetur.

Presbyterorum, diaconorum, et populi meniet-Amri, seu nomi-Amri, in Delta Aegypti, epistularis responsio ad Gabrielem alexandrinum Coptitarum patriarcham nonagesimum septimum; data, uti in fine legitur, kalendis barmahat (martii) anno coptico, nempe martyrum, millesimo trecentesimo undecimo (Christi 1595). Ibi irritum probare contendunt praefati patriarchae edictum de non celebrando paschate eo anno, nisi iuxta morem cahirinorum Coptitarum, nempe die 25. mensis barmudae (aprilis). Init. fol. 1.

CLXIV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 231, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; ubi continetur.

Liber inscriptus *hilaritas fidelis*, complectens quaestiones theologicas legales, et positiones philosophicas, ex variis scriptoribus et sacris interpretibus, ac praesertim sancto Isaacio syro, et sancto Iohanne chrysostomo, collectas ab Abdallah filio Alphadli antiocheno, graeco-melchita, indictione quarta, anno mundi 6560 (Christi 1052.) uti in fronte legitur. Praeit praefatio collectoris, recentiore manu suppleta, ubi de occasione elucubrandi huiusce operis, deque utilitate inde percipienda, agitur. Eius initium fol. 1. a tergo. Opus vero ipsum incipit fol. 2. a terg. Desinit fol. 231. in hanc epigraphen. *Explicit liber hilaritatis fidelis, sive quaestionum legalium et philosophicarum, collectore Abdallah filio al-Phadli*, de quo videsis cod. IV. et LXXIX, nec non catalogum nostrum bibliothecae mediceae, ubi interpretationem arabicam psalmorum Davidis, et Iohannis chrysostomi homiliarum, ab eodem Abdallah antiocheno e graeco textu curatam laudavimus. Is codex, si quidem duo priora folia recenter suppleta excipias, autographus esse videtur.

CLXV.

Codex in fol. bombyc. foliis constans 99, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. orientales ab Andrea Scandar in bibliothecam vaticanam inlatos, olim trigesimus nonus. Ibi continentur.

Clementis romani *liber utilitatum*, sive libri VIII, qui arcani appellantur, et chronicon patrum, apocryphasque Petri revelationes continent. Liber 1. chronicon patrum ab Adam ad diluvium. 2. A diluvio ad Reu. 3. A Sarug ad Christum. 4. De Christi genealogia. 5. Revelatio Petri. 6. Alia eiusdem Petri revelatio. 7. Eiusdem Petri revelatio de Antichristo. 8. Revelatio Petri, et aliorum apostolorum; hic postremus liber fine mutilus est. Init. fol. 1. Ad calcem codicis, quem ad XIV. Christi saeculum haud immerito referas, nova manu additur

narratio de pedica et ave, deque iis quae inter eas contigerunt; quae inter aniles fabulas amandanda est. Iuit. fol. 97.

CLXVI.

Codex in fol. bombyc. foliorum 96, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codd. orientales ecchelleuses olim octavus; quo continetur.

1. Ebuarrahebi, christiani coptitae, chronicon ab orbe condito ad annum martyrum 955. (Christi 1239.) quod sub titulo chronici orientalis ex hoc archetypo latine primum ab Abrahamo ecchellensi redditum, prodiit in historia byzantina Parisiis ex typographia regia an. 1651; deinde nova accuratiore interpretatione a Iosepho Simonio Assemano donatum, dissertationibus quatuor ipsius illustrandi causa auctum, in eadem historia byzantina edit. venet. an. 1729. ex typographia Bartholomaei Iavarinae. In eo, praeter praefationem, isthaec summatim exhibentur. 1. Series patriarcharum, ab Adamo ad Mosen, qui vigesimus septimus numeratur, cum exacta annorum eorundem collectione. 2. Series iudicum Israël a Iosue ad Samuelem prophetam, qui quinquagesimus primus est ab Adamo. 3. Series regum Iuda et Israël a Saul ad transmigrationem Babylonis. 4. Series regum chaldaeorum, persarum, graecorum, et aegyptiorum, ab Evilmerodach filio Nabuchodonosoris, qui est septuagesimus sextus, ad Alexandrum filium Philippi macedonem, qui nonagesimus secundus: et ab hoc ad Ptolemaeum philadelphum, qui nonagesimus octavus. 5. Series ducum Assamonaeorum, seu Machabaeorum, a Matathia filio Iohanan ad Agrippam. 6. Series regum Aegypti a Ptolemaeo philadelpho, qui supra, ad Cleopatram, quae centesima sexta. 7. Series imperatorum romanorum ab Augusto Caesare ad Heraclium, qui centesimus sextus est ab Adamo; sub quo Mahometanorum coepit imperium, feria quinta, die 1. mensis moharram, hoc est die 21. mensis abib, seu die 15. mensis thamuz, i. e. iulii, anno Alexandri 933. (Christi 622.) 8. Series chalipharum a Mahomete qui primus, ad Hosnum ben-Ali qui sextus. 9. Series chalipharum Amiatarum a Moavia ben-Abi Sophian, ad Mervan ben-Mohammad Gahadi, qui vigesimus primus. 10. Series chalipharum Abbasidarum, ab Abul-Abbas Assaphahi Abdalla, qui vigesimus secundus, ad al-Mostatem-Billa, qui quinquagesimus octavus. 11. Series chalipharum Phatemitarum in Africa et in Aegypto imperantium, ab al-Mohadi Abu-Mohammad Abdalla, qui primus, ad al-Aded-Ledinalla Abu-Mohammad ben-al-Haphed, qui decimus quartus. 12. Series chalipharum Aiubitarum ab Annadero Saladdino Iosepho ben-al-Amir Negemaddin Aiub, qui primus, ad al-Mansur Nureddin Ali, qui decimus quartus. 13. Series patriarcharum alexandrinorum usque ad annum martyrum 955, hegirae

657. (Christi 1239.) a S. Marco evangelista ad Athanasium ben-Cholail, qui septuagesimus sextus, cuius tempore hocce chronicon conscriptum. Sequuntur recentiore manu addita nomina aliorum undeviginti patriarcharum post Athanasium, quae in versione latina Abrahami ecchellensis praetermissa sunt, a Gabriele nimirum Tanbadi, qui septuagesimus septimus, usque ad Gabrielem saidensem, qui nonagesimus quintus; quorum tamen nomina et seriem usque ad Iohannen Abd-al-Saied centesimum quintum alexandrinum Coptitarum patriarcham, qui obiit an. Christi 1745, in altera dissertatione, quam praedictae editioni venet. an. 1733. Assemanus adiecit, accurate descripta reperies. Incipit autem hocce chronicon fol. 1. sic. *In nomine Dei clementis, misericordis. Complectitur hic liber chronologiam ab orbe condito, usque ad diem, quo idem liber elucubratus est.* etc.

2. Historia septem synodorum oecumenicarum, et cur eaedem coactae fuerint; atque expositio eorum, quae in ipsis obtigerunt; videlicet in nicaena, constantinopolitana, ephesina prima adversus Nestorium, ephesina secunda adversus Eutychetem (hanc enim recipiunt Coptitae monophysitae), chalcedonensi (quam Ebnarrahebus auctor iacobita refert et reiicit, eius loco quartam synodum appellans ephesinam secundam); constantinopolitana, quae est quinta; constantinopolitana iterum, quae sexta; et constantinopolitana demum, quae septima adversus iconoclastas; quae tamen Nicaeae, non vero Constantinopoli celebrata est. Opusculum nondum arabice aut latine editum; luce tamen publica indignum, utpote quod fabulas potius, quam veram earum synodorum historiam exhibet; ac praesertim cum sermo fit de conciliabulo ephesino, deque quarta chalcedonensi synodo; ubi auctor communem sectae suae traditionem sequutus, Dioscoro impensius favet, inque orthodoxos patriarchas et imperatores calamum acuit, qui dioscorianam factionem haeresimque impugnarunt. Init. fol. 88. Auctor pleno nomine vocatur *Abu—Sciakerus Petrus Ebnarrahebus Abilkaramus* coptita, qui praeter chronicon et historiam septem synodorum, aliud etiam opus concinnavit, Iacobitis probatissimum, inscriptum: *liber demonstrationis de canonibus qui vigent, deque constitutionibus quae obsoletae sunt*; de quo fuse superius egimus. Vide Iosephi Simonii Assemanni praefationem in praedictum chronicon orientale; ubi de auctoris aetate, conditione, ac religione, disserit.

Is vero codex scriptus fuit anno Christi 1307, uti haec ostendunt librarii verba, quae fol. 96. a tergo eàdem, qua totus codex, manu exarata leguntur. *Heic explicit liber. Et laus Deo semper et in aeternum. Descriptus est autem in custodita a Deo urbe Alexandria, absolutusque feria secunda, die tertia decima mensis bescensii, anno sanctorum martyrum millesimo vigesimo tertio, qui respondet diei tertiae men-*

sis dilcadeh, anno septingentesimo sexto hegirae; h. e. Christi 1307. Sequitur ibidem alia manu haec adnotatio, in qua codex dicitur ad Petrum monachum pertinuisse. *Transiit hic liber per iuridicam emptionem ad dominium Petri monachi peccatoris, habitantis in monasterio abbatis Iohannis: ipsum vero hereditate possedit ex labore filii sui humilis sacerdotis Abrahami, cui Deus salutem animae concedat, precibus eorum quorum acceptae sunt orationes: id autem contigit die 19. mensis epiphi, anno sanctorum martyrum 1129, quorum intercedentium benedictionem Deus nobis largiatur. Rogantur itaque quotquot hasce litteras inspexerint, ut pro ipso Deum orent, ut ei parcat, opemque ferat, ac vim adversarii conterens, ad salutem animae comparandam illum adiuvet, per intercessionem sancti magni abbatis Iohannis exigui, ac praecipue dominae omnium nostrum virginis Mariae. Kyrie eleison*. Annus martyrum 1129. respondet anno aerae vulgaris christianae 1413. Recentiorum tandem patriarcharum alexandrinorum nominibus fol. 87. a terg. ad calcem, duplex Eliae presbyteri adnotatio accedit, altera arabicis, syriacis altera litteris exarata, ex qua constat anno Christi 1626. hunc codicem in Aegypto extitisse, et aliud ex eo exemplar fuisse descriptum. Prima adnotatio haec est. *Legit hunc librum pauper servus Elias presbyter edenensis maronita*. Altera. *Legit hunc librum, et ex eo apographum sumpsit pauper servus Elias presbyter ex oppido Eden in monte Libano dioecesis Tripolis Syriae, natione maronita. Idque in urbe Misra* (Cahira) *mense ab* (augusto) *anno Christi* 1626.

CLXVII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 331, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codd. ecchellenses, olim decimus; quo continetur.

Gregorii Abulpharagii, filii Aaronis medici melitensis, orientis Maphriani seu primatis, scriptorum syrorum iacobitarum facile principis, anno Christi 1286. defuncti (de cuius gestis et scriptis Iosephus Simonius Assemanus tom. II. bibl. oriental. pag. 44. et seqq. fuse disseruit) liber dynastiarum, sive chronicon arabicum, ab Adamo ad auctoris aetatem perductum, et in decem partes, totidem dynastias complectentes, distributum; quarum prima patriarcharum ab Adamo protoplasta ad iudices Israëlitarum. 2. Iudicum israëlitarum. 3. Regum israëlitarum. 4. Regum chaldaeorum. 5. Regum persarum. 6. Regum graecorum. 7. Regum francorum. 8. Imperatorum romaeorum christianorum. 9. Imperatorum arabum mahometanorum. 10. Regum mogulensium. Harum dynastiarum series in praefatione exhibetur; cuius init. fol. 1. a terg. Prima autem dynastia patriarcharum ante eorum in-

gressum in terram promissionis incipit fol. 2. a terg. Decima et ultima dynastia, translata a regibus Arabum mahometanis ad reges mogulenses inc. fol. 338. a terg. Prodiit hocce opus arabice et latine, interprete Eduardo Pocockio, ex parte quidem, sub hoc titulo. *Specimen historiae Arabum, sive Gregorii Abulpharagii de origine et moribus Arabum stricta narratio, cum latina versione et notis Eduardi Pocockii, Oxonii* 1650. Integrum vero *historia compendiosa dynastiarum* inscriptum, eodem Pocockio interprete Oxonii 1663, a mundo condito ad annum Alexandri 1596. Nam quinque postrema folia, quibus res Mogulensium gestae ab anno Alexandri 1587. ad annum 1596. in Pocockii versione describuntur, in nostro codice desiderantur; ex quo tamen varia loca et nomina, quae Pocockius in suo archetypo arabico, ob puoctorum vocalium fortasse defectum, perperam legit, atque aliter quam ea sonant, reddidit, emendari possunt. Is codex, quem ad decimum quintum Christi saeculum haud immerito referas, scriptus fuit a quodam Lotfalla filio Abrahami, cognomento Ebn-Habbasceh, in urbe Damasco, uti fol. 351. a terg. in calce adnotatur.

CLXVIII.

Codex in 4. bombyc. paginarum 426, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. orientales beroeenses olim septimus; quo continetur.

Georgii Al-Makini, vulgo Elmacini, ben-Omaidi, scribae coptitae, chronicon ab orbe condito ad hegiram, seu fugam Mahometis, hoc est usque ad annum undecimum Heraclii imperatoris (Christi 622.) quo ea fuga contigit, unde Mahometani initium aerae suae vulgaris auspicantur; nondum latine redditum, nec typis vulgatum. Ibi autem, iuxta methodum ab Ebnarrahebo in chronico orientali servatam, ex quo multa mutuatus est Elmacinus summatim agitur de serie, aetate, ac rebus gestis patriarcharum, iudicum filiorum Israël, regum duodecim tribuum, regum Inda, et regum Israël, regum post captivitatem babylonicam, Machabaeorum, imperatorum romanorum, et regum herodianorum. Item de nativitate Christi domini, eiusque in terris conversatione, usque ad eiusdem in caelum ascensionem; deque apostolis, patriarchis, et regibus Christianorum, usque ad Heraclium imperatorem, qui ab Adamo centesimus sexagesimus sextus dynasta numeratur. Init. pag. 1. Auctor pleno nomine appellatur *Georgius al-Makinus, filius Omaidi Abul-Iaser, fil. Abil-Mokarem, fil. Abi-Attibi, scriba* aegyptius christianus; qui claruit circa annum Christi 1238: anno enim hegirae 636, seu Christi 1238, patrem Omaidum Abul-Iaserum sibi morte abreptum fuisse, Elmacinus ipse in altera chronici sui parte narrat, quam *chronicon Moslemanorum ab auctore legis moslemanicae, Mahomete Abul-Casemo, ad dynas-*

tiam atabachaeam, inscripsit; quaeque ex codice arabico bibliothecae heidelbergensis prodiit cum latina interpretatione Thomae Erpenii, Lugduni Batavorum an. 1625. in fol. sub hocce titulo. *Historia saracenica, qua res gestae Muslimorum inde a Muhammede primo imperii et religionis muslimicae auctore usque ad initium imperii Atabacaei, per XLIX. imperatorum successionem fidelissime explicantur. Insertis etiam passim Christianorum rebus, in orientis potissimum ecclesiis eodem tempore gestis; arabice olim exarata a Georgio Elmacino fil. abul-Iaseri Elamidi, fil. Abul-Makaremi, fil. Abultibi, et latine reddita, opera et studio Thomae Erpenii.* Vide Iohan. Henrici Hottingeri promptuarium, sive bibliothecam orientalem a pag. 75. num. 7; nec non Iosephi Simonii Assemani praefatiouem ad chronicon orientale Ebnarrahebi, quod insertum est historiae byzantinae edit. venet. 1729. tom. XVI, ubi de hocce Elmacini chronico fusius disseritur. Consequuntur alia manu addita 1. Nomina portarum Byzantii seu Constantinopolis p. 424. 2. Series imperatorum othomanorum, chronologica, ab an. hegirae 641. ad annum 1042, nempe ab an. Christi 1243. ad 1632. pag. 425. 3. Nomina mensium arabicorum pag. 426. Is codex ante annum Alexandri 1944. (Christi 1621.) scriptus fuit; eo quippe anno *Achigian fil. Abdalgial mardinensis syrus* eundem codicem ad se pertinuisse pag. 423. ad calcem adnotavit. Duobus ante frontem foliis nova manu monumenta tria addita sunt. 1. Delineatio civitatis Ierichuntis, eiusque moeniorum. 2. Exemplar compositionis medicinae, quae *pharmacum episcopi* vocatur. 3. Notitia dierum infaustorum, a Mose propheta, uti dicitur, filiis Israël tradita, ut eos servarent; quae carsciunice exarata est.

CLXIX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 197, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codd. arabicos a Iosepho Simonio Assemano ex oriente in vaticanam bibliothecam inlatos, olim quinquagesimus septimus; quo continetur.

Chronicon ab orbe condito ad Heraclium imperatorem, inscriptum: *liber collectaneus benedictus, quem collegit et in epitomen redegit Georgius filius Abiliaser, fil. Abil-Makarem, fil. Abi-Attibi, cognomento Ebn-al-Omaidi* (vulgo Elmacinus) de quo in praecedente codice, idem chronicon exhibente. Init. fol. 1. Accedunt poëmata tria, alia recentiore manu ad calcem chronici apposita; quorum primum, compositum ab Abu-Scedid al-Hasamo bybliensi, ante fugam principum Hamaiditarum ex monte Libano, tempore Hosaini bassae seu pro-regis Tripolis Syriae, enarrat res adversas, quibus iidem Hamaiditae ante arreptam fugam afflictati sunt. Init. fol. 195. a terg. Subiicitur inscriptio Marci Aurelii Antonini imperatoris Caesaris de via ab eo strata in rupe,

flumini Lyco adiacente, eâdem super rupe incisa, a Stephano Aldoensi antiocheno Maronitarum patriarcha ex latino sermone reddita, ineunte anno hegirae 1096 (Christi 1684). Alterum poëma, adscriptum Salaheddino al-Baali, quod 460. modis legitur. Init. fol. 195. a terg. Tertium poëma, fortasse eiusdem auctoris, quod si recta linea legatur, laudativum est; si vero ex adverso, satyricum. Init. fol. 195. a terg. Consequuntur strophae XVIII. varii argumenti; quarum tertia Gemaleddino al-Nabolsi adscribitur; sexta usque ad decimam quartam Asmaanio; ceterae vero sine auctorum nominibus sunt. Is codex decimo septimo Christi saeculo videtur exaratus.

CLXX.

Codex in 4. chartac. foliorum 333, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales a S. Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, olim quadragesimus secundus. Ibi continentur.

1. Beatae virginis Mariae miracula LXXV. una cum sequentibus ss. patrum homiliis in festis eiusdem B. Virginis iuxta ritum ecclesiae Coptitarum legendis. Miraculum primum incipit fol. 1. a terg. Ultimum fol. 122. 2. Eiusdem B. V. Mariae miraculum in ecclesia Athribae, inferioris Aegypti urbis, patratum, diebus Mamonis filii Aaronis, septimi ex dynastia Abbasidarum chaliphae. Init. fol. 120. 3. Sancti patris Cyrilli episcopi hierosolymitani homilia de sacra imagine dominae sanctae Mariae, quae in monasterio Saidanaiae, dioecesis damascenae, colitur; deque miraculis, in die translationis eiusdem imaginis ad praefatum monasterium a Deo patratis. Init. fol. 133. 4. Eiusdem S. P. Cyrilli archiepiscopi hierosolymitani homilia de laudibus dominae Mariae virginis, eiusque ingressu in templum, die 3. mensis chiach (decembris). Init. fol. 144. 5. S. P. Basilii episcopi civitatis Cappadociae homilia de B. V. Maria, in constructione et consecratione ecclesiae eiusdem in civitate Philippis. Init. fol. 156. 6. S. P. Theophili patriarchae alexandrini vigesimi tertii homilia de ingressu deiparae Virginis cum filio suo servatore nostro in Aegyptum, eiusque mora in monte Cascamo, qui hodie *dair al-moharrac*, hoc est *coenobium combustum* nuncupatur. 7. S. P. Cyrilli patriarchae hierosolymitani homilia de Matthia apostolo, et de miraculo a deipara virgine Maria Beryti patrato. Init. fol. 201. a terg. 8. S. P. Zachariae episcopi Sachae, inferioris Aegypti civitatis, homilia de gloria domini nostri Iesu Christi, et de laudibus B. Virginis eius genitricis, deque eorum ingressu in Aegyptum, una cum iusto Iosepho. Init. fol. 228. 9. S. P. Heriaci, immo Cyriaci, episcopi Behensae, hoc est Tabennae in Thebaide, homilia de adventu B. V. Mariae cum filio suo, et seniore Iosepho iusto in Aegyptum, eorumque mora in loco, qui dicitur *baith Iesu*, idest *domus Iesu*, ad orientem civita-

tis Behensae; ubi puteus *Gernos*, qui incrementi Nili fluminis indicium est. Init. fol. 249. 10. S. P. Ephrem syri homilia de nativitate B. V. Mariae filiae Ioachimi. Init. fol. 268. 11. S. P. Cyrilli archiepiscopi magnae urbis Alexandriae homilia de dominae virginis Mariae Dei genitricis dormitione, seu assumptione in caelum. 12. Patris nostris Cyriaci episcopi urbis Behensae homilia de assumptione corporis B. V. Mariae in caelum. Init. fol. 308. 13. Sermo de laudibus dominae nostrae virginis Mariae, cum gratiarum actione ad Deum; qui sermo a S. Anna, cum eam peperit, dictus dicitur; legendus die 1. mensis bescensii. Init. fol. 331. Hic codex scriptus est anno Christi 1719, ut haec docent anonymi calligraphi verba, quae fol. 233. leguntur: *Absolutus est hic liber benedictus dominica die*, 4. *mensis abibi* (iulii), *anno ss. martyrum millesimo quadringentesimo trigesimo quinto*, *qui respondet diei* 22. *mensis sciahabani*, *anno lunari hegirae* 1131. etc.

CLXXI.

Codex in 4. parvo bombyc. foliorum 157, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. orientales a S. Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos olim decimus octavus; quo continentur.

1. Periodi sanctorum apostolorum; videlicet I. Martyrium sancti Andreae apostoli Christi domini nostri, consummatum die ultima tesrin posterioris (novembris). Init. fol. 1. a terg. II. Historia sancti Iacobi apostoli, fratris sancti Iohannis evangelistae, eiusque acta in civitate Indiae. Init. fol. 3. a terg. III. Historia martyrii sancti Iohannis filii Zebedaei evangelistae theologi in insula Patmos, die 8. iar (maii). Init. fol. 17. a tergo. IV. Acta sanctorum apostolorum Philippi et Petri. Init. fol. 21. V. Martyrium venerandi discipuli Philippi, eiusque certamen die 14. tesrin posterioris (novembris.) Init. fol. 25. VI. praedicatio discipuli praestantis Bartholomaei in civitate Alluuah. Init. fol. 27. VII. Martyrium apostoli benedicti Bartholomaei. Init. fol. 31. VIII. Praedicatio discipuli Thomae, quam praedicavit in civitate Indiae. Init. fol. 33. IX. Praedicatio Matthaei evangelistae, eiusque acta in civitate Hierapoli. Init. fol. 43. a terg. X. Martyrium discipuli Matthaei evangelistae. Init fol. 49. a terg. XI. Martyrium apostoli Iacobi, filii Alphaei, discipuli Iesu Christi. Init. fol. 52. XII. Praedicatio discipuli Simonis, filii Cleophae, qui Iudas nuncupatur, cuius interpretatio Nathanaël. Init. fol. 52. a terg. XIII. Martyrium Simonis, qui est Iudas filius Cleophae. Init. fol. 54. XIV. Praedicatio Matthiae apostoli domini nostri Iesu Christi in civitate, cuius incolae carnes humanas edunt. Init. fol. 57. a terg. XV. Martyrium Matthiae apostoli. Init. fol. 65. XVI. Praedicatio Iacobi fratris Domini secundum carnem, apostoli domini nostri Iesu Christi, et episcopi Hierusalem. Init. fol. 67. a terg. XVII.

Martyrium Iacobi fratris Domini in urbe Hierusalem. Init. fol. 69. XVIII. Martyrium discipuli praestantis Marci evangelistae in civitate Alexandria, die 25. nisan (aprilis.) Init. fol. 70.

2. Cyriaci episcopi Behensae (Tabennae) sermo de laudibus B. virginis Mariae, eiusque planctu ad sepulchrum filii sui unigeniti. Init. fol. 78. 3. Epistola caelo delapsa anno Graecorum 1042, Christi 1353, ubi varia monita salutaria exhibentur ; apocrypha, fine mutila. Init. fol. 88. 4. Vita S. Mennae martyris, principio mutila. Init. fol. 90. 5. Chronica patrum, ab Adamo ad Noë, ad Abrahamum, ad Moysen, ad Davidem, ad Christum. Init. fol. 93. 6. Interpretatio nominum prophetarum. Init. fol. 93. a terg. 7. Monitum utile Christi domini de contemptu mundi. Init. fol. 94. 8. Historia Abrahami patriarchae, et Isaaci eius filii. 9. Historia imaginis domini nostri Iesu Christi a Iudaeis tiberiensibus ludibrio habitae. Init. fol. 96. 10. Historia sanctae Marinae, quae monachi habitum ceu spado induit; fine mutila. Init. fol. 114. a terg. 11. Historia Achrysimi episcopi Emesae, quem Petrus et Iohannes apostoli baptizasse dicuntur, et episcopum emesenum instituisse; principio mutila. Init. fol. 116. 12. Sermo de incarnatione Verbi, auctoris nomine et principio destitutus. Init. fol. 122. 13. Benedictio patenae, calicis, vel utriusque, velorum altaris, et crucis novae iuxta ritum ecclesiae alexandrinae Coptitarum. Init. fol. 126. 14. Historia Alexandri magni cornigeri, principio mutila. Init. fol. 128. 15. Historia sanctae protomartyris Theclae, discipulae Pauli apostoli, in civitate Iconio. Init. fol. 136. Is codex decimo septimo Christi saeculo videtur exaratus.

CLXXII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 215, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos vaticanos, olim centesimus decimus quintus; ubi continentur.

1. Vita sancti patris nostri magni Pachomii, societatis spiritualis, nempe coenobitarum, abbatis, eiusque discipuli sancti Theodori: quorum festum die 14. mensis bescensii Coptitae celebrant. Discrepat non parum ab ea, quae graece et latine prodiit. Init. fol. 1. a tergo. 2. Timothei patriarchae alexandrini Coptitarum vigesimi secundi sermo paraeneticus brevis, habitus in consecratione sacrosanctae magnae ecclesiae, et monasterii S. patris nostri Pachomii abbatis, die 15. mensis hatur. Additur in titulo, praedictam ecclesiam cum monasterio, sub Victore abbate ascetarum, iussu ac sumptibus Theodosii imperatoris fuisse constructam. Init. fol. 99. 3. Vita sancti Bipham, seu Paphomii martyris auscimitae, cuius memoriam die 1. mensis baonae Coptitae recolunt, a S. patre Theodoro episcopo civitatis Auscimi conscripta. Init. fol.

110. 4. Item eiusdem Theodori episcopi narratio miraculorum, quae in specu, ubi corpus S. Bipham martyris conditum, patrata sunt. Init. fol. 160. a terg. 5. P. Nili episcopi civitatis Tachae homilia de S. martyre Bipham habita die 1. mensis baonae eidem martyri sacra; ubi et de persequutionibus a barbaris ismaëlitis, Aegyptum invadentibus, in Christianos excitatis, et in illud evangelii: *quod tibi non vis, ulteris ne feceris.* Init. fol. 192. Is codex descriptus fuit an. Chr. 1345, quemadmodum haec docent calligraphi verba, quae fol. 214. leguntur. *Completa est homilia de S. martyre Bipham feria tertia, 29. mensis bescensii, an. ss. martyrum 1061. Deus nobis elargiatur benedictiones eorum.*

CLXXIII.

Codex in 8. chartac. foliorum 30, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos, olim quinquagesimus sextus; quo continentur.

Vitae sanctorum Cyriaci, latine Quirici, eiusque matris Iulittae, martyrum sub Diocletiano, quorum memoriam Syri colunt die 15. iunii, quo martyrium consummasse dicuntur. Ea metrica est, e syriaco in arabicum sermonem ab anonymo translata, et Denhae catholico patriarchae orientis Nestorianorum dicata, uti in eius clausula fol. 29. asseritur. Init. fol. 1. a tergo. Is codex scriptus fuit anno Christi 1577, uti haec ostendit amanuensis adnotatio, quae fol. 30. ad calcem apposita est. *Explicit ope Dei excelsi, et bonitate eius providentiae, per manum imbecillimi famulorum Dei excelsi, servi pauperis, Dominici* (Sirleti) *neophyti, qui sacro baptismate initiatus est in urbe sancta magna Roma, anno incarnationis dominicae millesimo quingentesimo septuagesimo septimo. Sperat autem a Domino suo veniam suorum criminum, et indulgentiam. Amen.*

CLXXIV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 303, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim sexagesimus septimus; ubi continentur.

1. Miscellanea varia pleraque sacra, videlicet 1. Historia sancti Danielis anachoretae, anilibus fabulis de eius cum daemonibus et lamiis actis referta; adiectis variis amuletis, et exorcismis superstitiosis adversus malos daemones ac diversa morborum genera, quae ab eodem sancto anachoreta tradita perperam dicuntur. Init. fol. 1. 2. Historia Abagri, seu Abgari, regis Edessae, cum effigiem Christi domini sibi fieri voluit, postulans ab eo sanitatem; praemissa eiusdem regis ad Christum epistola, quae cum vulgatis concordat.

Init. fol. 24. 3. Oratio Dominae nostrae, cuius intercessio nos custodiat, amen; eiusque colloquium cum Christo domino, et cum sexaginta sex angelis, qui ei in Aegyptum fugienti obviam ivere; apocrypha. 4. Historia dominae virginis Mariae, matris lucis, cuius intercessio custodiat omnes fideles, amen; una cum oratione, quam Christus eidem tradidit, qui in prohoemio laudes et virtutes eiusdem orationis recenset; apocrypha. Init. fol. 31. 5. Historia sancti Sisinii, eiusque fratris; ubi de iis, quae ipsis cum quodam daemone familiari acciderunt, quem Arabes *sequacem* vocant; comitatur enim hominem quocumque vadit, nutricesque praesertim et infantes veneficio afficit, ut fabulose narratur; subiecta eorumdem sanctorum oratione, quam instar amuleti homines superstitiosi adversus eiusmodi daemones et lamias gestare solent. Vide infra num. 60. ubi eadem narratiuncula et oratio repetuntur. Init. fol. 46. 6. Modus conficiendi atramenti nigri. Fol. 50. 7. Oratio pro eo, qui cadit in phantasiam, hoc est somnio pravo et pollutione corrumpitur. Fol. 50. a terg.

8. Historia sancti magni Chelesii, liberatoris puerorum a daemonibus, et lamiis sequacibus mulierum, qui eas abortare faciunt; una cum oratione eiusdem, quam mulieres praegnantes, veluti antidotum contra huiusmodi veneficia gestare debent. Fol. 52. 9. Computus mensium arabicorum, cum regula ad dignoscendum in quem diem solarem eorum kalendae cadant. Fol. 64. 10. Modus alter conficiendi atramenti nigri. Fol. 65. 11. Tabula festorum mobilium, cum eius explicatione. Fol. 66. 12. Oratio ad cohibendam pollutionem veneream. Fol. 68. 13. Ordo sanctarum lectionum evangelicarum et apostolicarum, a dominica secunda post festum crucis, ad totum mensem ianuarium iuxta ritum Melchitarum. Fol. 70. 14. Utilitates ac virtutes nonnullorum psalmorum Davidis, cum ratione conficiendorum ex iis amuletorum ad mala avertenda, et bona quaeque obtinenda. Fol. 80. 15. Ordo lectionum ex sancto evangelio ad matutinum resurrectionis recitandarum. Fol. 82. 16. Formulae duae epistularum ad episcopum, patriarcham, et alios; quarum prima incipit fol. 84, altera fol. 84. a terg. 17. Orationes et preces dicendae ad vesperas, cum suis rubricis, iuxta ritum Melchitarum. Fol. 86. 18. Orationes et preces dicendae ad matutinum, cum suis rubricis iuxta praedictum ritum Melchitarum. Fol. 89. a terg. 19. Ordo depositionis seu degradationis presbyteri ritus graeco-melchitici, qui ad secundas nuptias transire vult. Fol. 94. a terg. 20. Homilia patris nostri Iohannis chrysostomi in evangelium de peccatrice et de dolo Iudae. Complectitur reprehensionem eorum qui divitias amant, et adhortationem ad manifestationem castitatis, ante accessum ad divina mysteria. Fol. 99. 21. Alia formula epistolae ad patriarcham, in cuius clausula Gregorius huius codicis calligraphus narrat, alepenses Melchitas die 29. augusti, anno mundi 7071. (Christi 1562.) cessasse a comme-

moratione eius nominis in ecclesia alepina, cuius archiepiscopus erat, et a pensitatione portionis census eidem debiti. Init. fol. 105. 22. Oratio sancti Nicolai contra daemones sequaces seu lamias, et pro energumenis, additis variis amuletis, quae superstitionem redolent. Fol. 106.

23. Liturgia sancti Iohannis chrysostomi, arabice. Fol. 113. 24. Commentarius ex sancto evangelio, dictis nonnullorum sanctorum, et ex sanctis apostolis et sacris conciliis excerptus, ubi de charitate, de observantia dominicae, de feriis quarta et sexta, de confessione sacramentali; deque timore Dei et misericordia, id est eleemosyna, disseritur; sine auctoris nomine. Init. fol. 120. 25. Admonitio utilis, excitans ad confessionem sacramentalem, sine qua nemo salvus esse potest; etiamsi omnes virtutes exercuerit. Fol. 153. 26. Paraenesis de charitate fraterna. Fol. 161. 27. Benedictio mensae altaris, si concussa fuerit, seu altaris portatilis, quoties e suo dimovetur loco. Fol. 168. 28. Oratio super puerum litteris initiari volentem. Fol. 168. a terg. 29. Absolutio excommunicati. Fol. 169. a terg. 30. Oratio dicenda super iumentis et aliis quadrupedibus. Fol. 170. 31. Oratio pro eo, qui iusiurandum violat. Fol. 171. 32. Benedictio novae patenae. Ibidem. 33. Narratio de Sibylla sapiente seu ephesia, et de spectaculo novem luminarium, quod una eademque nocte centum senatores intra urbem Romam viderunt ab eadem Sibylla, imperante Tito, oblatum; apocrypha. Fol. 172. 34. Benedictio planetae, albae, manipulorum, stolae, cinguli, aliarumque sacerdotalium vestium, iuxta ritum Melchitarum. Fol. 178. a terg. 35. Ordo sponsalium christianorum, iuxta ritum Melchitarum. Fol. 179. 36. Paraenesis de conciliatione inter dissidentes. Fol. 180. 37. Cuiusdam ex patribus canon de egressu animae e corpore, qui etiam legitur super monachos tono sexto, metro *qui me probas*. Initium fol. 196. 38. Interrogationes aenigmaticae cum suis solutionibus. Fol. 202. 39. Remedia et amuleta ad varios morbos. Fol. 203. a terg. In eorum clausula fol. 205. a terg. isthaec a Gregorio archiepiscopo Alepi, huius codicis calligrapho, adnotata reperies. *Anno 974. hegirae* (Christi 1566.) *obiit sultanus Solymanus, cum bellum movisset adversus Pannoniam. Et post eius mortem imperio othomanico potitus est Selimus eiusdem filius, quem Deus triumphare faciat. Eodemque anno, qui respondet anno Adami patris nostri 7075, episcopatûs humilis* (nempe Gregorii, qui nomen suum graece in fine scribit) *in sede alepina erat annus vigesimus sextus. Et ipse rogat dominum Deum, ut ignoscat ei, suisque parentibus, et petenti pro eo misericordiam.*

40. Oratio pro eo, qui iter terra suscipere parat. Fol. 206. 41. Oratio pro eo, qui iter mari est suscepturus. Ibid. 42. Benedictio altaris, super quod heterodoxi sacerdotes celebraverint. Fol. 207. 43. Benedictio domus. Fol. 207. 44. Oratio pro infantibus. Fol. 209. a terg. 45. Oratio super caput poenitentis. Ibid. 46. Benedictio novae crucis. Fol. 210. a terg. 47. Deprecatio

initio sementis . Fol. 211. 48. Oratio pro energumenis . Fol. 211. a terg. 49. Oratio pro eo, qui in articulo mortis constitutus, animam agit, et in exitu eius animae a corpore. Fol. 212. 50. Item alia deprecatio. Ibid. 51. Oratio super oleum, quo ungendi sunt aegroti. Fol. 212. a terg. 52. Oratio super vas, in quod immundum quidpiam ceciderit. Fol. 213. 53. Deprecatio, qua clauduntur exequiae defunctorum. Fol. 213. a terg. 54. Oratio alia dicenda super oleum, quo ungendus est aegrotus. Fol. 216. 55. Canones sancti Iohannis ieiunatoris de sacramento paenitentiae, et quomodo confessio fieri debeat. Fol. 216. 56. Canones paenitentiales sanctorum patrum ad saeculares, et alios pertinentes, pro peccatorum qualitatibus; adiectis aliis centum canonibus Iohannis ieiunatoris de eodem argumento. Fol. 217. 57. Constitutiones sancti patris Theodori abbatis monasterii Studii, seu monachorum studitarum, de paenitentibus, qui de peccatis suis occultis confitentur; deque confessariis, qui eos de illis interrogant. Fol. 231. 58. Canon quinquagesimus quartus concilii nicaeni, prohibens ne uni civitati episcopi duo praeficiantur; uti ne ecclesiis quidem pagorum duo presbyteri. Fol. 238. a terg. 59. De defectibus in missae celebratione occurrentibus et quomodo supplendi sint. Fol. 239. a terg.

60. Oratio sancti Sisinii, eiusque fratris contra daemones familiares et lamias; praemissa narratiuncula de iis, quae ipsis cum quadam lamia acciderunt. Vide supra num. 5. ubi eadem oratio exhibetur. Fol. 243. 61. Quaedam secreta medica ad varios morbos. Fol. 246. a terg. 61. Sancti mar-Iacobi metropolitae Maubeg seu Hierapolis, saeculo Christi septimo clari, sermo de sacro ieiunio, de usura, et ebrietate, deque aliis eiusmodi. Fol. 245. 63. Proverbia quaedam alphabetico ordine digesta. Fol. 263. a terg. 54. De gradibus consanguinitatis et affinitatis, matrimonium sub poena excommunicationis impedientibus. 65. Sectio ex epistola sancti Pauli ad ephesios, legenda sabbatho 28. post pentecosten, cum brevi expositione incerti auctoris. Fol. 272. 66. Computus cycli paschalis, ad inveniendum magnum festum resurrectionis, et pascha legis, et ieiunium apostolorum, in varias tabulas distributus; ab anno Adami 7068. ad 7211, hoc est ab anno Christi 1560. ad annum 1703. Init. fol. 276. a terg. 67. Modus conficiendi atramenti cum aqua frigida, sine igne aut alio calore. Fol. 284. 68. Notitia festorum maiorum et minorum. Fol. 285. 69. Paraenesis de confessione sacramentali, metrica, sine auctoris nomine. Ibidem. 70. Computus lunaris ecclesiasticus. Fol. 286. 71. Diversi canones conciliorum de ecclesiastica disciplina. Fol. 288. 72. Formulae epistolarum ad patriarcham, praemissis variis carminibus moralibus. Fol. 302. Is codex scriptus fuit manu Gregorii archiepiscopi Alepi ab anno Christi 1560. ad 1566. uti docent adnotationes, quas supra protulimus. Ipse autem quam superstitiosus fuerit et credulus, patet ex amulotis superstitiosis, quae passim huic codici inseruit.

CLXXV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 319, arabicis litteris et sermone oxaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim centesimus quinquagesimus secundus; ubi continentur.

1. Vitae et historiae sanctorum; videlicet 1. Historia viri Dei, hoc est sancti Alexii nobilis romani, quam a Petro Benedicto maronita soc. Iesu latine redditam ediderunt bollandiani ad diem 17. iulii. Init. fol. 1. 2. Historia cuiusdam mulieris nobilis constantinopolitanae, quae anachoreticam vitam egit in solitudine Pharae prope Hierusalem. Init. fol. 12. 3. Vita sanctae Mariae aegyptiacae. Init. fol. 16. In eius fine fol. 29. haec a calligrapho adnotata reperies. *Explicit ope Dei, eiusque providentiae bonitate, in civitate Misra a Deo custodita mane diei nonae mensis hatur* (novembris) *anno sanctorum martyrum* 1001. *qui respondet* 24. *sciahabani, anno hegirae* 684. (Christi 1285). *Domine miserere servi tui amanuensis, et lectoris, et auditorum.* 4. Historia Iobi iusti, fine mutila. Init. fol. 29. a terg. 5. Item alia historia Iobi iusti, a praecedente diversa, titulo tamen et principio destituta. Init. fol. 45. 6. Historia Iosephi filii Iacobi patriarchae, principio et fine mutila. Init. fol. 61. 7. Item historia Iosephi filii Iacobi, diversa a praecedente. Deest principium et finis. Init. fol. 86. 8. Item alia historia Iosephi filii Iacobi a duabus praecedentibus diversa; principio mutila. fol. 96. 9. Martyrium sancti Abu-Colthae, sive Coluthi medici ex urbe Ansna, seu Antinopoli in Aegypto superiore, qui martyrium suum consummavit die 24. mensis bescensii (iunii) imperatore Diocletiano, Aegypti vero praefecto Ariano. Init. fol. 113. a terg. 10. Historia sancti benedicti martyris Antonii damasceni, sub chaliphis mahometanis, fine mutila. Init. fol. 116. a terg. 11. Historia Festi, seu Iusti patris sancti Clementis papae, discipuli sancti Petri apostoli; apocrypha, principio mutila. Init. fol. 122. 12. Historia sancti viri Dei, hoc est Alexii nobilis romani, stilo a superiore diversa. Init. fol. 135. a terg. 13. Narratio de quodam sancto monacho montis Sinai paenitente, qui absque piaculari poena Hierosolymae a confessario dimissus, compedes sibi imposuit, et collo catenam usque ad vitae extremum. Init. fol. 147. 14. Historia sancti pueri benedicti Iohannis evangelii aurei, nobilis romani, qui prius vitam monasticam in Syria egit, tum per tres annos in angulo paternae domus incognitus vixit. Idem est cum sancto Iohanne calybita, cuius memoria die 15. ianuarii recolitur. Init. fol. 148.

15. Historia sancti Cyriaci eremitae coptitae, qui sub Beniamino alexandrino patriarcha trigesimo octavo claruit, a quodam Isidoro teste oculato mortis eiusdem eremitae conscripta, ut in fine adnotatur. Deest principium. Init. fol. 159. 16. Narratio tertia de sancto Stephano monacho, qui

allocuutus est in eremo cuiusdam hominis calvariam, a qua plura intellexit de eius statu in inferis. Init. fol. 166. 17. Narratio quarta de quodam sancto monacho africano, antea viro opulentissimo, qui multimode vexatus est a daemone, ne monachus fieret. Init. fol. 172. a tergo. 18. Narratio quinta de quodam iusto ex Iudia nomine Chairlan, qui monasticam vitam amplexus est. Init. fol. 178. 19. Narratio sexta ex historiis sanctorum, de quodam sancto monacho iu coenobio sancti Pachomii, qui antea latro fuerat crudelis ac vir pessimus. Init. fol. 182. a tergo. 20. Narratio septima de quodam sancto monacho, nomine Ioseph aegyptio. Init. fol. 185. a tergo. 21. Narratio octava de quodam sancto monacho aegyptio, qui antea fuerat aurifex. Init. fol. 196. 22. Narratio nona de quodam sancto monacho aegyptio, qui antea faber ferrarius fuerat. Init. fol. 200. a tergo. 23. Narratio decima de quodam sancto ex-sicario monacho in coenobio sancti Macarii. Init. fol. 207. 24. Narratio undecima de iis, quae acciderunt sancto Macario alexandrino, quum aliquando alexandriam pergeret. Init. fol. 210. 25. Narratio duodecima de quodam monacho discipulo sancti Macarii, eiusque actis cum muliere meretrice alexandrina. Init. fol. 217. 26. Narratio decima tertia de miraculo a duobus monachis sancti Antonii discipulis patrato, qui puellam quandam sanitati reddiderunt. Init. fol. 218.

27. Historia Theodosii iunioris anachoretae qui ex Tiberiade ad Entratium anachoretam episcopum Cypri profectus est. Init. fol. 219. 28. Acta sanctae Febroniae (non vero Cyprianae ut perperam scribit auctor indicis veteris mss. vaticanorum) virginis monialis in monasterio nisibeno, quae martyr occubuit sub Diocletiano imperatore, et Lysimacho praeside. Parum decrepant ab editis a Metaphraste apud Lipomanum. Init. fol. 225. a tergo. 29. Epitome historica, ex paradiso patrum nostrorum monachorum, de Mose eremita, qui diu sanctimonia et miraculis claruit; tum diabolica fraude ex eremo eductus, uxorem ducere mulierem hebraeam, abnegato Christo, statuerat; verum cognita daemonis fraude, ad paenitentiam et eremum reversus est. Deest finis. Init. fol. 229. 30. Acta sanctae Eugeniae virginis, eiusque patris Philippi praesidis Alexandriae, martyrum, quae cum vulgatis a Metaphraste concordant. Init. fol. 242. 31. Historia cuiusdam reguli feneratoris opulentissimi, qui factus est monachus una cum sua filia, quae se marem simulavit, sanctissimeque vixit: defuncto autem patre, multa aequo animo tulit, a filia regis de stupro accusata; principio mutila. Init. fol. 248. 32. Historia armenii patriarchae, dubiae imo nullius fidei, utpote quae multa de eius nativitate, dignitatibus, et auctoritate apud regem Ciliciae incredibilia profert; principio mutila. Init. fol. 268. 33. Historiae Annae devotae, filiae Iudae et tribu Davidis, et Iosephi filii Zachariae, coniugum hebraeorum, qui ante Christi adventum vixisse perhibentur; apocrypha. Ibi mira narrantur de iis

praesertim, quae Anna ob continentiam et fidem coniugalem passa est, deque itineribus in Sinas, aliasque Indiarum regiones a Iosepho eius viro susceptis. Init. fol. 248. 34. Martyrium sancti Mercurii, principio mutilum. Init. fol. 304. 35. Narratio de quodam sancto patre anachoreta, qui vixit in antro Bandae, Aegypti oppidi, sub Heraclio imperatore et Beniamino alexandrino Coptitarum patriarcha trigesimo octavo; et de iis, quae eidem cum bove silvestri acciderunt. Init. fol. 312. a tergo. Is codex scriptus est anno Christi 1285, ut ex apposita ad calcem vitae Mariae aegyptiacae epigraphe, quam supra num. 3. protulimus liquet.

CLXXVI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 143, arabico sermone et litteris varia manu exaratus, inter codices beroeenses olim decimus; ubi continetur.

1. Historia Bahairae monachi, eiusque acta de religione cum viro arabe Mahomete scilicet pseudo-propheta, qui modum quo legem suam a caelo acceperit, refert, et de eiusdem propagatione, et successorum suorum potentia, ac dominatu vaticinatur; auctore monacho anonymo; opusculum commentitium. Init. fol. 1. a terg. 2. Doctrina christiana de praecipuis fidei fundamentis per modum dialogi. Init. fol. 41. 3. Chronicon chalipharum, Mahometis pseudo-prophetae successorum, una cum historia marrochiana, usque ad annum hegirae 800. (Christi 1397.) perductum, sed principio medio et fine mutilum foliis plerisque ex bibliopegi oscitantia luxatis. Incipit fol. 44; desinit fol. 61. in hanc epigraphen. *Explicit cum laude Dei, et bonitate eius auxilii, per manum servi pauperis Didaci Massani baetici, mense iulio, anno Christi* 1594. Vide infra cod. CCLXXXV. marrochianam historiam exhibentem, ex quo suppleri possunt quae heic desiderantur.

CLXXVII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 136, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim vigesimus septimus; quo continetur.

I. Sancti patris Iohannis damasceni dialectica, e graeca lingua in arabicam conversa ab Antonio monasterii sancti Simeonis in monte Antiochiae abbate, uti in fronte praenotatur. Dividitur in quinquaginta tria capita, quibus loco praefationis praefigitur eiusdem sancti Iohannis damasceni epistola ad patrem Cosmam episcopum Maiumae; cuius init. fol. 4. a terg. Porro caput 1. De ente, substantia, et accidente. Init. fol. 5. a terg. Caput 2. De genere, et specie, illoque generalissimo, et ea specialissima, et subalternis.

Fol. 6. Caput 3. De individuo. Fol. 8. Caput 4. Quod substantia sit genus generalissimum, in corporeum, et incorporeum distinctum. Fol. 8. a terg. Caput 5. De differentia. Ibid. Caput 6. De accidente. Fol. 9. Caput 7. De proprio. Fol. 9. a terg. Caput 8. De praedicatis. Fol. 10. Caput 9. De praedicatione synonyma et aequivoca. Fol. 10. a terg. Caput 10. De praedicatione quid est, et in quali quid est. Fol. 11. Caput 11. De hypostasi, enhypostato, et anypostato. Fol. 11. a terg. Caput 12. De substantia, natura, et forma, deque individuo, persona, et hypostasi. Ibidem. Caput 13. De divisione. Fol. 12. a terg. Caput 14. De priore secundum naturam. Fol. 13. Caput 15. De definitione. Fol. 13. a terg. Caput 16. De aequivocis. Fol. 14. a terg. Caput 17. De univocis. Fol. 15. Caput 18. De polyonymis. Ibidem. Caput 19. De alteris et heteronymis. Ibidem. Caput 20. De denominativis. Ibidem. Caput 21. De decem supremis generibus. Fol. 15. a terg. Caput 22. De homogeneis. et homoideis, et heterogeneis, et heteroideis, ac numero differentibus. Fol. 16. Caput 23. De uno. Fol. 16. a terg. Caput 24. De nostro dicto, in quo. Ibidem. Caput 25. De substantia iterum. Ibidem. Caput 26. De natura. Fol. 17. Caput 27. De forma. Ibidem. Caput 28. De hypostasi. Fol. 17. a terg. Caput 29. De persona. Fol. 18. Caput 30. De enhypostato. Fol. 18. a terg. Caput 31. De anhypostato. Fol. 19. Caput 32. De divisione entis et substantiae. Ibidem. Caput 33. De homogeneis iterum, et homoideis, et heteroideis, et homohypostatis, et numero differentibus. Fol. 19. a terg. Caput 34. De quanto et quantitate. Fol. 20. Caput 35. De relatione. Fol. 21. a terg. Caput 36. De qualitate et quali. Fol. 22. a terg. Caput 37. De agere et pati. Fol. 25. Caput 38. De situ. Fol. 25. a terg. Caput 39. De nostro dicto, ubi. Ibid. Caput. 40. De quando. Fol. 26. Caput 41. De continere. Ibidem. Caput 42. De oppositis. Ibidem. Caput 43. De habitu et privatione. Fol. 27. Caput 44. De priori et posteriori. Fol. 27. a terg. Caput 45. De simul. Fol. 28. Caput 46. De motu. Fol. 28. a terg. Caput 47. De habere. Fol. 29. a terg. Caput 48. De enunciatione, negatione, et affirmatione. Fol. 30. Caput 49. De termino, propositione, et syllogismo. Ibidem. Caput 50. Philosophiae definitiones sex. Fol. 32. a terg. Caput 51. De unione hypostatica. Fol. 33. a terg. Caput 52. Adnotationes ad hucusque recensita capita. Fol. 34. a terg. Caput 53. Demonstratio brevis de singulis speciebus praedietis. Fol. 36.

II. Eiusdem sancti Iohannis damasceni liber perspicuae demonstrationis de fide orthodoxa, e graeca lingua in arabicam conversus ab Antonio abbate monasterii sancti Simeonis. Constat centum capitibus, quorum series initio codicis praemittitur. Videlicet caput 1. Deum benedictum comprehendi non posse, nec ea, quae a sanctis prophetis, apostolis, et evangelistis tradita non sunt, curiosius inquirenda esse. Init. fol. 36, Ca-

put 2. De iis, quae sermone exprimi possunt, vel quae non possunt; deque iis, quae in cognitionem cadunt, et quae cognitionem fugiunt. Fol. 37. Caput 3. Demonstratio, quod Deus existit. Fol. 37. a terg. Caput 4. Inquisitio, quidnam sit Deus, quodque comprehendi non possit. Fol. 38. a terg. Caput 5. Demonstratio, quod Deus unus sit, non vero plures dii. Fol. 38. a terg. Caput 6. De verbo Dei. Fol. 40. Caput 7. De spiritu sancto. Fol. 40. a terg. Caput 8. De sancta Trinitate. Fol. 41. a terg. Caput 9. De iis, quae de Deo dicuntur. Fol 47. Caput 10. De divina unione et distinctione. Fol. 47. a terg. Caput 11. De iis, quae de Deo modo corporeo dicuntur. Fol. 48. Caput 12. De eodem argumento. Fol. 48. a terg. Caput 13. De loco Dei, et demonstratio quod sola natura divina sit incircumscripta. Fol. 49. Caput 14. De proprietatibus naturae divinae. Fol. 50. a terg. Caput 15. De saeculo. Fol. 51. a terg. Caput 16. De rerum creatione. Fol. 52. Caput 17. De angelis. Ibidem. Caput 18. De diabolo deceptore. Fol. 54. Caput 19. De creatura visibili. Fol. 54. a terg. Caput 20. De caelo. Ibidem. Caput 21. De luce, igne, duobus luminaribus sole et luna, deque stellis. Fol. 56. a terg. Caput 22. De aëre et ventis. Fol. 60. Caput 23. De aquis. Ibidem. Caput 24. De terra, et iis quae ex ea producuntur. Fol. 61. Caput 25. De paradiso. Fol. 62. a terg. Caput 26. De homine. Fol. 64. Caput 27. De voluptatibus. Fol. 66. Caput 28. De tristitia. Fol. 66. a terg. Caput 29. De timore. Ibidem. Caput 30. De ira. Ibidem. Caput 31. De phantasia. Fol. 67. Caput 32. De sensu. Fol. 67. a terg.

Caput 33. De potentia cogitandi. Fol. 68. a terg. Caput 34. De potentia reminiscendi. Ibidem. Caput 35. De sermone interno et prolato. Fol. 69. Caput 36. De passione et actione. Fol. 69. a terg. Caput 37. De actu. Fol. 71. a terg. Caput 38. De voluntario et involuntario. Fol. 72. Caput 39. De eo quod in nostra voluntate situm est, hoc est de libero arbitrio. Fol. 72. a terg. Caput 40. De illis quae fiunt. Fol. 73. a terg. Caput 41. Quam ob causam libero arbitrio praediti simus. Fol. 74. Caput 42. De iis quae in nostra potestate posita non sunt. Fol. 75. a terg. Caput 43. De divina providentia. Fol. 76. Caput 44. De praescientia et praedestinatione. Fol. 76. Caput 45. De Dei erga nos dispensatione et cura, deque nostra salute. Fol. 77. a terg. Caput 46. Quomodo conceptum sit Verbum, et de divina incarnatione. Fol. 78. a terg. Caput 47. De duabus naturis. Fol. 79. Caput 48. De modo mutuae communicationis proprietatum. Fol. 81. Caput 49. De numero naturarum. Fol. 81. a terg. Caput 50. Quod tota divina natura in una suarum personarum toti humanae naturae unita sit, et non pars parti. Fol. 82. a terg.

Caput 51. De una Dei verbi persona. Fol. 83. a terg. Caput 52. Responsio ad eos, qui sciscitantur, utrum ad continuam quantitatem,

an ad discretam duae Christi naturae reducantur. Fol. 85. Caput 53 Ad illud, quod quaeritur, sitne ulla natura, quae subsistentia careat, responsio. Fol. 85. a terg. Caput 54. De trisagio hymno. Fol. 86. Caput 55. De natura visibili, et de specie, ac individuo; deque differentia, unione, et incarnatione; et quomodo illud accipiendum sit, unam Dei Verbi naturam esse incarnatam. Fol. 87. Caput 56. Quod sancta virgo Dei genitrix est. Fol. 88. Caput 57. De ambarum naturarum proprietatibus. Fol. 89. Caput 58. De domini nostri Iesu Christi duplici voluntate, arbitriique libertate. Fol. 89. a terg. Caput 59. De duabus operationibus, quae sunt in domino nostro Iesu Christo. Fol. 93. Caput 60. Responsio ad eos, qui dicunt, si duplicis naturae et actionis est homo, necesse est tres esse in Christo domino naturas, totidemque actiones dicere. Fol. 60. a terg. Caput 61. De eo, quod carnis Domini nostri natura et voluntas deificatae sint. Fol. 97. a terg. Caput 62. De duplici voluntate, arbitriique libertate, mente item, scientiaque, et sapientia duplici. Fol. 98. Caput 63. De theandrica, seu Dei virili actione. Fol. 99. a terg. Caput 64. De naturali, nec reprehensione digna passione. Fol. 100. a terg. Caput 65. De ignorantia et servitute. Fol. 101. Caput 66. De profectu. Fol. 101. a terg. Caput 67. De timore. Fol. 102. Caput 68. De Domini oratione. Fol. 102. a terg. Caput 69. De appropriatione seu vindicatione. Fol. 103. Caput 70. De corporis Domini passione, ipsiusque divinitatis impassibilitate. Fol. 103. a terg. Caput 71. Quod verbi divinitas ab anima et corpore inseparabilis manserit, etiam in Domini morte: et quod una interim persona perstiterit. Fol. 104. Caput 72. De consumptione et corruptione. Ibidem.

Caput 73. De descensu ad inferos. Fol. 104. a terg. Caput 74. De iis, quae resurrectionem domini nostri Iesu Christi sequuta sunt. Fol. 105. Caput 75. De sessione Domini ad dexteram patris. Ibidem. Caput 76. Responsio ad eos, qui ita obiiciunt: si duabus naturis constat Christus, aut creaturam colitis, naturam creatam adorando; aut alteram naturam dicitis adorandam, alteram non adorandam. Fol. 105. a terg. Caput 77. Responsio ad eos, qui nos interrogant, cur Dei filius, non pater, nec spiritus sanctus, homo factus est; et quid factus homo praestiterit. Ibidem. Caput 78. Responsio ad eos, qui a nobis quaerunt, Christi persona sitne creata an increata. Fol. 106. a terg. Caput 79. Responsio ad eum, qui sciscitatur, quandonam Christus sit appellatus. Fol. 107. Caput 80. Responsio ad eos, qui sciscitantur, an sancta Dei genitrix duas genuerit naturas: et an duae Christi naturae in cruce pependerint. Fol. 107. a terg. Caput 81. Quomodo primogenitus dicatur unigenitus Dei filius. Fol. 108. Caput 82. De fide et baptismo. Fol. 108. a terg. Caput 83. De fide. Fol. 110. Caput 84. De cruce; ubi et rursum de fide. Ibidem. Caput 85. De adoratione orientem versus. Fol. 111. a terg. Caput 86. De sacramentis immaculatis, atque illustribus Domini nostri mysteriis. Fol. 112. Caput

87. De genere Domini nostri et sanctae Dei genitricis. Fol. 114. a terg. Caput 88. De cultu sanctorum, eorumque lipsanorum. Fol. 116. Caput 89. De cultu sacrarum iconum. Fol. 117. a terg. Caput 90. De scriptura. Fol. 118. a terg. Caput 91. De iis quae de Christo domino nostro dicuntur. Fol. 120. Caput 92. Deum malorum auctorem non esse. Fol. 121. a terg. Caput 93. Demonstratio, quod non sint duo principia. Fol. 123. a terg. Caput 94. Indicatio sciscitanti, cur Deus eos condiderit, qui peccaturi erant, nec paenitentiam acturi. Fol. 124. Caput 95. De lege Dei, et lege peccati. Fol. 124. a terg. Caput 96. De sabbatho, adversus Iudaeos. Fol. 125. Caput 97. De virginitate. Fol. 126. a terg. Caput 98. De circumcisione. Fol. 127. a terg. Caput 99. De Antichristo. Fol. 128. Caput 100. De futura generali resurrectione. Fol. 129.

Hucusque series capitum libri sancti Iohannis damasceni de orthodoxa fide; in cuius fine sex eiusdem Iohannis damasceni orationes indicantur, quae in hoc codice desunt; suppleri tamen possunt ex superiore codice LXXIX, ubi eae integrae exhibentur; videlicet 1. Elucubratio professionis fidei, eiusque declaratio. 2. Sectio ex eiusdem oratione adversus iconomachos. 3. Theologia, ubi de resurrectione Christi domini nostri post tres dies. 4. De sacrosancta Iesu Christi Dei nostri transfiguratione. 5. Oratio adversus Nestorianos. 6. Item adversus eosdem. Accedit ad calcem a fol. 131. a terg. alia manu descriptum *kalendarium sanctorum totius anni, ad usum ecclesiae antiochenae Melchitarum*; fine tamen mutilum. Desinit enim in kalendas maias. Is codex, quem ad decimum quintum Christi saeculum haud immerito referas, pertinuit olim primum ad *Macarium episcopum Carae*; deinde ad *Phadlallah filium Georgii interpretem Francorum*; demum ad bibliothecam palatinam, quemadmodum in fronte adnotatur.

CLXXVIII.

Codex bombyc. in 4. foliorum 114, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim vigesimus octavus; quo continetur.

1. Sancti patris Iohannis damasceni *liber dialecticae*, ex graeco in arabicum idioma ab anonymo conversus. Constat capitibus LIII; quibus loco praefationis praemittitur eiusdem S. Iohannis damasceni epistola nuncupatoria ad Cosmam Maiumae episcopum, cuius init. fol. 3. Caput I. De ente, substantia, et accidente. Init. fol. 4. a terg. Caput LIII. et ultimum de genere. Init. fol. 49. Alia est haec versio ab ea, quam in praecedente codice laudavimus. 2. Excerpta ex verbis beatorum iustorum patrum Clementis, et aliorum sequentium, iuxta traditionem ecclesiae catholicae apostolicae, ubi de Deo, de natu-

ra, de proprietate, de operatione, de unione, de consubstantialitate, de anima, de intellectu, de corpore, de sensu, de definitione hominis, et de fide. Init. fol. 53. a terg. 3. Caput complectens octo sectiones varii argumenti, ex dictis ss. patrum; nimirum 1. Irenaei episcopi lugdunensis de intellectu. 2. Gregorii nazianzeni adversus Apollinarem. 3. de trinitate, et personis. 4. quomodo adorandus Deus. 5. de definitione fidei. 6. de definitione substantiae, et quid eius nomen indicet. 8. de incarnatione Verbi, una in Christo persona, et duabus naturis. Init. fol. 66. 4. Doctoris Abil-Phatehi Abdallae, ben-al-Phadl, ben-Abdallae, dissertatio adversus astrologiam iudiciariam. Init. fol. 71. 5. Verba nonnullorum patrum de providentia creatoris excelsi, eiusque modis. Init. fol. 72. a terg. 6. Divi Basilii epistola adversus Eunomium haereticum, quae graece et latine extat in paris. ed. anni 1730. inter epistolas S. Basilii num. XVI. notata. Init. fol. 73. a terg. 7. Eiusdem S. Basilii epistola ad Amphilochium respondens nonnullis eius quaesitis. Extat ibidem num. CCXXXV. Init. fol. 75. 8. Liber complectens manifestationem incarnationis Domini nostri Iesu Christi et fidem in eam; ex variis ss. patribus et conciliis, quorum testimonia proferuntur, excerptus; auctore anonymo coptita, qui unam tantum in Christo naturam profitetur. Deest finis. Init. fol. 76. Is codex ineunte decimo quarto Christi saeculo videtur exaratus. In duobus ante frontem foliis alia recentiore manu additae sunt variae praescriptiones medicae cum arbore Porphyrii. Folio autem 70. a terg. adnotatur nativitas et circumcisio Phargiallae filii Abi-Isaac coptitae, quae contigisse dicitur mense mesori, anno sanctorum martyrum 1092. (Christi 1376).

CLXXIX.

Codex in 8. chartac. paginarum 231, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codd. arabicos, a Clemente Caracciolo neophyto, Clementis XI. P. M. iussu ac sumptibus, in usum vaticanae bibliothecae exscriptos, olim quintus; quo continetur.

Patris magni inter sanctos mar-Iohannis damasceni presbyteri, liber dialecticae ad Cosmam episcopum civitatis Maiumae; e greca lingua in arabicam conversus, et capitibus LIII. absolutus; praemissa loco praefationis epistola ad praedictum Cosmam episcopum; cuius initium fol. 1. a terg. Cap. 1. de substantia, et accidente. pag. 11. Cap. LIII. et ultimum, demonstratio brevis de singulis speciebus praedictis pag. 222. Confer cum praecedentibus codd. LXXIX. CLXXVII. et CLXXVIII, ubi idem opus sed diversae versionis, exhibetur; ubi etiam singulorum capitum, titulos et initia recensuimus. Is codex scriptus fuit an. Christi 1713, quemadmodum haec ostendunt librarii verba, quae in fronte leguntur. *Accidit complementum exscriptionis huius benedicti li-*

bri sabbatho, *die quinta mensis augusti benedicti*, *anno Christi* 1713, *in magna urbe Roma*, *regnante venerabili patre*, *et pontifice maximo papa Clemente XI*, *cuius vitam Deus perennet*, *adiuvetque Christianos benedictione ipsius precum*. *Amen*. *Idque calamo peccatoris humilis Clementis Caraccioli neophyti*; qui eundem librum ex codice bibliothecae conventus montis aurei de Urbe descripsit; uti Ioseph Simonius Assemanus tom. I. biblioth. orient. pag. 633. testatur.

CLXXX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 228, arabicis litteris et sermone exaratur, inter codd. arabicos vaticanos olim quadragesimus nonus; quo continetur.

1. Eliae metropolitae Nisibis nestoriani, cognomento bar-Sinaei, liber inscriptus *praesidium ad expellendam animi inquietudinem*, moralis; capitibus XII. absolutus; quorum primum mutilum initio, secundum fine; pleraque vero folia lacera, quae tamen ex codice CLVIII. suppleri possunt. Init. fol. 1.
2. Eiusdem sessiones septem, sive disputatio habita cum viziro (supremo ministro) Hosaino Abil-Casemo, ben-Ali africano mahometicae sectae professore; praefixa ad Abulolam Saëdum Sahali filium epistola, principio tamen mutila. Init. fol. 70. Porro sessio I. de Deo uno et trino. Init. fol. 70. h. c. *Accidit viziri*, *cuius misereatur Deus*, *in urbem Nisibin ingressus feria sexta*, *die vigesima sexta* (non vero vigesima secunda, uti ex typographorum incuria obrepsit in notis ad catalogum Ebed-Iesu sobensis apud Assemanum biblioth. orient. tom. III. par. I. pag. 271.) *mensis gemmadi prioris*, *anni praeteriti*; *nempe anni quadringentesimi decimi septimi hegirae*, qui respondet anno aerae vulgaris christianae 1026. Hinc tempus, quo auctor Elias bar-Sinaeus disputationem hanc habuit, eamque litteris mandavit, perspicuum est. Sessio II. De inhabitatione et unione, hoc est incarnatione Verbi; ubi Nestorianorum dogma de duabus Christi personis auctor exponit; habita feria prima sequentis hebdomadae, uti sub initium legitur. Init. fol. 82. Sessio III. Demonstratur ex alcorano Christianos unum Deum colere; habita feria tertia kalendis gemmadi posterioris. Init. fol. 92. Sessio IV. Veritas christianae religionis ex ratione et miraculis comprobatur; habita feria quinta eiusdem hebdomadae. Heic adfirmat Elias, christianam religionem suo aevo coli *a Graecis*, *Francis seu Europaeis*, *Bulgaris*, *Coptitis*, *Nubiensibus*, *Armeniis*, *Syris*, *Persis*, *Turcis*, *Sinensibus*, *aliisque gentibus*. Init. fol. 99. Sessio V. Christianos ab omni errore immunes esse; habita sabbatho, die 5. eiusdem mensis. Heic fidei suae professionem Elias describit, quam ab Hosaino approbatam esse adfirmat, dicente nullum Christianos inter et Mahometanos discrimen es-

se, quam quod illi Mahometem veluti prophetam minime recipiunt. Init. fol. 102. Sessio VI. De syntaxi, lingua, charactere, et vocibus; habita feria 3. hebdomadae sequentis. Hosaino arabicae linguae grammaticam, et litterarum formam supra syriacam extollenti; ostendit Elias huius prae illa lingua praestantiam: laudat Mohammedis Abu-Bacri, filii Zachariae razensis librum inscriptum *medicina spiritualis*; et Hosaini filii Isaac librum de *syntaxi Arabum*. Init. fol. 110. Sessio VII. Quid sentiant Christiani de astrologia, de Mahometanis, et de anima; habita feria quinta, die 10. eiusdem mensis gemmadi posterioris. In eius clausula narrat Elias, Hosainum Nisibi ad urbem Miapharkioum profectum, ibi die solari 11. mensis ramadhani, anno hegirae 418 (Christi 1027.) obiisse, quum Abu-Saidus medicus, eiusdem Eliae frater, visu quodam territus, eius aegritudinem curare recusasset. Init. fol. 119. Subnectitur Abulpharagii Abdallae ben-Attibi, presbyteri, patriarchae Nestorianorum a secretis, approbatio praedictae disputationis. Quum enim ex antiqua consuetudine, decreto etiam Timothei patriarchae, ut in eius fronte praenotatur, firmata, nefas esset libros in vulgus prodire, qui a doctoribus approbati non fuissent, Elias antequam disputationem suam publici iuris faceret, eandem iudicio Abdallae nostri subiectam voluit. Init. fol. 129.

3. *Liber demonstrationis de veritate fidei*; sive apologia christianae religionis Nestorianorum, adversus Iudaeos, Mahometanos, Melchitas, et Iacobitas; absque auctoris nomine, quem tamen Assemanus bibl. orient. tom. III. part. I. pag. 303, Iesuiabom metropolitam Nisibis et Armeniae, cognomento bar-Malkon; de quo mox infra, fuisse contendit; ubi et huius apologiae synopsim fusius describit. Porro totum opus in quatuor dividitur partes; quarum prima complectitur capita duo; videlicet caput I. titulo et initio motilum, demonstrat sanctam trinitatem unum esse Deum, non tres deos, adversus Mahometanos, qui ex trinitate personarum colligi putant trinitatem deorum; unde Christianos trinitarios appellant. Init. fol. 131. Caput II. De Christo domino adversus Iudaeos. Init. fol. 134. Pars secunda quatuor absolvitur capitibus; quorum caput I. ostendit, Iacobitas et Melchitas duas esse recentes sectas. Init. fol. 144. Caput II. Responsio ad obiectiones Cyrilli errantis, patriarchae alexandrini, eiusque sectariorum, ex evangelio petitas. Init. fol. 159. a terg. Caput III. Confutatio Iacobitarum, quos fidei hostes auctor appellat. Init. fol. 160. Caput IV. Confutatio Melchitarum. Init. fol. 168. a tergo. Pars tertia. Caput unicum de praestantia nostrorum orientalium, qui Nestoriani dicuntur: et quod ii, uti Iesuiabus asserit, in recta fide adeo constantes fuerint, ut nullam haec apud ipsos mutationem aut corruptionem subierit: et quid de rebus tum ad religionem, tum ad disciplinam spectantibus, iidem sentiant. Init. fol. 190. Pars quarta tribus constat capitibus; quorum caput I. responsio ad eos, qui minime probant, quod nos a communione

Melchitarum et Iacobitarum abhorremus. Init. fol. 199. a terg. Caput II. Adversus Romaeos seu Graecos, qui de patribus et locis sanctis gloriantur. Init. fol. 209. a terg. Caput III. Epilogus totius libri, ubi summam exhibet eorum, quae de Nestorianis a nonnullis tradita sunt, eaque refellit, et multa adversus Melchitas ac Iacobitas congerit; de quibus videsis Assemanum loco cit. Init. fol. 214.

4. Ignatii, qui et David, antiocheni Iacobitarum patriarchae (ab anno Christi 1222. ad annum 1253.) epistola ad Saidum diaconum nestorianum, in aula bagdadensi scribam; in qua syros Nestorianos tamquam sectam nuper exortam traducit, memoratque quoddam monasterium Iacobitarum apud urbem Nisibin, quod Nestoriani sibi ipsi usurpaverant. Titulus et clausula syriace, cetera cum Dei nomine ipsi titulo praefixo, arabice exarata; quem scribendi morem servant adhuc patriarchae, et episcopi syri Maronitae, Iacobitae, et Nestoriani. Init. fol. 220. a terg. Id est. *In nomine Dei vivi et vivificantis. Humilis patriarcha sanctam pacem et divinam charitatem et orationes ex animo offert seni abrahamitico Saido, inclyto, electo, et glorioso, quem Deus, oro, fulciat et corroboret. Amen. Munus sublimi throno sistatur.* etc. Hinc corrigendus auctor veteris indicis vaticani, qui de praefata epistola haec adnotat. *Ibidem* (cod. XLIX.) *inseritur quaedam epistola patriarchae Nestorianorum ad Abrahamum senem iacobitam pro recuperando quodam monasterio, quod Iacobitae possidebant.* Et quidem consequentem Iesuiabi epistolam, ubi et patriarchae, et Saidi nomina et argumentum eiusdem epistolae proferuntur, prae oculis habebat. Fortasse errandi ausam ei praebuerunt illa verba *seni abrahamitico*, quae in laudem Saidi, cui eae litterae inscriptae additae sunt, ex more orientalium, qui tamen auctori praedicti indicis, utpote orientali viro, perspicuus esse debuerat. 5. Iesuiabi metropolitae Sobae, Nisibis, et Armeniae, nestoriani, cognomento bar-Malkon, epistola ad praedictum diaconum Saidum, sive apologia pro Nestorianis adversus Ignatium Syrorum patriarcham, auctorem superioris epistolae, cuius occasione Iesuiabus a Saido rogatus apologiam hanc conscripsit, magnam cuius partem arabice cum latina interpretatione et notis edidit Assemanus bibl. orient. tom. III. pag. 297. Deest finis. Titulus, uti in superiore epistola, syriacus; cetera arabica. Init. fol. 222. Is codex decimo quarto Christi saeculo videtur exaratus.

CLXXXI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 100, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim centesimus vigesimus octavus; quo continetur.

1. Mar Eliae metropolitae nisibeni cognomento bar-Sinaei, nestoriani, ineunte undecimo Christi saeculo clari, liber moralis cui titulus, *praesidium ad expellendam animi inquietudinem*, praefatione generali, et capitibus duodecim absolutus; quorum. 1. de virtute religionis, et peccato rebellionis. 2. de utilitate grati animi, et vitio ingrati animi. 3. de laude castitatis, et vituperatione impudicitiae. 4. de praestantia humilitatis, et opprobrio superbiae. 5. de praestantia misericordiae, et vitio immisericordiae. 6. de utilitate paenitentiae, et detrimento animi in malo obfirmati. 7. de virtute intellectui adhaerente, et vitio libidinem consectante. 8. de utilitate consilii, et de iactura eius qui secundum propriam sententiam operatur. 9. de laudibus egregiae indolis, et vituperatione malivoli ingenii. 10. de praestantia liberalitatis, et de peccato avaritiae. 11. de excellentia aequitatis, et pravitate iniustitiae. 12. de utilitate clementiae, et vitio inhumanitatis. Confer cum superiore codice CLVIII, ubi item titulos, et initia singulorum capitum recensuimus. Init. fol. 1. a terg. 2. Eiusdem mar-Eliae metropolitae Nisibis, epistola de castitate ad fratrem seniorem Abi-Seid Mansorem filium Isae; quam egregiis philosophorum, monachorumque factis dictisque exornavit, et stilo etiam elegantissimo. Init. fol. 72. a terg. 3. Sancti Besciarae, seu Nunciati, ben-Serri antiocheni, episcopi Sidonis, qui et metropolita Ephraem appellatur, tractatus de Deo uno et trino, autographus, praefatiuncula, et capitibus XXII. absolutus, ex quibus duodecim posteriora, et finis decimi desiderantur. Init. fol. 96. Is codex scriptus est anno Christi 1584, ut haec docet epigraphe, quae initio tractatus de Deo uno praefigitur. *Scripsi hunc librum ego pauper Iulius, id est metropolita Ephraem, in urbe Tripoli, medio mense augusto, anno Graecorum* 1895. (Christi 1584.) Pertinuit olim ad Leonardum Abel episcopum sidoniensem, uti in fronte adnotatur.

CLXXXII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 165, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim centesimus quinquagesimus tertius; ubi continetur.

1. *Liber medicinae spiritualis, de disciplina morum*; ubi et *isagoge ad philosophiam*. Auctoris nomen latet: fortasse est Abu-Mohammad ben-Zacharia al-Razi, cuius nomen initio profertur. Opus morale capitibus viginti absolutum, quorum series prohoemio subnectitur; cuius init. fol. 1, a terg. Porro caput 1. De praestantia intellectus, eiusque laude. Fol. 3. a terg. Caput 2. De vitio voluntatis, eiusque refrenatione; et summa ex sententia sapientis Platonis. Fol. 5. Finis huius capitis, et sequentia capita usque ad octavum desiderantur, eorum tituli in praedicta serie indicantur, prout sequitur. Ca-

put 3. De iis, quae pravae animae accidunt in eius separatione a corpore. Caput 4. De cognoscendis vitiis propriae animae. Caput 5. De expulsione amoris, et pravae consuetudinis, deque concupiscentia. Caput 6. De expulsione admirationis sui ipsius, aliorumque similium. Caput 7. De expulsione invidiae. Caput 8. De expulsione iracundiae. Integrum est hocce caput cum sequentibus. Fol. 6. Caput 9. De vitando mendacio. Fol. 7. a terg. Caput 10. De avaritia. Fol. 10. Caput 11. De damno, quod ex cogitatione et animi inquietudine provenit. Fol. 11. a terg. Caput 12. De expulsione maeroris. Fol. 13. a terg. Caput 13. De expulsione gulae. Fol. 19. a terg. Caput 14. De ebrietate, eiusque extremis. Fol. 21. Caput 15. De immoderato usu copulae carnalis. Fol. 24. Caput 16. De expulsione vitii cupiditatis et luxuriae. Fol. 26. Caput 17. De quantitate lucri, possessionis, et sumptus. Fol. 29. Caput 18. De expetitione dignitatum atque stationum mundanarum. Fol. 34. Caput 19. De vita praestanti et perfecta. Fol. 41. Caput 20. De timore mortis. Fol. 42. a terg. Desinit fol. 46. a terg. in hanc amanuensis anonymi adnotationem. *Explicit liber medicinae spiritualis, ope Dei excelsi. Et Deo gratias semper in aeternum. Eius autem calligraphus miser, in mari peccatorum suorum mersus, orat omnes, qui eundem librum inspexerint, ut ei misericordiam et veniam apprecentur in die tremendo ipsius praesentationis* (nempe iudicii). *Et laus Deo.*

2. *Liber de directione indolis*, sive de recta morum disciplina, auctore sapiente Abu-Zacharia Iahia ben-Adi, syro iacobita; de quo alibi. Init. fol. 47. a terg. Ad marginem frontis eadem manu adnotatur, haud absimile opus compositum fuisse ab *Abul-Hasan ben-al-Hasan ben-al-Haitham*. 3. Epistola Hermetis sapientis praestantis, paraenetica, in prohoemium et sex capita distributa, quorum ultimum fine caret. Ibi exstimulatur anima, ut a rebus inferioribus ad superiores se convertat, quaeque sibi nocent, effugiat, et quod bonum est atque rectum amplectatur. Prohoemium incipit fol. 104. a tergo; epistola vero incipit fol. 105. a terg. 4. Excerpta ex sermonibus variorum ss. patrum, nempe ex libro Ammar bassorensis, ex epistola S. Iohannis canonici ad Severum patriarcham antiochenum, ex dictis ss. patrum monachorum, et S. Iohannis chrysostomi, de fugienda consuetudine mulierum, de timore Dei, deque virtutibus exercendis. Deest principium. Incipiunt autem fol. 133. 5. Cuiusdam ex ss. patribus, reprehensio animae. Fol. 144. 6. Cuiusdam sancti abbatis epistola ad discipulum suum, qui relictis monasteriis in civitate habitabat. Fol. 144. 7. S. Ephraemi syri concio paraenetica ad eos, qui frequenter peccant, et raro paenitent. Fol. 145. a terg. 8. Eiusdem confessio cum deprecatione. Fol. 148. 9. Eiusdem concio de pietate in Deum, et de continentia. Fol. 150. 10. Deprecatio et oratio, ex sermonibus S. Cyrilli patriarcharum alexandrinorum vigesimi quarti. Fol. 154. 11. Epistola scripta a S. Nilo ad quemdam mona-

chum. Fol. 158. 12. Oratio et paraenesis mar-Iacobi episcopi civitatis Sarugi. Fol. 158. a terg. 13. Oratio Davidis fili Isai pro peccato suo. Fol. 162. Is codex scriptus fuit anno Christi 1301, uti haec docent calligraphi verba, quae in clausula libri ben-Adi de directione indolis, fol. 103. leguntur. *Et completa est exscriptio huius libri feria quinta, die decima quinta mensis emscir, anno sanctorum martyrum millesimo decimo septimo. Eius vero calligraphus, qui in peccatis suis miser est, et in mari delictorum suorum mersus, rogat et obsecrat omnes, qui eundem librum viderint, aut illum descripserint, ut misericordiam et veniam ei, suisque parentibus in die tremendae ipsius praesentationis apprecentur. Et gloria Deo semper perpetuo et in aeternum, et super nos misericordia eius in saecula saeculorum. Amen.*

CLXXXIII.

Codex in folio bombyc. foliorum 259, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam ex Aegypto inlatos, olim trigesimus octavus. Ibi continetur.

Aminaddaulae Abulpharagii, filii Iacobi, fil. Isaaci cognomento ben-al-Caf, medici *almasihi*, id est *christiani*, saeculo decimo tertio clari, *liber salutaris de medicina*, in duas partes complectentes duodecim tractatus, variis sectionibus absolutos, distributus; ex quibus tamen posteriores quinque desiderantur. Pars I. Continet septem priores tractatus, praemissa praefatione generali, una cum serie tractatuum et sectionum utriusque partis. Eius initium fol. 1. a tergo. Tractatus I. De definitione medicinae, eiusque divisione, et rebus naturalibus; ubi et de singulis humani corporis membris exponitur. Eius sectiones 44. Init. fol. 3. Tractatus II. De causis morborum. Sectiones XI. Init. fol. 128. Tractatus III. De iis, quae corporibus necessaria sunt. Sectiones 14. Init. fol. 157. Tractatus IV. De signis morborum. Sectiones XXXII. Init. fol. 176. Tractatus V. De morbis, qui accidunt in planitie corporis, sive extrinsecis. Sectiones VII. Init. fol. 233. Tractatus VI. De febribus. Sectiones VI. Init. fol. 241. Tractatus VII. De venenis, aliisque nocentibus, eorumque antidotis. Sectiones VI. Init. fol. 250. a terg. Desinit fol. 258. a terg. in hanc epigraphen. *Explicit libri salutaris tractatus septimus de venenis: et consequitur in altera parte, tractatus octavus de morbis instrumentorum animalium*; qui tamen deest. Aliorum quatuor posteriorum tractatuum tituli in indice, praefationi generali adnexo, habentur; videlicet tractatus IX. De morbis instrumentorum respirationis. X. De morbis instrumentorum nutrimenti. XI. De morbis instrumentorum generationis. XII. De mor-

bis artuum, et venarum, aliisque eiusmodi. Haec tamen altera pars in bibliotheca vaticana desideratur. Is autem perrarus codex scriptus fuit anno Christi 1271, uti haec docet calligraphi adnotatio, quae fol. 259. ad calcem apposita est. *Et exaravit hunc librum manu sua David filius Iacobi almasihi* (*christiani* videlicet: erat autem David fortasse auctoris frater) *medicae artis peritorum minimus. Completus autem fuit die decima mensis sciaaban, anno hegirae sexcentesimo septuagesimo. Et laus Deo semper.*

CLXXXIV.

Codex in fol. bombyc. foliorum 354, partim latine partim arabice exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim centesimus quadragesimus sextus; ubi continetur.

Lexicon latino-arabicum, alphabetico ordine dispositum, sed imperfectum; tum quia incipit a littera A, et desinit in totam litteram O; tum quia non ad singula vocabula latina apposita sunt sua respondentia arabica; illa tamen pauca, quae occurrunt, accurata sunt et elegantia, variisque adnotationibus illustrata. Init. lat. fol. 1. *latebrosus a um.* Is codex ad decimum septimum Christi saeculum videtur referendus.

CLXXXV.

Codex in 4. chart. foliis constans 542, partim arabico partim latino charactere et sermone eleganter exaratus, inter codd. ecchellenses olim trigesimus quintus; quo continetur.

Lexicon arabico-latinum, secundum alphabeti arabici litteras dispositum; praemissis sectionibus sex, ubi nomina et attributa Dei, Christique domini, et spiritus sancti, nec non nomina angelorum, daemonum, stellarum, et rerum corporearum recensentur; auctore anonymo. Init. fol. 1. a terg. *In nomine patris* etc. *Deus.* Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

CLXXXVI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 507, partim arabice partim latine exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus septuagesimus quartus; quo continetur.

Lexicon arabico-latinum, secundum alphabeti arabici ordinem dispositum; sine auctoris nomine. Init. fol. 1. a terg. *In nomine patris et filii et*

spiritus sancti. Amen. Deus , idem. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

CLXXXVII.

Codex in 4. chartac. foliorum 468 , partim arabice partim latine exaratus ; quo continetur.

Lexicon latino-arabicum secundum alphabeti latini ordinem dispositum : sed pleraeque voces latinae interpretationibus suis arabicis carent . Init. fol. 1. *D. ante A. Dacia. Dactylis , dis. Dactylotheca .* Is codex decimo septimo Christi saeculo videtur exaratus.

CLXXXVIII.

Codex in 8. chartac. foliorum 112 , arabicis litteris et sermone eleganter exaratus , inter codd. arabicos vaticanos olim centesimus decimus tertius ; ubi continetur.

Lexicon arabicum praecipuorum verborum et nominum , alphabetico ordine dispositum , cum interpretatione partim latina partim italica ; adiecta epitome grammaticae arabicae ad usum tyronum ; auctore Dominico Sirleto neophyto , cuius tamen nomen in fronte desideratur. Init. fol. 1. Is codex autographus est. In eius autem clausula fol. 112. haec leguntur . *Explicit liber iste , ope Dei regis largitoris* etc. *manu mei humilis peccatoris pauperis inter homines , nomine Dominici , baptizati Romae in basilica sancti Petri apostoli anno Christi* 1577. Pertinuit olim ad collegium neophytorum et transmarinorum de Urbe.

CLXXXIX.

Codex chartac. in 4. foliorum 146 , arabicis litteris et sermone exaratus , inter codices arabicos vaticanos olim centesimus octogesimus sextus ; quo continetur.

1. Expositio singulorum fere verborum epistolae S. Pauli ad Romanos , imperfecta ; adiectis aliis verbis synonymis , et adiectivis arabicis , cum notis italicis et latinis incerti auctoris ad marginem. Init. fol. 1. 2. Vocabularium arabico-italicum litterae tantum *aleph* ; et quidem imperfectum. Init. fol. 49. *Iddio.* 3. Historia Susannae , ex capite XII. prophetiae Danielis. Init. fol. 51. a terg. 4. Prophetia Abdiae . Non habentur nisi priores octo versus . Init. fol. 58. 5. Oratio Danielis prophetae. Init. fol. 59. 6. Explicatio nonnullorum verborum arabicorum et turcicorum. Fol. 62. a terg. 7. Numeri arabici , tam per figuras quam per litteras expressi. Fol. 87. 8. Interpreta-

tio arabica nonnullorum verborum turcicorum. Fol. 93. 9. Attributa Dei, nec non Christi, et spiritus sancti, cum nominibus ordinum angelorum; subiecta latina eorumdem interpretatione. Fol. 105. *Dominus Deus.* 10. Coniugatio verbi arabici primi ordinis; adiectis variis nominibus in singulari et plurali. Init. fol. 134. Is codex nullius ferme pretii est, utpote qui ab aliquo linguarum orientalium tyrone in sui usum exaratus fuit.

CXC.

Codex in fol. chartac. foliorum 46, partim arabicis partim syriacis litteris et sermone exaratus, inter codices ecchellenses olim trigesimus primus; quo continetur.

1. Grammatica arabica brevis; ubi de verborum inflexione potissimum agitur; absque auctoris nomine. Init. fol. 1. a terg. 2. Gregorii Barhebraci maphriani seu primatis orientis syrorum Iacobitarum, carmina IV. heptasyllaba et dodecasyllaba, syriace, duabus laterculis disposita, quorum primum *de rebus divinis et creatis*, sive de sapientia divina; quod syriace et latine sub nomine veteris philosophi typis vulgatum fuit. Init. fol. 37. Carmen II. de perfectione, philosophicum, libratum, cuius nempe singula disticha similiter desinunt. Fol. 41. In eius clausula fol. 46. a terg. haec adnotatio legitur. *Explicit carmen libratum, quod pater noster maphrianus composuit in urbe arsacida* (seu regia) *Bagdad, anno Graecorum* 1588. (Christi 1277.) Carmen III. de cerco. Fol. 46. Carmen IV. de amico, qui cum auctore disputabat. Fol. 46. Is codex ad medium decimum septimum Christi saeculum videtur referendus.

CXCI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 135, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano in bibliothecam vaticanam inlatos, olim septuagesimus tertius; quo continetur.

Gabrielis ben-Farahat, monachi libaniotae maronitae, ordinis sancti Antonii abbatis, deinde archiepiscopi Alepi, anno Christi 1730. cum sanctitatis fama defuncti, grammatica arabica, cui titulus: *investigatio postulatorum, et excitatio postulantis, de fundamentis linguae arabicae*; omnium, quae hactenus prodierunt, accuratissima; Arabibus christianis aeque ac mahometanis probatissima. Dividitur in duplicem praefationem, et in tres libros, variis partibus, et investigationibus, seu capitibus, quae iterum in varia postulata abeunt, constantes; quorum series primae praefationi subnectitur; cuius initium fol. 1. a terg. Altera praefatio inscripta de modis litterarum et no-

tarum vocalium alphabeti arabici, constat duabus investigationibus, et sex postulatis. Init. fol. 7. a terg. Liber I. de coniugatione verborum. Eius partes VIII, investigationes VII, postulata omnino CIII. Init. fol. 9. Liber II. de declinatione nominum. Partes II, investigationes XVI, postulata omnino LIX. Init. fol. 43. a terg. Liber III. De fundamentis grammaticae arabicae, partis ad terminationem et extrema vocum pertinentis. Partes undecim, investigationes LI, postulata omnino CCXXIX. Init. fol. 61. terg. Consequitur conclusio totius operis, de syntaxi verborum compositorum, constans quinque investigationibus, et duodecim postulatis. Fol. 130. a terg. Is codex ab auctore recognitus est, variisque in locis eius manu emendatus.

CXCII.

Codex in 4. chartac. foliorum 150, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam inlatos, olim septuagesimus quartus; ubi continetur.

Gabrielis ben-Farahat, monachi libaniotae maronitae; de quo in praecedente codice, *divan* seu poëmata sacra et moralia CCXXVIII. elegantissima, Arabibus aeque ac eius grammatica probatissima, quorum index alphabetico ordine dispositus praefationi praefigitur; cuius initium fol. 6. a terg. Porro poëma primum hocce argumento praenotatum, h. e. *Dixit Gabriel monachus libaniota, cuius Deus misereatur, in laudem Christi domini; de eo exponens ex vetere et novo testamento, describensque qualitatem eiusdem incarnationis et passionis, adversus nonnulla novatorum haereticorum dogmata de mysterio divinae incarnationis. Idque anno Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo.* Singulorum poëmatum argumentis, nota temporis, quo ea auctor panxit, subest. Incipit fol. 8. a terg. Poëma CCXXVIII. et ultimum, de Iohanne evangelista; elucubratum anno Christi 1716. Init. fol. 150. a terg. Is codex ab auctore recognitus fuit, eiusque manu nonnullis in locis emendatus.

CXCIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 46, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codd. arabicos vaticanos olim centesimus decimus nonus. Ibi continentur.

1. Formulae epistolarum ad patriarchas, episcopos, aliosque inferioris gradus ecclesiasticos, et ad principes viros, cum suis responsionibus iuxta rationem scribendi Coptitarum; principio mutilae. Init. fol. 1. 2. Tractatus de administratione rei familiaris, deque regulis mutuae societatis; sine

auctoris nomine; principio et fine mutilus. Init. fol. 30. 3. Tractatus de ponderibus et mensuris, quibus orientales uti solent; principio pariter et fine mutilus. Init. fol. 40. Is codex ad decimum quartum Christi saeculum videtur referendus.

CXCIV.

Codex in 8. chartac. foliorum 67, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codd. arabicos vaticanos, olim centesimus decimus octavus; quo continentur.

Apophthegmata quaedam et adagia, ex variis auctoribus collecta, et exposita a Dominico Sirleto; uti ex epigraphe ad calcem apposita liquet. Praemittitur canticum sancti Ephraem syri de amore sapientiae, arabice e syriaco redditum. Init. fol. 2. a terg. Consequuntur apophthegmata et adagia incertorum auctorum, subiecta singulorum expositione. Init. fol. 9. Item adagia quaedam, pleraque moralia, ex libro Abu-Obaid al-Kasen, ben-Salam, cognomento al-Laghui, i. e. rhetore (qui liber *alamtal alsairat*, id est *adagia nobis a veteribus relicta*, inscribitur) excerpta. Hic autem auctor anno hegirae 224. (Christi 838.) interiit. Init. fol. 23. Is codex scriptus est a Dominico Sirleto anno Christi 1584, ut haec docent eiusdem verba, quae fol. 60. a terg. leguntur. *Ope Dei excelsi, explicit hic liber manu humilis inter homines, nomine Dominici Sirleti neophyti, qui illum ad suum usum collegit, manuque propria exaravit. Accidit autem eius complementum die* 13. *mensis elul* (septembris) *anno Christi* 1584. *Et Deo gratias.* Pertinuit olim ad collegium neophytorum et transmarinorum de Urbe; uti in fronte praenotatur.

caput gratiarum actionis et precationis, *caput sanitatis*. Septem constat commatibus, unde et *septenarium* nuncupatur. Meccense in hoc codice inscribitur; variant tamen nonnulli, ut scribit Beidavius. *Verisimile est, illud descendisse Meccae, cum orationi tempus fuisset destinatum; Medinae vero, cum homines eo religionis ergo proficisci coepissent. Verisimilius tamen meccensibus adnumeratur.* Recitationi eius mahometica superstitio magnam tribuit vim. *Hadiphus Iamani filius, Mahometis nomine, refert: quod si Deus contra populum miserit poenam, adeo ut decreta iam illi plane sit; puerulus autem eorum unus ex libro alcorani legerit: laus Deo domino saeculorum* (initium est huius capitis); *exaudiet illum Deus excelsus, poenamque per annos quadraginta removebit.* Init. fol. 1. a terg.

II. Caput *vaccae*; titulo desumpto ex lib. Num. cap. 19. ubi de vacca rufa Israëlitarum. Medinense est, commatibus constans 286. Multa de Adami lapsu, Davide, Goliatho, Saule, et Israëlitarum commoratione in deserto interserit. Caput hoc secundum quantitate posteriora quadraginta superat. Eius commata magnae sunt auctoritatis, quippe quae 2000. annis ante conditum orbem finguntur a Deo creata, et ex paradisi thesauris ipsius Dei manu exarata. Init. Ibid.

III. Caput *al-Amran*, sive de Amrani familia. Confundit Mariam deiparam cum Maria seu Miriam Amrami filia, sorore Mosis. Medinense est, commatum 200. De Maria agit, Christo, Iohanne, apostolis, Trinitate. Lectoris praemium: *quicumque caput Amrani legerit, unoquoque commate meretur securitatem contra carcerem gehennae*. Init. fol. 16.

IV. Caput *de mulieribus*, medinense, commatum 176; sic dictum, quia disserit de mulieribus, polygamia, sponsalibus, repudiis, prohibitis gradibus. Lectoris praemium: *qui caput mulierum legerit, perinde est ac si credenti cuique daret possessionem in hereditatem, et tantum erogaret quantum satis est ad redimendum liberum: et a societatis crimine alienus erit, in voluntate Dei excelsi ex illis, quibus pepercit.* Init. fol. 24.

V. Caput *mensae*, medinense, continens commata 120. Sic inscribitur, quia mensae meminit caelitus ad apostolos demissae. Caenam Domini vulgo intelligunt: sed reclamant Mahometani. Videtur potius alludere ad Ioh. cap. 6. Hoc qui legerit caput, iudicio Mahometis pseudo-prophetae (haec enim praemia omnia ab eo constituta sunt, et eius etiam nomine a Beidavio, ex quo haec desumpsimus, referuntur) *accipiet mercedis loco decem bona, et delebit decem mala, et exaltabitur decem gradibus.* Init. fol. 33. a terg.

VI. Caput *de ovibus*, ubi de variis circa eas alendas mactandasque ritibus. Meccense est, exceptis commatibus sex posterioribus, inde a verbis *dic, venite*, quae medinensia censentur. Omnino absolvitur com-

matibus 163. *Quisquis legerit caput de ovibus, orant pro eo veniamque rogant septem angelorum milia, iuxta numerum cuiuslibet commatis eiusdem capitis de ovibus, diu noctuque.* Init. fol. 41.

VII. Caput *de pariete* seu *septo*, caelum terramque inter iacente. Limbum vocat Ryer; alii purgatorium intelligunt. Occasio huius capitis petita videtur ex Luc. cap. 16. Varia beatorum et damnatorum habentur colloquia. Exceptis posterioribus octo commatibus, meccense est, constans commatibus 206. Praemium lectoris: *ponit Deus die resurrectionis inter ipsum et daemonem sepimentum; eritque Adam, cui pax, advocatus eius die resurrectionis.* Init. fol. 48. a terg.

VIII. Caput *de manubiis*, medinense, commata habens 75. Agit de divisione manubiarum. Nata occasio ex proelio bederensi, quo commisso, disceptatum fuit inter Moslemanos, an tantumdem deberetur illis, qui Medinam cum Mahomete fugerant, quantum proelii sociis; quod Mahometes adfirmavit. Qui hoc demurmuraverit caput, pollicetur ei Mahometes se futurum *advocatum eius die resurrectionis, ac testem, quod sit expers impietatis.* Init. fol. 57. a terg.

IX. Caput *paenitentiae*, medinense, duobus exceptis commatibus; constans omnino 127, vel ut aliis placet, 129. aut 130. commatibus. Proprium habet hoc caput, quod usitata exordiendi formula *in nomine Dei misericordis miseratoris* omittitur. Nempe foederi cum hostibus Mahometes renunciat, ubi pacis et salutis formulae locum dari noluit. Hinc Mahometani in Christianos alteriusve persuasionis homines incidentes, a consueta apud orientales gentes salutandi formula *pax vobis*, abstinent; sed vel capite inclinato, vel manibus pectori admotis, salutant. Vocatur alias caput *immunitatis*; se enim a foedere cum hostibus immunem esse vult. Pluribus aliis hoc caput nominibus praenotatur, teste Beidavio. *Sunt alia huius capitis nomina: paenitentia, ab hypocrisi ad veram fidem revocans, scrutinium, diruens, investigans, talionis lege vindicans, fodicans, increpans, ignominia afficiens, loquens, disperdens, castigans. Item caput supplicii. Agitur enim de paenitentia fidelium, restitutione ab infidelitate, quae est liberatio ab illa: scrutatur statum apostatarum, eorumque poenas; quaeque de iis inquirit, in lucem protrahit, de quibus etiam sermones miscentur: iidem expelluntur, dissipantur, et idcirco puniuntur.* Mahometis de hoc capite iudicium. *Non descendit ad me alcoranus integer, sed seorsim per partes, nempe singula commata, et singulae voces;* excepto capite de paenitentia, et cap. (110.) cuius initium: *dicite, Deus unus. Haec enim integra demissa sunt, et cum iis 70000. angelorum ordines.* Init. fol. 61. a terg.

X. Caput *Ionae*, meccense, commatum 109, denominatum a Iona et

Ninivitis, quorum historia sub finem attexitur. Illud qui legerit, *tribuitur ei merces decem praemiorum, secundum numerum eorum, qui Ionae prophetiam veram agnoverunt, vel mendacii arguerunt; et secundum numerum eorum, qui cum Pharaone submersi.* Init. fol. 68.

XI. Caput *Hudi*, i. e. *Eberi*, prophetae fictitii, meccense, commatum 123. Idem praemium est, quod superioris; nisi quod accedit mantissa, lectorem futurum *die resurrectionis ex beatis*. Init. fol. 72. a terg.

XII. Caput *Iosephi*, mecceuse, commatum 110. Continet patriarchae Iosephi historiam, talmudicis ubique fabulis refertam. De eius occasione haec habet Beidavius. *Fama est doctores Iudaeorum dixisse proceribus associantium* (Christianorum arabum) *quaerite ex Mahomete, cur deportatus fuerit Iacobus ex Syria in Aegyptum? Historiam item Iosephi, et tunc delapsam esse.* Hoc prae ceteris caput Mahometani suis legendum commendant. Beidavius, ex auctoritate Mahometis, haec tradit. *Ubicumque moslemanus illud legerit, aut docuerit illud familiam suam, aut quidquid manu sua* (famulitium) *acquisiverit, facilem ei reddit Deus potum mortis, largiturque ei robur, cui nullus moslemanus invidere queat.* Praeter hoc praemium, commune etiam habet, de quo idem Beidavius: *qui filium suum docuerit unum ex alcorani commatibus, plus illud ei emolumenti affert, quam si observaret institutum ieiunii tota die, aut stationis tota nocte. Imo praestat eleemosynae mille denariorum pauperibus et egenis erogatorum.* Init. fol. 77. a terg.

XIII. Caput *tonitrui*, medinense, alii tamen meccense esse volunt, uno excepto commate. Constat commatibus 45. Agit de providentiae operibus. Hoc qui legerit, *accipiet mercedem decem beneficiorum exactam ad pondus cuiuslibet nubis praeteritae, et usque ad diem resurrectionis futurae: excitabiturque ultimo die inter eos, qui foederi Dei satis fecerunt.* Init. fol. 82. a terg.

XIV. Caput *Abrahami*, meccense, commatum 51. Agit de Mose et Abrahamo. Hoc qui legerit, idem cum superiore habebit praemium, *iuxta numerum tam eorum qui coluerunt idola, quam qui non coluut.* Init. fol. 84. a terg.

XV. Caput *Heger*. Ryer vocat *valée, aupres de la Mecqua*; Golius *mansiones Arabum themuditarum*, quae inter Syriam Mediuam atque Meccam. Fabulosa multa de incolis petrosae illius vallis tradit. Caput hoc meccense est, absolutum commatibus 99. *Qui legerit caput Heger, praemium habet decem beneficiorum, iuxta numerum eorum, qui religionis causa fugerunt, aut adiutorum* (Mahometis), *aut eorum qui Mahometem riserunt.* Init. fol. 87.

XVI. Caput *de apibus*, meccense, exceptis tribus sub finem commati-

bus. Habet commata 118. De variis Dei operibus et animalibus, tandem etiam de apibus et melle disserit. Hoc qui legerit, *nequaquam rationem ab eo petet Deus de iis, quae ei in hoc mundo contulit, beneficiis. Si moriatur ea die, qua illud recitaverit, aut nocte, eam obtinet mercedem, quam qui in testamento edendo officium praestitit praemio dignissimum.* Ioit. fol. 88. a terg.

XVII. Caput *de filiis Israëlis*, meccense. (Quidam tamen excipiunt nonnulla). Commata habet 110. iuxta exemplar cuficum, iuxta medinenso vero 111. Recitat statum Israëlitarum, et calamitates; agit etiam de Adamo, resurrectione, et variis legibus. Ryeri inscriptio habet *voyage de nuit* etc. *iter nocturnum*, quod fecit Mahometes Boraco insidens, de quo vide Hottiogerum hist. eccl. saec. XIV. pag. 659, et Ryer interpr. alcor. pag. 187. *Qui legit caput de filiis Israëlis, et emollitum fuerit cor eius ad mentionem parentum suorum, habebit centipondium in caelo*; est autem *centipondium* 1200. librarum. Ioit. fol. 93.

XVIII. Caput *speluncae*, meccense, exceptis verbis *patientem te praebe cum iis, qui invocant Dominum suum mane et vespere*. Commatibus constat 110, aut 105. Meccense est, iuxta alios medinense. Historiam septem dormientium ponit. Quaedam ex testamento vetere addit; de statu item post hanc vitam, resurrectione, caelo. *Si quis legerit capitis speluncae postremam partem, erit ei luminis vice a capite ad calcem* (vel πρόσω ἢ ὀπίσω). *Qui vero legerit totam, erit ei lumen a terra ad caelum.* Init. fol. 97.

XIX. Caput *Mariae*, meccense totum, excepto commate *adoratio*, commatibus absolutum 99, de Maria, filio eius (cuius negat deitatem), patriarchis Abrahamo et Enocho. *Et qui legerit caput Mariae, accipiet praemium decuplum pro numero eorum, qui mendacii arguerint Zachariam, vel crediderint in eum, et in Iohannem, et in Mariam, et in Iesum, et in reliquos prophetas* (quorum ibidem fit mentio), *et pro numero eorum, qui Deum in hoc mundo invocant.* Init. fol. 101. a terg.

XX. Caput *TH*, i. e. ut Gelaleddinus et alii explicant, per initiales litteras *thuba et huab*, *beatitudo et infernus*. Beidavius ex dialecto Accaeorum *Νῦν* interpretatur. Meccense est, commatibus comprehensum 134, de Mose, Pharaone, adoratione hominis, paradiso, et ultimo die. *Lector ultimo die obtinebit*, ut supra num. XV. Init. fol. 104.

XXI. Caput *prophetarum*, meccense, commatum 111, iuxta alios 112, de prophetis, operibus Dei, patriarchis, regibus testamenti veteris, Iohanne, B. V. Maria, Gog et Magog. *Lectori huius capitis Deus se facilem praebebit in subducenda ratione.* Init. fol. 107. a terg.

XXII. Caput *peregrinationis meccanae*; meccense est, exceptis sex commatibus; constat commatibus 78, iuxta alios 76. *Lector tantumdem au-*

fert, *quantum ille*, *qui ipsemet Meccam religiose fuerit peregrinatus*. Init. fol. 110. a terg.

XXIII. Caput *fidelium*, meccense, commatum 119. Disserit de variis operibus creationis et providentiae, resurrectione, natura iustorum, piis et impiis. Lectori promittitur magnum contra angelum mortis solatium; immo decem prioribus commatibus tantam tribuit virtutem pseudo-propheta, ut si quis ea legerit *ingrediatur paradisum*. Init. fol. 114.

XXIV. Caput *lucis*, medinense, commatibus absolutum 64. Argumentum capitis desumitur ex analogia lucis cum Deo. Multa habet moralia et forensia de scortationis poena, dicendo testimonio, obedientia, modesto habitu, convivalibus legibus, pluvia item, et aliis naturalibus. Lector (ut mahometicas indulgentias, confuse saepe conceptas, continuemus) refert praemium decuplum *iuxta numerum cuiusvis fidelis praeteriti et praesentis*. Init. fol. 117.

XXV. Caput *al-phorcan*, i. e. *alcorani*, meccense, 77. commatum. De auctore alcorani, apologia pro Mahomete, de ultimo die, historiis patriarcharum, operibus quibusdam Dei tam creationis quam providentiae. Lectori promittitur *ingressus in paradisum absque contradictione*. Init. fol. 120. a terg.

XXVI. Caput *de poëtis*, quorum sub finem meminit. Item de prophetis prolixius agit, Abrahamo, Mose, Hudo seu Ebero, Lotho, Iethrone. Meccense est, quatuor exceptis commatibus medinensibus. Constat commatibus 126, vel 127. Lectoris praemium est *decuplum pro numero eorum*, *qui in Noachum*, *Hudum*, *Salehum*, *Scioaibum*, *et Abrahamum*, *crediderunt*, *aut eos mendacii arguerunt*; *et pro numero eorum*, *qui mendacii arguunt Isam* seu *Iesum*, *et in Mahometem credunt*. Init. fol. 123. a terg.

XXVII. Caput *formicarum*, commatum 93, de Mose, Davide, Salomone, formicis, quae ne a Salomomone conculcarentur metuerunt, regina Saba, Lotho, Saleho, ultimo iudicio. Qui legerit hoc caput *TASM* (ita a prima voce nuncupatur) *habebit decuplum praemium*, *iuxta numerum eorum*, *qui in Salomonem*, *Hudum*, *Salehum*, *Abrahamum*, *et Scioaibum credunt*, *aut eos mendacii arguunt*. *Idem egredietur e sepulchro clamans*, *non est Deus nisi Deus*. Init. fol. 127.

XXVIII. Caput de historiis, 88. commatum, meccense, exceptis verbis *quibus praebuimus librum*, ad eius dictum *insipientes*. Varias testamenti veteris repetit historias, Mosis praesertim. Lectoris praemium *iuxta numerum eorum*, *qui Mosi fidem vel adhibent vel denegant*. *Neque supererit angelus in caelo et terra*, *qui non ultimo ei die sit testimonium perhibiturus*, *esse eum iustum*. Init. fol. 130.

XXIX. Caput *araneae* (mala enim opera comparantur ibi araneae), mec-

cense, aliis medinense, commatum 60. Historiam prophetarum testamenti veteris repetit: de Ade, Themude, alcorani praestantia, statu impiorum, quaedam interserit. Lectoris praemium decuplum, *iuxta numerum omnium fidelium et infidelium.* Init. fol. 134.

XXX. Caput *de Romaeis*, meccense, exceptis verbis *laudate Deum*. Constat commatibus 60. Magni faciunt hoc caput Mahometani, tamquam fatidicum de expugnando romano imperio. Multa postea subiungit tum naturalia tum moralia. Mahometes lectori promittit decuplam mercedem *iuxta numerum angelorum, qui Deum laudant inter caelum et terram. Idem lector assequitur quidquid die et nocte amisit.* Init. fol. 137.

XXXI. Caput *Locmani*, i. e. *Aesopi*; uti interpretantur Hottingerus hist. orient. pag. 68, et Herbelotius bibl. orient. pag. 516. Meccense est; quidam tamen excipiunt comma unum, alii tria. Commata recensentur a quibusdam 34, ab aliis 33. Beidavius sic: *caput Locmani, super quo pax. Meccense est, tribus exceptis commatibus, quum dicit excelsus* (metonymice sic alcoranum vulgo appellant, quasi ab excelso Deo profectum). *Et si quidquid est in terra arborum, essent calami, ad finem trium commatum: estque 33. commatum in medinensi, 34. in cufico.* Lectoris socius erit die resurrectionis Locmanus, quem magnum prophetam vocat, et mercedem accipiet decuplam, *prout ille qui fecerit iustum, et iniustum prohibuerit.* Init. fol. 138.

XXXII. Caput *adorationis*, meccense 30. vel 29. commatum. Historica habet et moralia. Qui caput hoc domi suae demurmuraverit, *non ingredietur domum eius satanas tribus diebus.* Init. fol. 140.

XXXIII. Caput *agminum*, id est sociorum ad oppugnandos prophetas *coniuratorum*. Agit enim de suis adversariis. Quaedam uxorum suarum privilegia explicat, suam Zaido restituit, cui Zaidus repudium misit. Meccense est, 73. commatum. Qui hoc vel legerit, vel familiam suam docuerit, *dabitur ei securitas a poena sepulcri.* Init. fol. 141.

XXXIV. Caput *Sabae* (de Davide enim, Salomone, et incolis Sabae, sermo fit.) Meccense est, exceptis, ut volunt quidam, verbis *et quibus data est scientia* etc. Commatum est 55. Praemium lectoris: *non erit apostolus, neque propheta, quem non sit die resurrectionis habiturus socium et propitium.* Init. fol. 144.

XXXV. Caput *de creatore*, aliis *de angelis*, de quibus agit ab initio tamquam ministris Dei. Meccense est, commatum 45; varia historica, moralia, naturalia habet, contra idola et Coraiscitas. Lectori se patefacient *octo portae paradisi*; *ipsi vero per eas, quacumque voluerit, patebit aditus.* Init. fol. 146.

XXXVI. Caput *IAS*, a prima voce sic appellatum. Quidam explicant *o ho-*

mo, ut sit vox clamantis angeli; alii vero eam esse ignotae et mysticae significationis dictionem volunt. Moralia fere habet. Mecceuse est, commatibus absolutum 83. Vocatur ab ipso Mahomete hoc caput *cor alcorani*; unde et luculentissimum lectori destinatum est praemium, quod ad eius accedit remunerationem, qui *legit alcoranum viginti duabus vicibus*. Moslemanus qui hoc absolverit pensum, tempore mortis stipabitur angelis, *qui in acie dispositi pro eo implorabunt veniam, et precaturi aderunt lotioni eius* (lavare enim mortuos suos solent) *et funeri eius*; *ac precabuntur pro eo praesentes eius sepulturae*. Plura adhuc pollicetur cuivis moslemano hoc caput legenti; de quibus videsis Beidavium. Init. fol. 148.

XXXVII. Caput *ordinum*, ita inscriptum quia eius initio iurat per ordines angelorum. Mecceuse est, 180. commatum, aliis fortasse rectius 81. De prophetis multa enarrat, et de ultimo iudicio. Lectoris merces decupla est *ad numerum omnium daemoniorum et diabolorum. Et recedet contumacia eorum*; *ipse vero immunis erit ab associatione* (i. e. idolatria): *et testimonium perhibebunt ei custodes ipsius die resurrectionis, quod sit ex iis qui in apostolos crediderunt*. Iuit. fol. 150.

XXXVIII. Caput *TSAD* i. e. *veritatis*, vel in quo meutio praedictae litterae, vel caput *resistentiae*. Meccense est commatum 86, de fato prophetarum, qui mendacii fuerint insimulati: de Iobo, Davide, ultimo iudicio. Lectori praemium *dabitur ad pondus cuiusvis montis, quem in obsequium adegit Deus Davidi, et decem beneficia. Et habebit fulcrum, si inciderit in peccatum magnum aut parvum*. Iuit. fol. 152. a terg.

XXXIX. Caput *agminum*. Sic dicitur, quia loquitur de impiis *catervatim* in inferuum deducendis. Mecceuse est, exceptis tribus versiculis; constat commatibus 74, aliis 72 et 73. Praemium lectoris. *Non praecidet ei Deus spem ipsius die resurrectionis, dabitque ei Deus retributionem piorum. Refertur de Mahomete quod singulis noctibus legerit caput filiorum Israël, et hoc agminum*. Init. fol. 154.

XL. Caput *fidelis*, alias *longanimitatis*, meccense, commatum 84, aliis 85. Moralia fere proponit; quaedam de ultimo die, prophetis veteris testamenti, contra Iudaeos et idololatriam. Qui hoc caput legerit, *non erit spiritus prophetae, neque martyris, neque fidelis, qui pro eo non oret, et veniam precetur*. Iuit. fol. 157.

XLI. Caput *distinxit*, alias *adorationis*, meccense commatum 54, aliis 52 et 53: de operibus et indiciis Dei agit. Lector capitis huius obtinet *pro unaquaque littera decem beneficia*. Iuit. fol. 160.

XLII. Caput *consilii*, meccense, commatum 53. De Deo multa, operibus, proprietatibus, statu damnatorum. Lector *erit ex eorum numero, pro quibus orabunt angeli, proque eo veniam precabuntur, eiusdemque misere-*

buntur. Init. fol. 162.

XLIII. Caput *variegatorum*, sive *ornamentorum*, quorum Deus auctor. Meccense est, exceptis verbis *petite ab eo qui misit nos*; commatum 59. Qui legerit hoc caput, *erit ex iis quibus dicetur die resurrectionis, o servi mei, non erit super vos hodie timor, neque tristabimini.* Proponit infidelitatem suorum, ultimum iudicium; Coraiseitas, qui filias Deo tribuebant, increpat. Init. fol. 464.

XLIV. Caput *fumi*; diem enim talem praedicit. Hic vero quis futurus sit, inter eos disceptatur. Meccense est, excepto commate *ego exponam supplicium.* Constat commatibus 33. De Israëlitis nonnulla, Coraiscitis, ultimo iudicio. Qui hoc legerit caput *nocte diei veneris, surgit remissionem mane consequutus.* Init. fol. 166.

XLV. Caput γονυκλισίας. Sic Ryer; Arabes σύναξιν reddunt. De ultimo iudicio agit, quo homines congregandi erunt *coniunctim*; undè capitis nomen. Meccense est, commatum 32. Qui legit hoc caput, *teget Deus verenda eius, tranquillabitque metum eius die rationis* (i. e. ultimi iudicii.) Init. fol. 167.

XLVI. Caput *tumulorum arenosorum*, i. e. habitaculorum filiorum Adi. Vallis est ad fines Arabiae. Nomen habet ab historia Adi et Themudi, de quibus consule Herbelotium et Hottingerum loc. cit. Commatibus constat 35. Lectori eius *adsignantur decem praemia, iuxta quodvis arenae granum in mundo*. Init. fol. 168.

XLVII. Caput *de Mahomete*, alias *de pugna*, medinense, commatum 38. Auctoritatem fere suam contra apostatas defendit. Qui legerit hoc caput, *iure tenetur Deus ei praebere potum ex fluminibus paradisi.* Init. fol. 169. a terg.

XLVIII. Caput *apertionis.* Demissum est quum rediret propheta ex Hadibia. Contra Arabes sui temporis, adversarios infensos, calamum potissimum stringit. Ryeri inscriptio habet *de la conqueste.* Medinense est, commatum 28; et promissionem continere volunt de apertione, i. e. Meccae expugnatione et recuperatione, quae *phatah* dicitur. Huic Beidavius nullam subiicit mercedem. Init. fol. 171.

XLIX. Caput *velorum*, seu *septorum*. Occasio nata ex colloquio habito cum Mahomete, interiectis eiusmodi vel septis, vel velamentis, vel muris (ita enim quidam Arabes intelligunt); quod improbat. Medinense est, commatum 18. Suam prae aliis dignitatem commendat, et a calumniis dehortatur. Lectoris praemium est decuplum *iuxta numerum eorum, qui Deo se praebent vel obedientes vel contumaces.* Init. fol. 172. a terg.

L. Caput *CAF*, quae est littera mysticae significationis; vel ut nonnulli explicant, a prima capitis littera, *de decretis, latis sententiis.* CAF volunt esse nomen

montis, per quem Mahometes iurat, vel per litteram *caf*. De ultimo iudicio et resurrectione agit. Meccense est, commatum 40. Qui legit hoc caput, *ei faciles reddit Deus impetus mortis et potum eius*. Init. fol. 173.

LI. Caput *per ventos*, scilicet *dispergentes* iurat. Ryer reddit *montes*. Priorem tamen versionem probat Beidavius. Meccense est, commatum 60. Exemplis eorum, qui quum prophetas suos mendacii insimulassent, poenas dederunt, suos officii admonet. Lectoris praemium est decuplum *iuxta numerum cuiuslibet venti spirantis et currentis*. Init. fol. 174. a terg.

LII. Caput *montis*, vocem syriacam *thuro* Beidavius agnoscit, cui respondet arab. *giabal*. Iurat per montem Sinai, qui ut ait Beidavius, est mons in Madian. Meccense est, commatum 49. Explicat rationem ultimi iudicii, et vitae aeternae. Deum iterum teneri volunt, ut eum, qui legerit hoc caput, *tutum reddat a sua poena, et bene faciat ei in paradiso suo*. Init. fol. 175. a terg.

LIII. Caput *stellae*, per quam iurat. Meccense est, commatum 68, de apparitione Gabrielis archangeli, quam sibi factam fingit Mahometes; ubi et de resurrectione agit, et de idololatris Coraiscitis. Lectoris praemium sunt *decem beneficia, iuxta numerum eorum qui vel fidem Mahometi adhibuerunt, vel eandem denegarunt Meccae*. Init. fol. 176.

LIV. Caput *lunae*, quam prodigiose scissam fingit pseudo-propheta, suosque hac occasione hortatur Arabes, ne aliorum populorum imitatione obstinati sint aut contumaces. De Lotho, Noacho, Ade, Themude, Pharaone. Meccense est, 55. commatum. Lectori resuscitatio propitia a mortuis promittitur. Init. fol. 177.

LV. Caput *misericordis*. A prima voce nomen habet. Agit de operibus Dei, vita et morte aeterna. Eius commata 70. Qui hoc legerit caput, *gratias agit pro eo, quod ei Deus bene fecit*. Init. fol. 178.

LVI. Caput *irruentis*, scilicet *ultimi iudicii*. Meccense est, commatum 76, de resurrectione, et ultimo iudicio. Lectori *nulla nocte obtinget necessitas*. Init. fol. 179.

LVII. Caput *ferri*, medinense, commatum 28, opera Dei enarrat, ferrum praesertim quoddam caelitus delapsum. Lector refertur inter eos qui *credunt in Deum et apostolos eius*. Init. fol. 180.

LVIII. Caput *contentionis*. Lis inter Mahometem et Arabes quaedam, qui hac formula, *tu mihi ut dorsum matris meae*, suis uxoribus repudium mittebant. Habet etiam monita quaedam, et moralia. Commatibus constat 28. Lector die resurrectionis adnumerabitur populo Dei. Init. fol. 181.

LIX. Caput *dispersionis*, vel *exsilii*. Enarrat dispersionem Iudaeorum primam in Syriam. Accedit ad socios fugae religiosae. Addit quaedam de attributis Dei. Medinense est, commatum 24. Lectori *remittit Deus peccata an-*

tecedentia et consequentia. Init. fol. 183.

LX. Caput *explorationis*. Alii Mahometanorum doctores caput *vocationis* appellant. Iubet mulieres illas, quae recepturae leges et iugum mahometicum, viros deserunt, explorari, ut quo animo sint atque intentione, constet. Si fideles sint, permittit earum coniugium. Plura de exsulibus. Constat 13. commatibus. Lectori *erunt fideles utriusque sexus intercessores die resurrectionis*. Init. fol. 184.

LXI. Caput *ordinis*. Iubet enim pugnare in via Dei *ordine*. Medinense est, commatum 14. Pauca tractat historica, de Christo vocante discipulos, de Mose: reliqua moralia. Qui legit, *pro eo orat Iesus, et veniam implorat, quamdiu fuerit in mundo; die autem resurrectionis erit socius sive adiutor eius*. Init. fol. 185.

LXII. Caput *congregationis*. Iubet enim illos diebus veneris, qui propterea dies congregationis vocantur, simul convenire. Constat 11. commatibus. Multa contra Iudaeos sui saeculi habet. Lectori destinata sunt decem praemia *pro numero eorum, qui vel frequentant conventus die veneris, vel negligunt in districtu Moslemanorum*. Init. fol. 185. a terg.

LXIII. Caput *impiorum*, qui ore prae se ferunt quasi Mahometem agnoscerent prophetam, revera tamen negant. Medinense est, 11. commatum. Lector *ab impietate immunis est*. Init. fol. 186.

LXIV. Caput *fraudationis*. Ultimum sic diem appellant, de cuius ratione consuli poterunt notae Erpenii ad hoc caput. Meccense est, commatum 18. De ultimo iudicio, et consequentibus agit, interspersis quibusdam moralibus. Lector *morte repentina non interibit*. Init. fol. 186. a terg.

LXV. Caput *divortii*. Hanc enim materiam, rationem repudiandi uxores, lactandi infantes, conceptionis explorandae, tractat. Medinense est, 11. commatum. Lector *morietur iuxta legem apostoli Dei*. Init. fol. 187.

LXVI. Caput *interdicti*. Prohibet enim usum mellis. Medinense est, trium commatum; in uxores potissimum, et infideles directum. Qui illud legerit, *donabit eum Deus paenitentia copiosa*. Init. fol. 188.

LXVII. Caput *regni*, Dei scilicet potentiae, qua is variis in contumaces modis animadvertere potest. Dicitur etiam *custodiens*, et *eripiens*, quia *custodiet et liberabit* lectorem a poena sepulchri, quam Hebraei הבוט הקבר *percussionem sepulchri* vocant. Meccense est, 30. commatum. Lector perinde habetur, ac si vixisset nocte potentiae. Init. fol. 188. a terg.

LXVIII. Caput *calami*, alias *Nun*, mysticae significationis, per quas voces iurat. Meccense est commatum 50. Poenam suis, nisi obediant, minitatur. Lector idem habebit praemium cum illis *quorum pulchros Deus reddidit mores*. Init. fol. 189. a terg.

LXIX. Caput *veritatis*, alias *iudicii*; unde Beidavius *horam* reddit; quo

nomine dies ille magnus, et criticus venit. Etiam iurandi formula est, petita a certitudine ultimi iudicii. Poenas tam temporales quam aeternas infidelium varie describit; differentiam item piorum et impiorum, inserta fabula de Ade et Themude. Lector *facilem habebit Deum*, *cum rationem ab ipso exiget.* Meccense est, commatum 50.

LXX. Caput *graduum*. Iurat per gradus, vel graduatum, ut ita loquar; quae tamen appellationis ratio plane incerta est et ambigua. Ryer vertit *mouté* simpliciter. Meccense, est commatum 44; moralia fere tractat, additis in impios minis ultimi iudicii. A primis capitis vocibus, vocatur etiam *sal saiel*, *interroga interrogantem.* Lectoris praemium idem est cum iis, *qui fidem suam et foedus custodiunt.* Init. fol. 191. a terg.

LXXI. Caput *Noachi*. Continet enim concionem Noachi ad populum. Meccense est, commatum 28. Eius lector *quasi esset ex eorum numero*, *qui adsecuti sunt vocationem prophetae*, *quocum pax*; i. e. qui vocationem Mahometis vivendo attigerunt. Init. fol. 191. a terg.

LXXII. Caput *geniorum*, seu *daemonum.* Fingit enim daemones audivisse lectionem alcorani. Auctoritatem suam defendit. Meccense est, 28. commatum. Qui caput hoc legerit, *iuxta numerum omnium geniorum*, *qui Mahometis gestis fidem vel adhibent vel detrahunt*, *imputabitur ei redemptio mancipiorum.* Init. fol. 192. a terg.

LXXIII. Caput *vestibus obvoluti*, Mahometis nempe, ut videre est apud Hottingerum hist. orient. pag. 11. Ryer vertit caput *timidi*. Continet preces pseudo-prophetae nocturnas. Contumacium exempla proponit; opera urget. Meccense est, 20. commatum. Qui legerit hoc caput, *aufert ab eo Deus difficultatem in hoc et futuro saeculo.* Init. fol. 193.

LXXIV. Caput *involuti*, storeis nempe, ad aspectum archangeli Gabrielis. Ita epilepticus malum suum celare potuit, specioso religionis fuco. Vide Marraccium et Hottingerum loc. cit. Agit de poena impiorum et hostium. Meccense est, 56. commatum. Lectoris praemium idem est cum superiore LIII. totidem fere verbis repetitum. Init. fol. 193.

LXXV. Caput *resurrectionis*. Totum enim statum ultimi iudicii describit. Meccense est, commatum 40. Qui hoc caput legerit, *ego* (inquit Mahometes) *et Gabriel testabimur resurrectionis die*, *quod ei fidem adhibuerit.* Init. fol. 194.

LXXVI. Caput *saeculi*, vel *hominis*. De vita et morte agit. Meccense est, commatum 30. Initialibus verbis dicit *num venit?* Unde in assignatione praemii *qui legerit caput num venit*, *retributio eius apud Deum est paradisus*, *et sericum*. Init. fol. 494. a terg.

LXXVII. Caput *missorum*, formula iurandi. Beidavius explicat *ordines angelorum*, *quos cum mandatis suis misit Deus*. Alii intelligunt *signa*

seu commata alcorani. : alii aliud. Meccense est, commatum 50. Lectorem Deus refert in catalogum eorum, qui non sunt *ex associantibus*. Init. fol. 196.

LXXVIII. Caput *nuncii*, de resurrectione videlicet, de qua Mahometes rogabatur. Probat hoc capite resurrectionem ex operibus creationis. Meccense est, commatum 40. Lectori *potum frigidum Deus dabit die resurrectionis* Init. fol. 196.

LXXIX. Caput *auferentium*, scilicet *extrahentium*, vel *ventorum*, vel *angelorum mortis : detrahunt enim animas infidelium e corporibus eorum*. Iurat iterum impotens homo. Miscellum est hoc caput, de ultimo iudicio, Mose, et Pharaone, impotentia hominum omnipotentiae Dei comparata. Lector erit *ex iis, quos retinebit Deus tempore resurrectionis, donec ingrediatur paradisum, spatio orationis scriptae.* Init. fol. 196. a terg.

LXXX. Caput *caeci*; sive a voce initiali *habas*. Meccense est, commatum 40. Agit de providentia Dei universali, et de ultimo iudicio. *Qui legerit caput habas, ubi venerit iudicii dies, vultus eius ridebit laetus.* Init. fol. 197.

LXXXI. Caput *rotationis*, *circumvolutionis*. Ita Ryer et Maraccius. Meccense est, 29. commatum, ultimum iudicium describit. Qui illud legerit, *cavebit Deus, quominus fiant manifesta* (opera mala) *cum explicabitur liber eius*. Init. fol. 197. a terg.

LXXXII. Caput *scissionis*, a prima dictione *quum scissi fuerint caeli*. Periphrasis ultimi diei. Agit de iudicio, vita et morte aeterna. Meccense est, 19. commatum. Lector tot obtinet beneficia quot sunt *stillae de caelis et sepulchra*. Init. fol. 197. a terg.

LXXXIII. Caput *fraudulenter versantium* circa mensuras et pondera. Hanc infamiam Beidavius tribuit Medinensibus. Meccense est, commatum 30. Invehitur in Medinenses fraudulentos; tradit quaedam de libris bonorum et malorum operum. Lectori *potum Deus praebebit ex vino obsignato die resurrectionis*. Init. fol. 198.

LXXXIV. Caput *diruptionis*. Periphrasis ultimi diei, quem describit. Meccense est, 25. commatum. Lector obtinebit, ut in asylum Dei admissus, accipiat *librum suum a tergo*. Intelligit librum operum, ne intuitu eius confundatur. Init. fol. 198. a terg.

LXXXV. Caput *castellorum*, signorum zodiaci, per quae iurat. De poena eorum, qui fideles affligunt, de operibus Dei, et de Themude. Meccense est, commatum 22. Lectori *dabit Deus pro numero singulorum dierum veneris, qui erunt in mundo, decem beneficia*. Init. fol. 198. a terg.

LXXXVI. Caput *stellae lucentis*, i. e. Saturni per quem iurat. Meccense est, commatum 17; ex creatione resurrectionem probat. Lectori Deus *imper-*

titur pro numero omnium stellarum in caelo , decem beneficia . Init. fol. 199.

LXXXVII. Caput *altissimi* , alias inscribitur *lauda* , nempe Dei nomen. Utraque inscriptio ex primo commate petita. Meccense est, 19. commatum. Agit de potentia Dei, et de altera vita. Qui legerit hoc caput, *dat ei Deus decem beneficia, pro numero cuiuslibet litterae , quam Deus demisit super Abrahamum , Mosem , et Mahometem.* Init. fol. 199.

LXXXVIII. Caput *obruentis* , calamitatis scilicet ; ultimum diem intelligit, de quo agit, itemque de gaudio beatorum, et poena damnatorum. Meccense est, 19. commatum. Lectori *facilis erit Deus in subducenda ratione* . Init. fol. 199. a terg.

LXXXIX. Caput *aurorae* , per quam iurat. Meccense, 29. commatum, de Ade et Themude ; item de honorandis orphanis, et ultimo iudicio . *Quisquis legerit caput aurorae noctibus decem , remissionem consequitur peccatorum : qui vero illud quotidie legerit , erit ei lux in die resurrectionis.* Init. ibid.

XC. Caput *regionis* , scilicet *Haram*, per quam iurat. Meccense est , commatum 20, de miseria hominis , pauperibus sublevandis . Lectori capitis dabit Deus *securitatem ab ira sua die resurrectionis*. Init. fol. 200.

XCI. Caput *solis*, per quem iurat, meccense , 15. commatum. De sole , luna , die , Themude, quaedam perplexis recitat verbis. Lector capitis aestimatur *quasi eleemosynae loco erogaret quicquid sol et luna collustrant.* Init. fol. 200. a terg.

XCII. Caput *noctis* , alias *si vesperascit*. Utraque inscriptio a primis vocibus desumpta. Medinense est, 11. commatum ; de hominum morumque eorum varietate. Qui legerit hoc caput, *dat ei Deus donec acquiescat* , *et liberat eum a difficultate, eique omnia reddit facilia*. Init. ibid.

XCIII. Caput *orientis solis* , vel *orti solis* . Beidavius enim sic explicat , *tempus elevati solis . In specie autem heic adhibetur , quia lux tunc praevalet, aut quia eo tempore locutus est Moses cum domino suo et deiecit magos , ut se incurvarent.* Orphanorum curam potissimum habet , postquam questus esset a Gabriele archangelo se diu non esse salutatum. Meccense est, commatum 8. Lectoris advocatus erit Mahometes , et praemium decuplum *pro numero orphanorum et mendicorum*. Init. ibid.

XCIV. Caput *an non dilatavimus tibi pectus?* Inscriptio petita ab initialibus vocibus . Aenigmata continet , quae per archangelum Gabrielem exposita finguntur. Meccense est , 8. commatum. Mahometis iudicio , qui legerit hoc caput, *perinde est ac si quis ad me contristatum accederet , et laetitia me adficeret*, inquit pseudo-propheta. Init. fol. 201.

XCV. Caput *per ficum*; pergit iurare per creaturas, ut vel hinc appa-

reat quo ductus fuerit spiritu, et quam frequentes fuerint illae iurandi apud Arabes formulae, a quibus nos Christus dehortatur (Matth. 5). Meccense est, 8. commatum, de creatione hominis, eorumque diversis operibus. Lectori *dabit Deus sanitatem et rectitudinem, quamdiu vixerit; et cum mortuus fuerit, dabit ei mercedem iuxta numerum eorum, qui hoc caput legerint.* Iuit. ibid.

XCVI. Caput *sanguinis concreti* seu *coagulati*, e quo homines creantur, i. e. nascuntur. Alii inscribunt caput *legito*, a prima voce. Meccense est, 20. commatum. *Omnium capitum alcorani hoc primum demissum fuit.* Alii dicunt *caput apertionis* seu *prohoemii*, *et postea hoc.* Obscure indicatur historia Mahometis, et Abi-Geheli, quam ex Beidavio Marraccius in prodromo ad refutationem alcorani part. I. recitat. Qui hoc legerit caput, tantum meretur, quantum qui *legerit totum moſtsel*, i. e. alcoranum. Init. fol. 201.

XCVII. Caput *potentiae*, medinense, commatum 8. Agit de nocte potentiae, qua alcoranus fuit caelo demissus; quamquam quid per demissionem intelligatur, inter Mahometanos nondum conveniat. *Demissio in ea nocte facta est, quia demissionis initium in ea factum; aut demisit totum alcoranum ex tabula in caelum inferius super mensam. Postea Gabriel demisit alcorani capita super apostolum Dei, definitis vicibus.* Nempe non vident, quomodo antilogiam, qua alibi dicitur Mahometes singillatim singula accepisse, concilient. Lector eandem mercedem accipiet, ac si *ieiunasset mense ramadhan.* Iuit. fol. 201. a terg.

XCVIII. Caput *demonstrationis*; petita inscriptio ex fine 2 et 4 commatis. Ryer *instructionem* vertit. Arabes per *baianeh* intelligunt *apostolum et alcoranum.* De officio Arabum suorum, quos vocavit; de idololatrarum et infidelium poena, bonorum operum retributione. Meccense est, 9. commatum. Lector in ultimo iudicio erit *ex optimis creaturis.* Init. ibid.

XCIX. Caput *terraemotus*, qui futurus est ultimo die *ad inflatum tubae primum* vel *secundum.* Constat 8. commatibus. *Qui quater legerit caput quum terraemotus acciderit, perinde est ac si legisset totum alcoranum.* Iuit. ibid.

C. Caput *equorum bellatorum.* Beidavius *festinantes* prae ceteris ad pugnam; Ryer simpliciter *equos*; alii *reditum*, aut *redeuntes* interpretantur. Meccense est; aliis medinense; commatum 8. Lector refert decuplum praemium *iuxta numerum equitantium.* Init. fol. 202.

CI. Caput *calamitatis*, epitheton ultimi iudicii, cuius descriptionem suppeditat. Meccense est, commatum 11. Qui legerit hoc caput, *eodem resurrectionis die Deus deprimit bilancem eius.* Init. ibid.

CII. Caput *pluralitatis*, seu *contentionis de multitudine.* Nata occa-

sione contentionis inter filios Monaphi, et filios Sciami, qui *in multitudine gloriam quaesiverunt*: quibus mortis certitudinem, et sepulchrum opponit. Meccense est, 8. commatum. A lectore *rationem Deus non exiget beneficiorum, quibus eum in hoc mundo affecit, et dabit ei praemium perinde ac si legisset mille commata alcorani.* Init. ibid.

CIII. Caput *per vesperam*, vel *tempus pomeridianum*. Iurat per *vesperam*, vel *preces vespertinas*, aut *aliquam prophetiam*, aut *ipsum tempus*. Meccense est, trium commatum. Lectori *peccata Deus remittit*; *idemque est ex iis qui sibi invicem veritatem commendant et patientiam.* Init. ibid.

CIV. Caput *fracturae*; ita enim Beidavius explicat. Aliis *persequutoris. Diffamator* etiam reddi potest, vel *diffamatrix*; cui interpretationi favet occasio, quam Mahometes praetendit ex Ascianascio filio Sciarik, aut Valido filio Mogeirae, qui clam detraxerunt ipsi. Meccense est, commatum 7. Lectori praemium decuplum est, *iuxta numerum eorum, qui Mahometem eiusque socios irriserunt.* Init. ibid.

CV. Caput *elephanti*. Ad historiam Zarhami regis Arabum, mulieris christianae, et pueri septimestris alludit, cuius epitomem ex Abrahamo ecchellensi, Massudio, aliisque, ad intelligentiam epochae elephanti, quae inde sumpsit exordium, quaque Arabes aliquamdiu usi fuerunt, heic interserendam esse, pretium operae duximus. Zarhamus, cognomento *Dunuas*, Arabiae felicis imperator, christiana, qua ab ineunte aetate institutus fuerat, religione abdicata, ad iudaismum se recepit. Nec id sat habuit, sed impietate sane detestabili sacramenta pessum dedit, ecclesias vel solo aequavit, vel in pecudum convertit stabula; sanctorum lipsana voracibus dedit flammis, et Christianos, qui iudaismum amplecti nolebant, in ardentes fornaces detrudi, aut praecipites agi iussit. Accidit autem, ut mulier christiana quum ad voraces ageretur flammas, ac timore perculsa pedem referre cogitaret, ita a puero septimestri interpellaretur: *o mater, perge in fide tua; nequaquam post hunc alius erit ignis.* Zarhami interea regis erga mulierem hanc et Christianos crudelitate ac impietate summopere commotus Aethiopiae rex, Artabem ducem cum septuaginta militum millibus adversus illum destinavit, ad illatam christianae religioni vindicandam iniuriam. In exercitu Aethiopum ingentis molis erat elephantus, cui similem Arabes nunquam antea viderant. Unde rei novitas aerae occasionem dedit et nomen. Quoniam vero id contigisse dicitur eo anno, quo Mahometes pseudo-propheta natus est, eius natalis annus *aera elephantica* notari solet. Quam quidem epocham incidisse aiunt in annum à victoria Alexandri M. contra Darium octingentesimum octogesimum secundum; et millesimum trecentesimum decimum septimum ab initio regni Nabuchodonosoris, qui respondet anno Christi quingentesimo septuagesimo primo. Sed ad caput alcorani redeamus. Meccense illud est, 5. commatum. Lectorem

custodit Deus *omnibus vitae eius diebus a distinctione et mutatione in deteriorem formam.* Init. fol. 202. a terg.

CVI. Caput *Coraiscitarum*. Breviter complectitur beneficia Dei Coraiscitis praestita. De etymologia vocis Beidavius haec habet. *Coraisc filius Nadhri fil. Kinanae, nomen desumptum a diminutivo Corsc, quod notat bestiam magnam marinam, quae navibus se applicat, nec superari potest, nisi igne. Assimilantur autem illis, quia devorant et non devorantur, superant et non superantur.* Meccense est, commatum 4. Lector habet *decem beneficia pro numero eorum, qui obeunt templum meccanum, et ibidem religionis ergo se continent.* Init. ibid.

CVII. Caput *partis opum Deo consecratarum*. Heic quidem Beidavius intelligit *decimas*. Inscriptio petita est ab ultima capitis voce. Alias dicitur *caput religionis*, a voce postrema primi commatis. A prima voce etiam appellatur *annon vidisti?* Meccense est, 7. commatum. Agit contra Abu-Ghahelum, aut Abu-Sophianum Validum fil. Mogeirae, aut Monaphum. Qui legerit caput *annon vidisti*, *remissionem consequitur*, *periude ac si decimas adtulisset.* Init. ibid.

CVIII. Caput *al-kauthar*, quod varie explicant. Alii *affluentiam*, alii *fluvium paradisi*, ex quo reliqui manant; Beidavius *bonum excellens ob exundantem theoriam, et praxin, et praestantiam utriusque saeculi.* Mahometis indicio dicitur fuisse fluvius paradisi, *ubi praeclarum bonum, quod dulcius melle, candidius lacte, frigidius nive, mollius butyro, cuius orae chrysolithus, et ansae argenteae. Ex eo qui biberit, non amplius sitiet. Alii volunt in eo* (paradiso) *esse piscinam, alii intelligunt filios, et asseclas eius, aut doctores populi, aut alcoranum.* Meccense est, commatum 3. Lectori *potum dabit Deus ex omnibus paradisi fluviis, et adscribentur ei decem beneficia pro numero sacrificiorum, quae quisque devotorum offert die ingulationis*, sive *sacrificii*, qui est decimus mensis dilhegae. Init. ibid.

CIX. Caput *infidelium* (Coraiscitas autem intelligi, observat Beidavius) inter quos et semetipsum antithesim instituit. Meccense est, 6. commatum. Lector perinde aestimatur, *quasi legisset quartam alcorani partem. Et recedet ab eo contumacia daemonum, eritque immunis ab associatione.* Init. ibid.

CX. Caput *victoriae*, *auxilii*, *protectionis*, alias *quum venerit*, vel *expugnationis*, a primis vocibus. Auxilium, et restitutionem Meccae sibi, Dei nomine, pseudo-propheta pollicetur. Medinense est, trium commatum. Lector eodem habetur loco cum illo, *qui cum Mahomete adfuit expugnationi Meccae.* Init. fol. 203.

CXI. Caput *periit*, aut *contrita fuit*, manus nempe Abi-Lahebi, qui

monentem Mahometem lapidibus petere voluit; aut ab ultima voce *almasd funis* ex fibris ligneis, quibus solet caudex palmae contexi. Unde gallica interpretatio Ryeri habet *la chorde de palmier*. Meccense est, 5. commatum. Lector cum Abi-Lahebo easdem aedes non incolet, vel in eodem domicilio non congregabuntur. Init. ibid.

CXII. Caput *salutis*, quo a Coraiscitis rogatus, confessionem suam de Deo pseudo-propheta edidit, quod magni faciunt Mahometani, unde et nummis symbolicis totum insculpunt. Continetur eo mahometanismi compendium. Unde Beidavius: *inter traditiones Mahometis refertur, aequivalentem haberi hunc locum tertiae parti alcorani. Nam subintelligendo intendit explicationem articulorum, iudiciorum, et historiarum. Qui autem aequivalentiam habet generaliter, exinde facile, instituta comparatione, ipsum quod intenditur, adsequitur*. Ita de Mahomete tradunt. *Audivit virum legere illud. Cui dixit, debetur. Quid, rogavit, o apostole Dei? Paradisus, respondit, debetur tibi.* Constat commatibus quatuor. Init. ibid.

CXIII. Caput *separationis*. Initio vocat Deum *dominum separationis, distinctionis*, quia formis suis et modo existendi, omnia distinguit. Explicant interpretes textum de muliercula a iudaeo incitata, quae fune adstricto, inque puteum deiecto fascinavit Mahometem, donec tandem fascinum per Gabrielem fuit sublatum. Constat commatibus 5. Mahometem de hoc capite testatum esse adserunt. *Utique demissa sunt ad me duo capita, quibus similia delapsa non sunt. Adeo ut, si duo illa legas, tuto credere possis, cariora aut gratiora illis Deo nulla esse. Intelligit autem duo illa perfugii*; i. e. quae verbum *perfugium* habent in limine, ultimum videlicet ac penultimum. Init. ibid.

CXIV. Caput *hominum*, sex constans commatibus. Vocatur Deus *dominus hominum*, unde capitis nomen. Discrimen Beidavius utriusque capitis collocat in obiecti diversitate; adeo ut penultimum adversus calamitates corporis, ultimum vero contra animae adversitates muniat. Quisquis haec duo legerit capita, quae vocant *al-mahudtein*, perinde est *ac si omnes legisset libros, quos Deus excelsus demisit*. Init. ibid.

Ex hucusque recensito capitum commatumque elencho, manifesta est exemplarium alcorani varietas, quam in notis ad cod. XII. bibliothecae mediceae laurentianae innuimus; qua etiam terreri videntur Mahometani, queminus ipsi commata numeris notarint. *Exemplar* (inquit Golius grammat. Erpen. 179.) *corani nullum in sua gente extat, quoad scrutando cognovi, ubi surarum commata adscriptis suis numeris sint distincta. Quod ita exacte definire religio, ut puto, per se vetat, tum quia fieri id vix posset citra dissensum.* Signa autem, seu commata, quae supra memoravimus, ex terminatione rhythmica, ad instar carminum etruscorum, dignoscuntur. Verum,

quoniam huiusmodi rhythmus in nullo capite est semper uniformis, ideo nusquam fere certus est commatum numerus. Eadem porro commata non sunt per syllabas disposita, ita ut integrum ac legitimum carmen efficiant, uti fit apud Arabes, Hebraeos, Syros, Graecos, et Latinos; verum sine ulla syllabarum methodo vel numero, saepe brevius, saepe longius prosaice decurrunt, donec in rhythmum desinant. Stilum alcorani Arabes ad caelum extollunt. Stili autem nomine elegantiam, et pulchram rerum verborumque dispositionem intelligo. Est sane in alcorano fluxus quidam verborum, ad aurium pruritum ac lenocinium accommodatus, praesertim ubi modum loquendi propheticum adfectat, et sacrarum litterarum phrasim imitatur. Ceterum ubi ex suo penu loquitur, nil praeter quisquilias habet et meras ineptias, quas nihilominus ceu totidem miracula Mahometani venerantur. Is codex decimo tertio Christi saeculo videtur exaratus; si tamen complura folia recenter a Clemente Caracciolo neophyto diversis locis suppleta, excipias. Tituli capitum, in foliis antiquis, aurei sunt.

CXCVI.

Codex in fol. maximo bombycinus foliorum 64, arabicis litteris maioribus et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus septuagesimus septimus; quo continetur.

Alcoranus Mahometis pseudo-prophetae. Tituli suratharum seu capitum, cum mysticis commatum distinctionibus, variis arabicis figuris exornantur. Dividitur in plures tomos, ex quibus nonnisi quatuor supersunt. Tomus primus complectitur tria capita, nempe octavum caput *de manubiis*, principio mutilum: nonum caput *de paenitentia*: decimum, fine mancum, caput *Ionae*. Caput octavum incipit fol. 1. Is codex ad decimum quartum Christi saeculum videtur referendus.

CXCVII.

Codex in fol. max. bombyc. foliorum 56, arabicis litteris maioribus et sermone, eademque, qua praecedens codex, manu exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus septuagesimus octavus, quo continetur.

Alcorani Mahometis tomus alter, tria capita complectens, nempe decimum sextum caput *de apibus*, initio mancum: decimum septimum caput *de filiis Israelis*, sive *Israelitis*: decimum octavum caput *de spelunca*, fine mutilum.

CXCVIII.

Codex in fol. max. bombyc. foliis constans 59, arabico sermone, et lit-

teris maioribus, eademque qua praecedentes duo codices, manu esaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus septuagesimus nonus; ubi continetur.

Alcorani Mahometis tomus tertius, capita quinque exhibens, nempe a capite trigesimo tertio *de agminibus*, cuius media ferme pars deest, ad caput trigesimum septimum *de ordinibus*, quod fine caret.

CXIX.

Codex in fol. max. bombyc. foliorum 61, arabicis litteris maioribus et sermone, eademque, qua praecedentes tres codices, manu exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus octogesimus; quo continetur.

Alcorani Mahometis tomus quartus octo capita complectens, a capite XLI. *de incurvatione* seu *adoratione*, principio mutilo, ad caput XLVIII. *de apertione*, cuius priores tantum quatuor versus habentur.

CC.

Codex in fol. bombyc. foliorum 361, arabicis litteris et sermone partim arabico partim turcico nitidissime exaratus, nullo olim numero notatus; quo continetur.

Alcoranus Mahometis pseudo prophetae, cum interpretatione turcica inter lineas minusculo charactere scripta. Titulus primi et secundi capitis aureus, ceteri una cum mysticis commatum distinctionibus rubei. Caput I. *prohoemium libri*, nempe alcorani continens septem signa, seu commata. Incipit fol. 1. a tergo. Caput CXIV. et ultimum *surath hominum*, meccense septem commatum. Fol. 359. a terg. Is codex scriptus fuit anno Christi 1585, quemadmodum liquet ex epigraphe fol. 360. ad calcem apposita, quae hisce legitur verbis. *Explicit ope Dei, et bonitate eius providentiae. Exaravit autem illum servus imbecillus, pauper, indigens misericordiae Dei excelsi Ibrahim filius Haggi Eliae. Parcas, Deus, ei suisque parentibus, et omnibus Moslemanis, et fidelibus utriusque sexus, in misericordia tua, o misericordissime misericordium! Mense moharram al-haram, anno hegirae 994.* Pertinuit olim ad D. Federicum Columnam, custodum corporis Pontificis maximi ducem, qui eundem librum anno 1690. Turcis abstulit, quum Valoam et Chaninam, i. e. Aulonem et Chaoniam expugnaret; quemadmodum in schedula tegmini cum sigillis eiusdem ducis conglutinata, italice adnotatur.

CCI.

Codex in fol. bombyc. foliis constans 263, arabicis litteris et sermone partim arabico partim persico eleganter exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim septuagesimus octavus; ubi continetur.

Liber codicis, sive alcoranus Mahometis, cum interpretatione persica inter lineas, recentiore manu addita, a decimo nono capite ad finem usque mancus. Init. fol. 1. Is codex e Melitensi insula, praesulis de Corbara opera, in bibliothecam vaticanam iussu card. Scipionis Burghesii S. R. E. bibliothecarii fuit inlatus, uti in fronte italice adnotatum reperies. Eius autem aetas, si quidem interpretationem persicam excipias, ad decimum tertium Christi saeculum videtur referenda.

CCII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 77, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, sine numero inter vaticanos codd. notatus; quo continetur.

Alcoranus Mahometis prioribus quinque capitibus mancus. Folia varia luxata sunt ac ferme consumpta. Incipit a capite VI. *de ovibus*. Fol. 1. Is codex descriptus fuit anno Christi 1462. Sic enim fol. 77. ad calcem habetur. *Absolutum sigillum* (alcoranus) *illustre, maximum, et honorandum per manum servi pauperis, imbecillimi famulorum Dei excelsi, et indigentissimi eius misericordiae atque indulgentiae, qui sperat a Domino suo condonationem et beneplacitum, Ahmed fil. Ahmedis al-Olaimi. Ignoscat Deus ei, suisque parentibus, et iis qui librum inspexerint, legerint, et oraverint pro amanuense, et omnibus Moslemanis veniam et beneplacitum. Idque accidit feria quinta*, 16. *die mensis sciaaban benedicti, anno octingentesimo sexagesimo septimo hegirae. Eius autem possessor est filius dilectus Zaineddin fil. Haggi Abdarrahmani, Abi-Alnasri, quem Deus adaugescere faciat auctu bono.*

CCIII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 232, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Alcoranus Mahometis integer, complectens capita CXIV, notis vocalibus nigris, et mysticis commatum distinctionibus una cum titulis rubeis, distincta. Caput I. *prohoemium libri*, incipit fol. 1. Caput CXIV. et ultimum *caput hominum*, fol. 232. Is codex, siquidem priora duo folia recentiore manu suppleta excipias, ad decimum quintum Christi saeculum vide-

tur referendus. Pertinuit olim ad Mohammedem filium Senani, quemadmodum in calce adnotatur.

CCIV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 268, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim septuagesimus; ubi continetur.

Codex illustris, h. e. alcoranus Mahometis, capite primo quod *prohoemium libri* inscribitur mancus. Incipit a capite secundo *de vacca*, fol. 1. Desinit in caput CXIV. *de hominibus*. Fol. 268. Is codex, quem haud immerito ad XV. Christi saeculum referas, ex Melitensi insula a praesule de Corbara adlatus, a card. Scipione Burghesio vaticanae bibliothecae fuit addictus; uti in fronte adnotatur.

CCV.

Codex bombyc. in 4. foliorum 88, minutissimis arabico-africanis litteris longe elegantissimis et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim octogesimus primus; ubi continetur.

Liber alcoranus Mahometis, prioribus octodecim capitibus, et sex prioribus commatibus capitis decimi noni, *caput Mariae* inscripti, mancus. Incipit fol. 1. Is codex, quem card. Scipio Burghesius a praesule de Corbara ex Melitensi insula Romam reduce adlatum, vaticanae bibliothecae addixit, scriptus fuit feria quinta, dio 14. mensis dilcadae, anno hegirae 870. (Christi 1465.) uti fol. 88. in calce adnotatur.

CCVI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 298, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim nonagesimus primus; quo continetur.

Alcoranus Mahometis integer, in capita CXIV. divisus, notis vocalibus animatus. Caput I. *apertio* sen *prohoemium libri*, septem signorum seu commatum, meccense, incipit fol. 1. a terg. Caput CXIV. et ultimum *de hominibus*, sex constans commatibus fol. 297. a terg. Is codex decimo quinto Christi saeculo videtur descriptus. Pertinuit olim ad bibliothecam Laelii Ruini episcopi Balneoregiensis; in vaticanam autem bibliothecam inlatus fuit anno 1662, uti in fronte adnotatur.

CCVII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 318, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus primus; quo continetur.

Alcoranus Mahometis integer, sed plerisque capitum titulis et mysticis commatum distinctionibus mancus. Init. fol. 1. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus. Pertinuit olim ad bibliothecam Christinae Alexandrae Svecorum reginae.

CCVIII.

Codex in 4. m. bombyc. foliorum 396, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Alcoranus Mahometis integer, capitibus nempe CXIV. absolutus, notis vocalibus, atque mysticis commatum distinctionibus sive punctis, animatus. Tituli capitum una cum punctis cinnabari distincti. Caput I. *prohoemium libri* incipit fol. 1. a terg. Caput CXIV. et ultimum *de hominibus*, fol. 395. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus. Pertinuit olim ad papassum seu archipresbyterum graecum Castri novi Dalmatiae, qui illum se invenisse testatur in propugnaculo arcis inferioris; quemadmodum fol. 390. in calce italice adnotatur.

CCIX.

Codex in fol. bombyc. foliis constans 70, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim octogesimus quintus; ubi continentur.

1. Alcorani capita LXII. posteriora, a cap. quinquagesimo quinto ad cap. centesimum decimum quartum et ultimum. Init. fol. 1. a terg. 2. Deprecatio benedicta, sive preces ad usum Mahometanorum, ex alcorano potissimum desumptae, cuius caput I. inscriptum *prohoemium libri*, initio praefigitur; ab eoque cunctas preces suas Mahometani auspicantur. Init. fol. 61. Is codex decimo quinto Christi saeculo videtur exaratus.

CCX.

Codex in 4. membr. foliorum 94, arabico-africanis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim octogesimus secundus; ubi continentur.

Alcorani capita sex, a quadragesimo sexto ad quinquagesimum primum, maioribus litteris conscripta, et arabico ornatu punctisque aureis affabre distincta. Eorum primum inscribitur *caput de tumulis arenosis*, i. e. habitaculis filiorum Adi; secundum, *caput de Mahomete*, alias *de pugna*; tertium, *caput de apertione*; quartum, *caput de velis*, seu *septis*; quintum; *caput caf*; sextum, *caput per ventos*. Init. fol. 2. a terg. Is codex ad decimum tertium Christi saeculum videtur referendus.

CCXI.

Codex in 4. membr. foliorum 73, arabico-africanis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim septuagesimus septimus; quo continetur.

Codicis seu alcorani pars quinta, complectens quatuor capita, a cap. decimo *Ionae*, ad cap. decimum tertium *de tonitribus*; quorum tituli auro et minio fucati. Init. fol 1. Is codex decimo tertio Christi saeculo videtur descriptus.

CCXII.

Codex in 4. membr. foliorum 57, arabico-africanis litteris minutis, et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim septuagesimus primus; quo continetur.

Alcorani pars titulis capitum, et mysticis commatum distinctionibus, aliisque ornamentis aureis conspicua, complectitur sexaginta duo capita, a cap. XIX. *de Maria*, initio usque ad comma 92. mutilo, ad cap. LXXXI. *de rotatione*, seu *circumvolutione*. Init. Is codex pertinuit olim ad bibliothecam urbinatem; eius vero aetas ad duodecimum Christi saeculum videtur referenda.

CCXIII.

Codex in 4. membr. foliis constans 58, arabico-africanis litteris maioribus et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos, olim numero duplicato 71. notatus; ubi continetur.

Alcorani pars, exhibens duo capita, videlicet, cap. septimum *de pariete* seu *septo*; octavum *de manubiis*. Init. fol. 1. a terg. Is codex ad duodecimum Christi saeculum videtur referendus.

CCXIV.

Codex in 4. membr. foliorum 71, arabico-africanis litteris maioribus

et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim octogesimus tertius; quo continetur.

Codicis seu alcorani pars vigesima secunda, complectens capita tria, titulis et punctis aureis, variisque arabicis figuris, exornata; quorum 1. initio mancum inscribitur *caput agminum*, alcorani 33; secundum *caput Sabae*, eiusdem 34; tertium *caput angelorum*, eiusdem 35. In clausula isthaec adnotantur. *Explicit pars vigesima secunda codicis, iudicio Dei eiusque ope.* Incipit caput 33. fol. 1. a terg. Is codex ad decimum tertium Christi saeculum videtur referendus.

CCXV.

Codex in 4. membr. foliorum 109, arabico-africanis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim 84; ubi continetur.

Alcorani tomus alter, complectens septuaginta quinque capita, a quadragesimo scilicet capite *longanimitatis*, ad centesimum decimum quartum et ultimum *de hominibus.* Tituli capitum aurei, variis ornatibus arabicis conspicui; uti et mysticae commatum distinctiones auro obductae. Init. fol. 1. a terg. Is codex scriptus fuit anno Christi 1312, uti haec ostendunt calligraphi verba, quae fol. 109. in calce leguntur. *Absoluta est descriptio sigilli* (alcorani) *in civitate Tuneto*; *quem* (librum) *in sui usum descripsit Ahmed filius Ismaëlis, fil. Mohammedis, anno hegirae septingentesimo duodecimo.* Pertinuit olim ad Laelium Ruinum episcopum Balneoregiensem; in vaticanam autem bibliothecam inlatus fuit anno Christi 1622, quemadmodum in fronte adnotatur.

CCXVI.

Codex in 4. chartac. foliorum 87, arabico-africanis litteris minutis et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim octogesimus septimus; quo continetur.

Alcoranus Mahometis, a capite XIX. ad cap. CXIV. et ultimum, titulis capitum mancus. Caput XIX. *de Maria*, incipit fol. 1. a terg. Caput CXIV. *de hominibus* fol. fol. 1. a terg. Is codex scriptus fuit a Mohammede filio iuris consulti Ahmedis, tunetino, die 14. mensis heggae, anno hegirae 977. (Christi 1569.) uti fol. 87. in calce adnotatur. Pertinuit olim ad bibliothecam urbinatem.

CCXVII.

Codex in fol. membr. bombyc. foliorum 26, arabicis litteris maioribus

longe elegantissimis et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos, olim septuagesimus nonus; quo continetur.

Pars trigesima septima *al-rabaaet al-sciarifat*, i. e. *arcae illustris*, sive *alcorani*, qui eo nomine etiam nuncupatur, quia ibi eius segmenta et partes recondi solent. Complectitur duo capita, variis ornatibus arabicis auro et minio fucatis insignita, et mysticis commatum distinctionibus aureis, notisque vocalibus animata. 1. Caput *al-phorcan*, i. e. *alcorani* vigesimum quintum. Incipit fol. 1. a commate 20. 2. Caput *de poëtis*, alcorani vigesimum septimum. fol. 14. a terg. In fronte huius codicis, quem ad decimum quintum Christi saeculum haud immerito referas, lineis varii coloris delineatam reperies plantam pedis Abrahami patriarchae, quam Mahometani *al-caabeh* vocant, una cum figura delubri meccani, in quo eam adservari fabulantur. Ad calcem vero apposita est figura calceamentorum Mahometis pseudo-prophetae, quae ab eo in caelum ascendente, Medinae relicta effutiunt.

CCXVIII.

Codex in 4. chartac. foliorum 18, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices ecchellenses olim quadragesimus; ubi continetur.

Alcorani pars, complectens duodequadraginta capita; quorum 1. de nuncio. 2. de auferentibus. 3. de corrugatione faciei. 4. de circumvolutione. 5. de scissione. 6. de fraudulenter versantibus. 7. de diruptione. 8. de castellis, seu signis zodiaci. 9. de noctu veniente, seu Saturno. 10. de altissimo. 11. de calamitate. 12. de aurora. 13. de regione. 14. de sole. 15. de nocte. 16. de ortu solis. 17. de dilatatione cordis. 18. de ficu. 19. de sanguine concreto. 20. de potentia. 21. de evidentia. 22. de terraemotu. 23. de equis concitatis. 24. de pulsante. 25. de multitudine. 26. de vesperis. 27. de fractura. 28. de elephanto. 29. de Coraiscitis. 30. de opibus Deo dicatis. 31. de affluentia. 32. de infidelibus. 33. de auxilio. 34. de Abu-Lahebo. 35. de salute. 36. de separatione. 37. de hominibus. 38. de apertione seu prohoemio. Init. fol. 1. a terg. In fine recentiore manu addita est precatio ad Deum quam Mahometani quotidie recitare solent. Init. fol. 18. Is codex decimo septimo Christi saeculo videtur descriptus.

CCXIX.

Codex in 4. bombyc. foliis constans 26, arabico-africanis litteris et sermone eleganter descriptus, inter codices arabicos vaticanos olim septuagesimus secundus; quo continentur.

Alcorani capita tria, nimirum XVI. *de apibus*, XVII. *de Israëlitis*, XVIII.

de spelunca. Porro caput *de apibus* incipit a commate 45. Init. fol. 1. a terg. Is codex ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

CCXX.

Codex in 8. bombycino-sericus foliorum 345, arabico charactere minutissimo et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim decimus tertius; quo continetur.

Alcoranus Mahometis, integer, titulis capitum, asteriscis, mysticis notis, vocalibus auro et cinnabari expressis, adfabre ornatus. Caput I. *prohoemium libri* medinense, septem constans signis seu commatibus, incipit fol. 2. a terg. Caput CXIV. et ultimum *de hominibus*, complectens quatuor signa seu commata, fol. 345. Is codex decimo quarto Christi saeculo videtur exaratus.

CCXXI.

Codex in 8. bombycino-sericus foliorum 409, arabicis litteris longe elegantissimis et sermone exaratus; quo continetur.

Codex sive alcoranus Mahometis integer, nulli pulchritudine secundus, titulis capitum, asteriscis, commatum distinctionibus aureis, nec non ornatibus arabicis auro et minio fucatis in fronte et circa paginas, perspicuus. Caput I. *apertio*, seu *prohoemium libri*, medinense, septem commatum. Init. fol. 1. a terg. Caput CXIV. *de hominibus*, sex commatum. Fol. 408. a tergo. Is codex scriptus fuit anno Christi 1532, uti liquet ex hisce calligraphi verbis aureis litteris expressis, quae fol. 409. in calce leguntur. *Accidit complementum exscriptionis huius codicis, exeunte mense ramadhan benedicto, anno nongentesimo trigesimo nono hegirae, manu Abdallahae ben-Mohammedis.* Pertinuit olim ad bibliothecam urbinatem.

CCXXII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 45, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus trigesimus secundus; quo continetur.

1. Alcorani pars, exhibens posteriora triginta septem capita, videlicet a capite LXXVIII. *nuncii*, ad caput CXIV. *hominum*, apposito ad calcem capite primo *alcorani*, quod *apertio*, sive *prohoemium*; inscribitur. Init. fol. 1. a terg.
2. Preces nonnullae, cum earum expositionibus, et cum hymno in laudem Mahometis, turcice. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur descriptus.

CCXXIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 27, arabicis litteris et sermone eleganter descriptus, inter codices orientales Petri de Valle olim decimus quartus; quo continetur.

Alcorani pars ultima, sistens capita XXXVII; nimirum a capite LXXVIII. ad caput CXIV, subiecto primo capite, quod *apertio*, seu *prohoemium libri*, et caput *orationis*, inscribitur; quia ab eo Mahometani preces suas quotidianas inchoant. Porro caput XXXVIII. inscriptum *de nuncio*, incipit fol. 1. a terg. Caput vero CXIV. et postremum *de hominibus*, fol. 27. Is codex ad decimum septimum Christi saeculum videtur referendus.

CCXXIV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 47, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim septuagesimus quintus; quo continetur.

Alcorani pars, complectens quadraginta duo capita; nempe a capite LXVII. *de regno* ad caput CIX. *de infidelibus*, quod tamen fine mutilum est. Init. fol. 1. a terg. Is codex, quem ad XV. Christi saeculum haud immerito referas, ex Melitensi insula ad Card. Scipionem Burghesium a praesule de Corbara allatus, eiusdem cardinalis iussu vaticanae bibliothecae fuit addictus; uti in fronte adnotatur.

CCXXV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 48, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim septuagesimus sextus; quo continentur.

1. Alcorani capita duo, videlicet cap. VI. *de ovibus*, et cap. XXXVI. *Ias*, a prima voce sic inscriptum. Primum incipit fol. 1; alterum fol. 31. 2. Precatio ad Deum Eliae prophetae perperam adtributa. Incipit fol. 39. a terg. 3. Expositio praedictae precationis Eliae prophetae, turcice. fol. 43. 4. Expositio orationis ad Deum ob gratiarum actionem, turcice. fol. 46. 5. Precatio alia ad Deum ob gratiarum actionem, arabice. fol. 47. a terg. Is codex ad decimum Christi saeculum videtur referendus.

CCXXVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 193, arabicis litteris et sermone varia

manu exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim septuagesimus tertius; quo continetur.

Alcorani fragmentum, complectens septuaginta quinque capita posteriora, luxata tamen atque ab oscitante bibliopego perturbata. Init. fol. 1. a terg. a capite XXXIX. *de agminibus*. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

CCXXVII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 36. arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim octogesimus sextus; quo continetur.

Alcorani pars, exhibens quatuordecim capita. Videlicet a capite LXVII. inclusive. Caput LXVII. *de regno* incipit fol. 1. Caput LXXXII. *scissionis*, a prima voce sic appellatum, fine mutilum, fol. 36. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur descriptus.

CCXXVIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 75, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim octogesimus nonus; quo continentur.

1. Alcorani capita septem, titulis et mysticis commatum distinctionibus, lineisque circum paginas aureis exornata, verum alio a vulgatis ordine disposita. Videlicet. Cap. 1. *prohoemium libri*. Init. fol. 1. n. 8. Cap. VI. *de ovibus*, fol. 3. Cap. XXXVI. *Ias*, a prima voce sic appellatum, fol. 37. Cap. LV. *misericordis*, fol. 45. a terg. Cap. LVI. *irruentis*, seu ultimi iudicii, fol. 50. Cap. LXVII. *regni*, Dei scilicet potentiae, fol. 55. Cap. LXXVIII. *nuncii*, seu de resurrectione, fol. 58. a terg. 2. Preces in singulis hebdomadae diebus, ad usum Mahometanorum; incipiunt a feria sexta, fol. 61. Is codex, quem ad decimum quintum Christi saeculum haud immerito referas, pertinuit olim ad bibliothecam urbinatem.

CCXXIX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 100, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim octogesimus octavus. Ibi continetur.

1. Caput *de ovibus*, alcorani sextum; ubi de variis circa illas alendas mactandasque ritibus. Init. fol. 1. 2. Precatiunculae variae ad Deum

Mahometi adtributae, quarum nonnullae in ipsius Mahometis laudem, partim arabice partim turcice. Init. fol. 26. a terg. 3. Caput *Ias*, alcorani trigesimum sextum; ubi de rebus ad mores praesertim pertinentibus agitur. Fol. 33. a terg. 4. Brevis tractatus de somniis, et sortibus; turcicus, auctore Saiedo Ahmede Chabir. Init. fol. 55. a terg. 5. Expositio praedicti tractatus Saiedi Ahmedis Chabir, turcice. fol. 72. a terg. Is codex decimo quinto Christi saeculo videtur exaratus. Pertinuit olim ad bibliothecam urbinatem.

CCXXX.

Codex in 12. bombyc. foliorum 316, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim septuagesimus quartus; ubi continetur.

Alcoranus Mahometis integer. Titulus capitis I. et II. aureis litteris et arabicis ornatibus distinctus; ceteri tituli, una cum mysticis commatum distinctionibus, rubro atramento expressi. Caput I. *prohoemium libri*, constans septem commatibus, meccense. Incipit fol. 1. a terg. Caput CXIV. et ultimum *de hominibus*, sex commata complectens, medinense, fol. 315. Is codex ad decimum quintum Christi saeculum videtur referendus.

CCXXXI.

Codex in 12. bombyc. foliorum 495, arabicis literis longe elegantissimis et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus septuagesimus sextus, quo continetur.

Alcoranus Mahometis, integer, variis ornatibus arabicis circum caput primum et secundum, nec non titulis capitum, mysticis commatum distinctionibus, et lineis circum paginas aureis insignitus. Caput I. *prohoemium libri*, incipit fol. 1. a terg. Caput CXIV. et ultimum *de hominibus*, meccense sex commatum. fol. 292. Accedit ad calcem, anonymi de basibus alcorani tractatus turcicus, sexdecim sectionibus absolutus; ubi de alcorano rite ac recte scribendo et legendo disseritur, doceturque quibus in locis litterae addendae sint, vel occultandae, aut detrahendae. Eadem de hamzah, aliisque litteris et pausis praescripta reperies; subiectis in fine duabus precationibus ad Deum, arabice. Init. fol. 390. a terg. Is codex, qui ad decimum quintum Christi saeculum videtur referendus, vaticanae bibliothecae a card. Alderano Cybo fuit addictus.

CCXXXII.

Codex in 12. bombyc. foliorum 42, arabicis litteris et sermone exaratus,

inter codices arabicos vaticanos olim octogesimus; quo continetur.

Alcorani caput sextum *de ovibus*; adiectis duabus precationibus ad usum Mahometanorum. Init. fol. 1. a terg. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur descriptus.

CCXXXIII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 24, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos ex oriente, Iosephi Simonii Assemani opera, in vaticanam bibliothecam inlatos, olim quinquagesimus octavus; quo continetur.

Prophetae Mahometis *raptus*. Hunc librum Mahometani paris fere cum alcorano auctoritatis faciunt; estque veluti apocalypsis illius impostoris; ubi voluptates, et delicias in altero saeculo asseclis suis promissas describit. Raptum autem illum accidisse credunt die 28. mensis ragebi, quem proinde unoquoque anno solemniter concelebrant. Init. fol. 1. Is codex decimo septimo Christi saeculo videtur exaratus.

CCXXXIV.

Codex in fol. bomb. foliorum 165, arabico-mograbinis seu africanis litteris et sermone exaratus; ubi continetur.

Commentarius in alcoranum, cum monitis ad Moslemanos de observantia praeceptorum, et rituum legis; auctoris nomine principio et fine destitutus, foliis plerisque simul conglutinatis; quae proinde vix ac ne vix quidem legi aut numerari possunt. Init. fol. 4. a terg. Is codex duodecimo Christi saeculo videtur exaratus.

CCXXXV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 77, arabico-africanis litteris et sermone exaratus; quo continentur.

Abu-Abdallae Mohammedis, fil. Abi-Bakri al-Gezuli, *indicia bonorum*, *et radii luminum*, sive libellus precum ad Deum in laudem Mahometis pseudoprophetae, eiusque sociorum Abu-Bakri, et Omari; inserta fol. 12. a tergo. sepulchrorum eorumdem icnographia. Init. fol. 1. Is codex scriptus fuit a quodam Mohammede filio Ahmedis al-Scerif, uti in fine legitur: eius vero aetas ad decimum septimum Christi saeculum videtur referenda. Pertinuit olim ad Philippum de Stosch.

CCXXXVI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 143, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continentur.

Saadeddini Massudi ben-Omar al-Taftazani, anno hegirae 751. (Christi 1350.) defuncti, teste Haphido in catalogo scriptorum arabicorum, *commentarius in librum acaied, id est dogmatum et fundamentorum mahometicae legis*, a seniore Negemeddino Abu-Omar, ben-Mohammedis, cognomento al-Nassaphi, qui anno hegirae 537. (Christi 1143) interiit, compositus. Inter lineas, ad marginem, et ad utramque oram, alia manu eaque minutissima ac lectu perdifficili perpetua scholia addiecta sunt, quorum auctor ignoratur. Init. fol. 53. Praeit anonymi expositio in praedictum commentarium, perpetuis pariter scholiis, eadem scriptura minutissima, illustrata. Init. fol. 2. a terg. Is codex scriptus fuit anno hegirae 972. (Christi 1564), uti fol. 143. ad calcem adnotatur. Pertinuit olim ad bibliothecam urbanam S. Mariae in Campitello.

CCXXXVII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 45, arabico-africanis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus trigesimus quartus; quo continentur.

Preces ex alcorano decerptae, adiectis variis amuletis adversus morbos, futilibus ac superstitiosis. Init. fol. 1. a terg. Is codex a praesule de Corbara ex Melitensi insula ad eard. Scipionem Burghesium allatus fuit, huiusque iussu vaticanae bibliothechae addietus. Scriptus autem videtur decimo septimo Christi saeculo ineunte.

CCXXXVIII.

Codex in 16. bombyc. foliorum 92, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus trigesimus septimus; quo continentur.

1. *Templa septem*, sive libellus precum Mahometanorum, ad singulos hebdomadae dies accommodatarum. Init. fol. 1. 2. Amuleta varia superstitiosa, quae a Mahometanis plurimi fiunt. Videlicet I. nonaginta novem Dei nomina a Mahomete pseudo-propheta Abi-Harirae tradita quae recitata, aut in collo gestata, res admirandas efficere, Mahometani fabulantur. Init. fol. 59. II. Utilitates septem commatum ex alcorano, futiles. Fol. 63. III. Porta seu amuletum adversus omnes dolores probatum, ut in titulo dicitur. Fol. 68. IV. Amuletum adversus dolorem capitis. Fol. 71. a terg. V. Amuletum adversus dolorem

oculorum, et lippitudinem. Fol. 73. a terg, VI. Amuletum adversus dolorem dentis molaris. Fol. 75. VII. Amuletum adversus dolorem exomphali probatum. Fol. 77. VIII. Amuletum adversus dolorem dorsi probatum. Fol. 79. IX. Amuletum iis, qui phrenesi laborant. Fol. 80. a terg. X. Amuletum iis, qui terrore in somno afficiuntur. Fol. 83. XI. Amuletum ob continendum infantium ploratum. Fol. 85. XII. Amuletum adversus difficultatem partus. Fol. 86. XIII. Amuletum adversus haemorrhagiam et dysenteriam. Fol. 87. XIV. Amuletum adversus difficultatem urinae. Fol. 87. a terg. XV. Amuletum adversus linguae impedimentum. Fol. 89. a terg. Is codex, quem ad decimum sextum Christi saeculum haud immerito referas, a praesule de Corbara ad card. Scipionem Burghesium ex Melitensi insula allatus, eiusdem cardinalis iussu vaticanae bibliothecae addictus fuit; quemadmodum in fronte adnotatur.

CCXXXIX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 56, arabicis litteris et sermone varia manu exaratus, inter codices orientales ecchellenses olim quadragesimus primus; quo continetur.

Alcorani caput sextum *de ovibus*, elegantissimo descriptum, adiectis alia manu variis precationibus arabicis ac turcicis, quarum nonnullae superstitionem redolent. Init. fol. 1. a terg. Folia aliquot circa finem exciderunt. Is autem codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

CCXL.

Codex bombyc. in 12. oblongo foliorum 108, arabico-africanis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus trigesimus quintus; ubi continetur.

Abul-Hassani Ali, fil. Iahiae fil. Alastad, al-Metuari, *liber de iudiciis desiderii circa orationem*; ubi agitur de oratione ad Deum, eiusque praestantia, adiunctis ritibus aliisque ad eam pertinentibus. Dividitur in praefationem, et septem sectiones, quae in varias abeunt interrogationes; quibus omnia fere dubia, quae mahometano homini de hocce argumento suboriri possunt, aperiuntur. Init. fol. 1. a terg. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

CCXLI.

Codex in 4. chartac. foliorum 360, arabico-africanis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Senioris Abul-Hassani Mohammedis, ben-Abdallaki al-Kessai, anno hegirae 185. (Christi 801.) defuncti, liber complectens historiam creationis caelorum et terrae et angelorum atque daemonum, nec non primordia status prophetarum, quantum ex eorum monumentis colligere licuit; i. e. ab initio rerum ad Mahometem usque, iuxta fabulas quae in alcorano et traditionum libris occurrunt; fine mutilus. Init. fol. 1. a terg. Is codex qui ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus, pertinuit olim ad bibliothecam S. Mariae in Campitello; uti in fronte adnotatur.

CCXLII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 59, arabicis litteris et sermone varia manu exaratus, inter codices orientales ecchellenses olim quinquagesimus secundus; quo continetur.

1. *Liber magnus subtilium investigationum circa doctrinam traditionum et veritatum*; sive de scientia rerum revelatarum; ubi de creatione mundi, et hominis, de animarum statu post mortem, de resurrectione mortuorum, de gehenna et paradiso, ex mente doctorum mahometanorum. Nihil tamen veritatis sapit; sed totus liber plenus ridiculis et futilibus commentis in laudem Mahometis pseudo-prophetae, aliorumque eius sectariorum. Auctoris nomen latet. Descriptus autem fuit feria secunda, exeunte mense regebo, anno hegirae nongentesimo vigesimo (Christi 1514.) uti in eius clausula fol. 12. a terg. adnotatur. Incipit fol. 1. 2. Precatio ad Deum, turcica fine mutila, diversa manu exarata. Init. fol. 53. 3. Amuleta arabica eâdem, qua praecedens precatio, manu descripta, principio mutila. Fol. 57. Finis fol. 59. in hac adnotatione. *Accidit absolutio exscriptionis huius libri feria quarta, mense gemmado ineunte, anno hegirae nongentesimo sexagesimo septimo* (Christi 1559.)

CCXLIII.

Codex bombyc. in 4. foliorum 44, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos a I. S. Assemano in bibliothecam vaticanam ex oriente iulatos olim septuagesimus; quo continetur.

Liber responsionum praestantium ad interrogationes improbas; sive confutatio tractatus cuiusdam christiani adversus alcoranum et mahometicam sectam, in quatuor capita distributa; quorum 1. defensio alcorani. 2. responsio ad obiectiones Iudaeorum et Christianorum. 3. obiectiones CVI. adversus Iudaeos et Christianos. 4. prophetiae quinquaginta de Mahomete, ex vetere et novo testamento. Auctore Scehabeddino Ahmede ben-Dervis, cognomento al-Carafi, ma-

lekita, circa annum hegirae 684. (Christi 1285.) defuncto; de quo vide Herbelot. bibl. orient. pag. 254. voc. *Carafi*. Init. fol. 1. a terg. Is codex scriptus fuit ineunte gemmado posteriore, uno ex mensibus anni septingentesimi octogesimi noni hegirae, h. e. Christi 1387; quemadmodum fol. 44. in margine adnotatur.

CCXLIV.

Codex in 8. chartac. foliorum 42, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus primus; quo continetur.

Tractatus per interrogationes et responsiones, inter Ahmedem al-Tannusi, et Senanum doctorem aegyptium, anno hegirae 940. (Christi 1533.) conscriptus; in quo post obitam peregrinationem meccanam, de religione, paradiso, et gehenna, ambo disputantes, alcorani adfirmationes refellunt, et christianam religionem mahometica veriorem esse atque praestantiorem concludunt. Init. fol. 1. a terg. Is codex decimo septimo Christi saeculo videtur descriptus.

CCXLV.

Codex in 8. chartac. foliorum 49, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus trigesimus; ubi continetur.

Ahmedis al-Tannusi tractatus per interrogationes et responsiones, sive dialogus inter ipsum et Senanum doctorem aegyptium ambos mahometanos, anno hegirae 940. (Christi 1533.) habitus, ubi de religione disserentes, mahometanam legem falsam esse, christianam autem veram concludunt. Init. fol. 1. Confer cum praecedente codice idem opus continente. Is codex declinante decimo sexto Christi saeculo videtur descriptus.

CCXLVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 65, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales ecchellenses olim quadragesimus nonus; quo continetur.

1. *Liber de scientia legum et iudiciorum, deque fundamentis fidei Moslemanorum*; sive theologia et ius Mahometanorum; sine auctoris nomine. Accedunt ad marginem et inter lineas scholia minutissimo charactere, lectu perdifficili, descripta. Init. fol. 9. 2. Kalendarium Mahometanorum, diversa a superiore manu in 16. descriptum anno hegirae 939. (Christi 1532.) Init. fol. 60.

CCXLVII.

Codex in fol. bombye. foliis constans 386, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales ab Andrea Scandar in vaticanam bibliothecam ex oriente inlatos, olim quinquagesimus quartus; quo continetur.

Anonymi *liber margaritarum et illustrationum*, sive commentarius in ius mahometicum imami seu antistitis maximi Abu-Haniphae Naamanis filii Tabeth quartae praecipuarum classium iuris consultorum mahometanorum coryphaei, quae ab ipsius nomine *hanephitica* appellatur; de quo videsis catalogum nostrum medicenm cod. CXL. a pag. 250, ubi eiusdem auctoris aetatem, scripta ac seriem classium, seu scholarum iurisperitorum apud Mahometanos recensuimus. Dividitur in praefationem, et quadraginta quatuor titulos; quorum 1. de purificatione. 2. de oratione. 3. de eleemosyna seu decimis. 4. de ieiunio mensis ramadhani. 5. de peregrinatione meccana, quam ab ipso Adamo hominum primo ceterisque ante Mahometem pseudo-prophetam patriarchis et prophetis susceptam fuisse, cum iuris mahometici consultis autumat Abu-Hanipha. 6. de sacrificio meccano. 7. de immolationibus post exactum ramadhani ieiunium, ubicumque peragendis. 8. de militia et certaminibus religionis ergo gerendis. 9. de cultu terrae desertae. 10. de venatione. 11. de licito et illicito. 12. de matrimonio. 13. de polygamia. 14. de uxoris repudio ac divortio. 15. de manumissione servorum. 16. de pretio pacto pro manumissione servorum. 17. de puerorum educatione. 18. de consanguinitate et affinitate. 19. de severitate et poenis. 20. de grassatione et furto. 21. de homicidio et membrorum mutilatione. 22. de fuga servorum. 23. de rebus deperditis. 24. de iuramentis. 25. de legato. 26. de contractibus. 27. de emphyteusi. 28. de donationibus. 29. de conductione. 30. de commodato et mutuo. 31. de pignore. 32. de vi et violentia. 33. de raptu. 34. de filiis proiectis seu nothis. 35. de minoritate. 36. de tutela. 37. de fideiussione. 38. de translatione iuris. 39. de fenore. 40. de societate in genere. 41. de societate in rebus quae seminantur. 43. de causis. 44. de testamentis. Textus Abu-Haniphae rubro, anonymi vero commentarius nigro atramento describitur. Porro praefatio complectens expositionem praefationis Abu-Haniphae incipit fol. 1. a terg. Titulus 1. incipit fol. 3. Titulus 44. et ultimus, fol. 372. a terg. Commentarius hic ab auctore absolutus fuit anno Christi 1472. Descriptus autem fuit hic codex anno Christi 1674, uti haec docent calligraphi verba, quae fol. 386. leguntur. *Accidit complementum lucubrationis huius commentarii sabbatho, die 2. mensis gemmadi prioris, anno hegirae octingentesimo septuagesimo septimo. Descriptus autem fuit per manum imbecillimi omnium creaturarum, pauperis Mohammedis Abu-Bakri al-Carafi. Parcat Deus ei,*

suisque parentibus, *et omnibus Moslemanis*, *viris ac mulieribus*. *Amen. Exeunte mense regebo*, *anno hegirae* 1086.

CCXLVIII.

Codex in fol. seric. foliorum 172, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices orientales ex hereditate Hadriani Relandi, vaticanae bibliothecae anno 1763. comparatos, olim sextus; quo continetur.

Liber elucidationis in institutiones iuris canonici et civilis Mahometanorum, cum interpretatione malaica inter lineas, arabicis tamen litteris exarata. Auctoris et interpretis nomina latent. Dividitur in LXVII. libros seu titulos, quorum primus *liber de purificatione*; ultimus *liber de manumissione*. Praeit praefatio, cuius init. fol. 4. a terg. Liber I. incipit fol. 5. a tergo. Liber LXVIII, fol. 157. In prioribus quatuor foliis, et in totidem posterioribus varia monumenta, nullius tamen pretii, una cum kalendario mahometico, recentiore manu adiecta sunt. Is autem codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

CCXLIX.

Codex in fol. bombyc. foliorum 185, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim nonagesimus secundus; ubi continetur.

Abu-Abdallah Mohammedis ben-Ismaëlis al-Bochari, anno hegirae 256. (Christi 869.) aetatis 61. defuncti, tomus quartus *collectionis sincerae pandectarum iuris mahometici*, sive corporis legum et traditionum mahometicarum, variis titulis et capitibus digestarum, quorum praecipua *de seminatione*, *de mutuo*, *de tyrannide et violentia*, *de pignore*, *de manumissione*, *de donatione*, *de testibus*, *de pace et conditionibus*, *de testamentis*, *de certamine*, *deque iter agentibus*. Init. fol. 1. a terg. Tituli legum et traditionum aureis litteris expressi. Integrum autem hoc opus, quod summae auctoritatis est apud Mahometanos, in triginta tomos divisum est. In eo componendo magnam Bocharus superstitionem adhibuit. Nam ut ex eiusdem tomo I. in catalogo nostro mediceo cod. CXLI. pag. 290. monuimus, nullam traditionem litteris prodidit, nisi praemissis precibus in delubro meccano, ubi tunc versabatur, cum sui lotione seu purificatione in puteo Zemzem; neque absolutam sexdecim annorum labore traditionum collectionem, in libros capita ac titulos digessit pervulgavitque, nisi postea quam Medinam se contulisset, eandemque ad Mahometis pseudo-prophetae sepulchrum et cathedram diu sup-

plex appendisset. Is codex, quem ad decimum quintum Christi saeculum haud immerito referas, pertinuit olim ad delubrum tunetanum; inde vero in vaticanam bibliothecam inlatus fuit die 26. iulii, anno Christi 1631, quemadmodum in eius calce adnotatur.

CCL.

Codex in fol. bombyc. foliorum 91, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codices orientales ecchellenses olim quinquagesimus tertius; quo continetur.

Collectionis sincerae pandectarum, sive corporis legum et traditionum mahometicarum tomus trigesimus, de studio legis, et de unitate Dei; auctore Abu-Abdallah Mohammede, ben-Ismaëlis al-Bochari, de quo in praecedente codice. Init. fol. 1. a terg. Tituli librorum et capitum aureis litteris maioribus distincti. Is autem codex scriptus fuit anno Christi 1374, uti haec ostendit epigraphe, quae fol. 90. a terg. legitur. *Finis tomi trigesimi et ultimi collectionis sincerae, cuius auctor imamus* (i. e. antistes) *Abu-Abdallah Mohammad, fil. Ismaelis al-Bochari, cuius Deus excelsus misereatur. Et Deo soli laus*; *et domino nostro Mahometi Deus benedicat. Descriptus autem fuit manu servi pauperis Abdallah fil. Abdal-Chafi, fil. Ali, fil. Abdallah, fil. Abdal-Chafi hosanensis, Al-Tabathabti sciapheitae, qui amborum sacrorum locorum* (nempe Meccae et Hierusalem) *peregrinationem obivit. Prosperet illum Deus excelsus. Idque in illustri urbe Tabatha*; *cuius incolis summa benedictio et pax*; *feria secunda benedicta, die* 9. *gemmadi prioris*, *anno hegirae septingesimo septuagesimo sexto* etc.

CCLI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 88, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales ecchellenses olim quadragesimus septimus; ubi continetur.

Thesaurus utriusque iuris mahometici, auctore imamo Abullait Nassero, ben-Mohammedis al-Samarcandi, iuris consulto hanephita, qui anno hegirae 383. (Christi 993.) interiit. Dividitur in praefatiunculam, et XCV. portas seu capita, quorum index nova manu ante frontem appositus. Praefatiuncula incipit fol. 3. a terg. Caput I. *de purificatione et ablutione*. Ibid. Caput XCV. et ultimum *de execrationis verbis*, *quae qui profert*, *infidelitatis peccato obnoxius censendus est*. Fol. 86. a terg. Is codex longe ante annum hegirae 985. (Christi 1577.) exaratus fuit; eo enim anno transiit in dominium *imbecillimi creaturarum Tah hanephitae* (gesnensis) *antistitis delubri gau-*

riensis in urbe Misra a Deo custodita ; quemadmodum in margine frontis recentiore manu adnotatur.

CCLII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 94, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus ; quo continetur.

Liber gemmarum iuris de adorationibus, ex variis mahometici iuris canonici scriptoribus collectus ; auctore Dhahero ben-Aslam, ben-Casem, al-Ansari al-Chovarezmi, qui hocce opusculum absolvit anno hegirae 771. (Christi 1369). Dividitur in sectiones decem ; ubi de Dei praesertim existentia et unitate, de libris divinitus inspiratis, de fide prophetis habenda, deque illorum vivendi ratione qui strictiorem legis observantiam profitentur. Init. fol. 5. a terg. Desinit fol. 37. a terg. in hanc amanuensis adnotationem. *Completa est exscriptio huius illustris exemplaris, incunte mense rabio posteriore, anno hegirae millesimo octavo* (Christi 1599.). Praeeunt, et subnectuntur miscellanea nullius momenti arabica et turcica, tam soluta quam ligata oratione, varia manu conscripta, de mahometica religione eiusque praeclaris cultoribus potissimum tractantia ; quorum tamen pleraque imperfecta.

CCLIII.

Codex in 4. chartac. foliorum 150, arabico-africanis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim nonagesimus quintus ; quo continetur.

Epitome decisionum iuris mahometici (iuxta doctrinam imami Maleki ben-Ous, unius ex praecipuis iuris consultorum scholae coryphaeis, de quo vide catalogum nostrum mediceum cod. XL.) auctore Chalil ben-Isaac al-Turchi malekita. Init. fol. 1. a terg. Is codex exaratus fuit ab Abdallah ben-Abdarrahmani, exeunte mense sciaaban, anno hegirae nongentesimo septuagesimo quinto (Christi 1567.), uti fol. 150. in calce adnotatur.

CCLIV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 79, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus octogesimus quintus ; quo continetur.

Anonymi *commentarius divinus in ius mahometicum*, secundum placita Naamanis Abi-Haniphae, filii Tabeth, kufensis, de quo superius cod. CCXLVII. In hoc autem commentario per varias interrogationes et responsiones praecipue disseritur de legibus et ritibus purificationis, orationis, decimarum, ieiunii,

peregrinationis, sacrificii, venationis, et testamentorum. Init. fol. 1. a terg. Is codex ad decimum quartum Christi saeculum videtur referendus.

CCLV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 30, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices orientales ecchellenses olim quinquagesimus primus; quo continetur.

Liber fundamentorum de principiis iuris; ubi nimirum vocabula utriusque iuris mahometici, legumque definitiones exponuntur; auctore Abu-Iahia Zacharia ansarensi sciapheita, supremo Mahometanorum iudice, qui hocce opusculum absolvit anno Christi 1505, uti haec docet epigraphe, quae fol. 30. in calce legitur. *Dixit auctor, cuius Deus misereatur: absolutus est liber fundamentorum, feria sexta, die 13. mensis rabii posterioris, anno hegirae nongentesimo undecimo.* Incipit autem fol. 1. a terg. Is codex scriptus fuit feria quinta, die 2. mensis sepher, anno hegirae nongentesimo decimo quarto (Christi 1508.), tribus nempe circiter annis post absolutum ab auctore hocce opusculum.

CCLVI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 156, arabicis litteris et sermone exaratus; ubi continentur.

Institutiones iuris mahometici, in LXV. libros seu titulos distributae; quorum primus *de purificatione*; postremus *de statutis et testamentis*. Auctoris nomen, et initium praefationis, avulso priore folio, desiderantur. Incipit autem fol. 1. Inter lineas, ad marginem, et utramque oram, recentiore manu passim apposita sunt scholia in eiusdem institutiones, quorum auctor ignoratur. Is vero codex scriptus fuit a quodam Abdalmaleko die 27. mensis ramadhani, anno hegirae octingentesimo sexagesimo nono (Christi 1464.), quemadmodum fol. 155. in calce adnotatum reperies. Pertinuit olim ad bibliothecam otthobonianam.

CCLVII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 279, arabico-africanis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim nonagesimus tertius; quo continetur.

Abu-Abdallah Mohammedis, filii senioris Abil-Phadeh, commentarius amplissimus in tractatum senioris iudicis Isae al-Canuchi de legibus Mahometa-

norum, ab eo compositus anno hegirae 836. (Christi 1432.), uti in clausula eiusdem commentarii legitur. Incipit autem fol. 1. a terg. Is codex scriptus fuit anno. Christi 1477, quemadmodum liquet ex hisce librarii verbis, quae fol. 279. in calce leguntur. *Completus est hic commentarius benedictus manu servi pauperis Mohammedis filii Ali al-attar* (i. e. pharmacopolae) *die 1. mensis regebi, anno 882. hegirae.*

CCLVIII.

Codex in 8. chartae. foliorum 261, arabico-africanis litteris et sermone exaratus, inter códices orientales ecchellenses olim quadragesimus sextus; ubi continetur.

1. Abu-Abdallah Mohammedis ben-Ioseph sanuasensis al-Hosaini, liber de iure mahometico, inscriptus *demonstratio articulorum*, sive statutorum, de paenitentia, purificatione, et oratione, etc. Deest principium, quod tamen infra ex codice CCLXII. suppleri potest. Incipit autem fol. 1. 2. Ahmedis ben-Mohammedis, ben-Lotfallah, tractatus sive epitome metrica libri praedicti Abu-Abdallahi Mohammedis sanuasensis de iure mahometico. Init. fol. 35. a terg. 3. Eiusdem Abu-Abdallah Mohammedis sanuasensis tractatus de statutis iudicialibus, iuxta placita doctorum mahometanorum. Init. fol. 29. a terg. 4. Eiusdem Abu-Abdallah sanuasensis expositio brevis in orationem prohoemialem, seu primum caput alcorani. Init. fol. 44. 5. Othmani Abu-Omar, ben-Abi-Bakri, ben-Ionae, cognomento Ebn-al-Hageb, corditae, compendium theologiae mahometicae. Init. fol. 45. 6. Liber demonstrationis fidei mahometicae, iuxta placita Sonnitarum, nempe doctorum moslemanorum scholae hanephiticae; auctore Negemeddino Abu-Omar, ben-Mohammedis, ben-Ahmedis, al-Nassaphi, qui Samarcandae obiit anno hegirae 537. (Christi 1142.) Vide Herbelot. bibl. orient. p. 662. voc. *Nassaphi*. Init. fol. 46. a terg. 7. Veziri araceusis responsa ad quaesita meccana, sive capita alcorani, quae in urbe Mecca dictata sunt; theologica et iuridica. Init. fol. 51. 8. Abdallah fil. Mohammedis bebetensis quaesita et responsa theologica. Fol. 52. 9. Tractatus de arte medica, auctore Abu-Abdallah Mohammede ben-Ioseph sanuasensis, hosainita, de quo supra. Init. fol. 65. a terg. 10. Carmina varia, auctoribus Aarone al-Rascido, Mohieddino grammatico, seniore ben-al-Haggiaro, Ali ben-Abi-Taleb, et imamo Abul-Abbas Ahmad ben-Iahia al-Thalabi. Init. fol. 72. 11. Computus anni, eiusque partium, sive kalendarium mahometicum ad kalendarium romanum, sive iulianum, accommodatum; sine auctoris nomine. Init. fol. 76. a terg. 12. De cognitione horarum orationis, auctore Abdal-Uahabo bagdadensi, qui et carmen de eodem argumento adiecit. Fol. 121. 13. Astrologia, physionomia, et geomantia; ubi de septem pla-

netis, et de signis zodiaci, eorum influxibus, et proprietatibus: de corporibus terrestribus, quae singulis planetis adiudicantur: de sigillis, seu telesmatibus, et schedulis, sub unoquoque planeta conficiendis, ad mira patranda, et mala avertenda: deque sole, et eius orbe: de metallis, lapidibus, animalibus terrestribus et marinis, atque plantis; auctore Abu-Abdallah Mohammede ben-Omar, al-Hosaini, al-Razi. Init. fol. 206. 14. Amuletum exorcismorum, sive deprecatio ad Deum metrica, pro bonis comparandis, et malis avertendis, et quomodo ea exaranda; ubi et de laudibus Mahometis pseudo-prophetae; auctore Abu-Omran fessano. Init. fol. 226. 15. Poëma inscriptum *stellae coruscantes*, in laudem praestantissimae creaturarum, nempe Mahometis pseudo-prophetae; auctore Abu-Seid al-Baussari. Init. fol. 230. 16. Fragmentum tractatus anonymi de interpretatione somniorum; ubi et variae narratiunculae de eodem argumento, ex alcorano eiusque expositoribus desumptae, proferuntur. Init. fol. 235. 17. Imami Iais ben-Phares astrologi, tractatus de magia, deque telesmatibus conficiendis. Fol. 243. Is codex scriptus fuit anno Christi 1629, uti haec docent calligraphi verba, quae in clausula tractatus de interpretatione somniorum fol. 242. leguntur. *Explicit liber inclytus per manus servi pauperis Chaliphae fil. Salem, fil. Mohammedis, fil. Chaliphae, cognomine al-Naphati, patria tunetini, professione malekitae, i. e. malekiticae scholae addicti. Exaravit autem illum, quum captivus esset ducis Etruriae in civitate Liburno*, etc. *exeunte mense sceuval, anno* 1039. *hegirae mahometicae*.

CCLIX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 98, arabicis litteris et sermone exaratus, inter arabicos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam inlatos olim sexagesimus sextus; quo continetur.

Liber iubarum iubatorum de statu sophitico, in praefationem, et LXIII. portas, seu capita, distributus; ubi de sophiorum seu religiosorum hominum mahometanorum institutis, moribus, variisque eorum speciebus, disseritur; quos omnes lubis equinis quorundam angelorum, qui in Mahometis paradiso degunt, comparat; ut ipse libri titulus prae se fert; auctore seniore Scchabeddino Abu-Giafar Omar ben Mohammedis, filii Abdallahi cognomento Sceheruerdi, qui anno hegirae 632. (Christi 1234.) e vita excessit (non vero Mohieddino Abu-Abdallah andalutio, uti Iosephus Simonius Assemanus scribit). Primum caput *de origine institutorum sophiorum*: postremum *de primordiis, et finibus eorundem institutorum, deque Omare ben-al-Chettab*: sive epilogus totius libri. Incipit fol. 1. a terg. Aduectitur fol. 79. a terg. brevis tractatus *de cidari prophetae*, Mahometis scilicet. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

CCLX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 226, arabico sermone et litteris minutissimis exaratus, inter codices orientales Hadriani Relandi, anno Christi 1763. vaticanae bibliothecae comparatos, olim septimus; quo continetur.

Liber inscriptus *confluxus marium*, sive systema iuris sacri et civilis Mahometanorum, iuxta scholae hanephiticae placita; auctore Ibrahimo filio Mohammedis, fil. Ibrahimi, alepino, qui extremam huic operi manum imposuit die 13. mensis ragebi, anno hegirae 923. (Christi 1517.), uti refert Haphidus in catalogo scriptorum arabic. tom. IV. voc. *Meltui*. Constat praefatione, et consuetis iuris mahometici titulis, qui in varia capita et sectiones abeunt. Praefatio, in qua auctor suum hocce opus ex libris Cadraui, Mochtar, Kenz, et Uafaieh, hanephitis probatissimis, se potissimum collegisse profitetur, incipit fol. 1. a terg. Titulus autem primus *de purificatione*, incipit fol. 2. Desinit in titulum ultimum *de statutis*; in cuius clausula fol. 226. a terg. haec adnotatio de tempore exarati huius codicis legitur. *Explicit ope Dei clementis, exeunte mense gemmado priore, anno hegirae millesimo quadragesimo nono* (i. e. Christi 1639.)

CCLXI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 67, arabicis litteris et sermone varia manu exaratus, inter codices orientales ecchellenses olim quadragesimus quintus; ubi continetur.

1. Abi-Abdarrahmani Mohammedis ben-Hosain ben-Mohammedis ben-Mosis al-Salmi al-Isaburi, tractatus de ascetis mahometanis, eorumque ordinibus et gradibus. Init. fol. 1. a terg. 2. Traditiones et dicta viginti virorum mahometicae sectae primipilorum. Init. fol. 16. 3. Mahometis pseudo-prophetae ad Ali ben-Abi-Taleb ducem fidelium, sententiae. Fol. 19. 4. Monita ad eos, qui viam rectam ingredi, et Deo placere cupiunt, fine mutila. Init. fol. 23. 5. Epitome grammaticae arabicae *lampas in scientiam grammaticalem* inscriptae; cuius auctor Nasserus ben-Abdal-Saied al-Motarrazi; variis scholiis diversa manu additis illustrata. Fol. 26. 6. Commentarius in carmina arabica moralia, incerti auctoris; cuius initium fol. 33. a terg. 7. Precatio illustris invocationis nominis Dei miseratoris, misericordis, Mahometanis mane recitanda; praemissa figura et inscriptione numerica sigilli Salomonis. Init. fol. 61. 8. Epistola, seu isagoge in dialecticam, variis in margine scholiis illustrata. Auctoris, et scholiastae nomina desiderantur. Init. fol. 65. a terg. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus. Pertinuit olim ad quemdam Omarum Hosaini filium, qui et isagogen in dialecticam exscripsit; quemadmodum in eius fronte ipsemet adnotat.

CCLXII.

Codex in 8. chartac. foliorum 109, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales ecchellenses olim quinquagesimus; ubi continetur.

Liber demonstrationis articulorum seu statutorum iuris mahometici, auctore Abu-Abdallah Mohammede ben-Ioseph sanuasensi hosainita. Init. fol. 1. Consequuntur duo commentarii in praefatum librum: quorum primus *Abu-Zachariae Iahiae cartabensis*, incipit fol. 70; alterum *Mohammedis ben-Ibrahimi al-Malali*, *al-Talmasi*. Fol. 78. Is codex scriptus fuit in urbe Hierusalem anno Christi 1635. a Fr. Dominico Germano ord. S. Francisci de observantia, qui et latinam prioris folii inter lineas interpretationem adiecit; uti idem in fronte adnotavit.

CCLXIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 71, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim nonagesimus sextus; quo continetur.

Mohammedis filii Abdalnahabi, al-Farsi, cognomento Ebn-al-Sairaphi, *compendium scriptionum noviter institutarum in scripturis rerum legalium*; sive formularium decisionum iuridicarum, in praefationem et triginta portas distributum, quarum series praefationi adnectitur, cuius initium fol. 1. Porta I. *de conditionibus et adiunctis scriptoris*. Fol. 2. a terg. Porta XXX. et ultima *de aetate hominis, eiusque colore, statura, et physionomia, in actis legalibus describenda*. Fol. 65. Is codex scriptus fuit anno Christi 1300, uti haec ostendunt amanuensis verba, quae fol. 71. in calce leguntur. *Explicit benedictus liber cum laude Dei, eiusque ope et bonitate providentiae. Exaravit autem illum pauper minimus servorum Dei, et indigentissimus eius misericordiae, Mohammad ben-Ahmedis, ben-Mohammedis, ben-Abdalcader, al-Ansani. Condonet Deus illis et ignoscat. Accidit autem complementum eius exscriptionis mane feriae tertiae, die 3. mensis gemmadi posterioris, anno septingentesimo hegirae* etc.

CCLXIV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 164, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim nonagesimus quartus; ubi continetur.

Borhaneddini Ibrahimi ben-Chalili, ben-Ibrahimi, al-Rabii sciapheitae, liber inscriptus *donum versati in scientia constitutionum iuridicarum*, de hereditate dividunda accuratissimus, utpote qui omnia ad id argumentum spectantia, secundum doctrinam scholae sciapheiticae perstringit. Init. fol. 1.

Is codex descriptus fuit ab *Omaro filio Ibrahimi*, *fil. Ibdallahi*, *fil. Mohammedis*, *sciapheita*, *feria tertia*, *die* 15. *mensis dilcadae*, *anno herae septingentesimo vigesimo nono* (Christi 1328.), quemadmodum fol. 164. in calce adnotatur.

CCLXV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 66, arabicis litteris, et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales ecchellenses olim quadragesimus octavus; quo continetur.

Anonymi liber *de scientia constitutionum* mahometicae legis, de hereditate et gradibus consanguinitatis, deque testamentis: additis inter lineas, et ad utramque oram variorum scholiis. Init. fol. 1. a tergo. Is codex scriptus fuit anno Christi 1610. Sic enim fol. 59. habetur. *Absolutae sunt hae constitutiones mense moharram*, *feria sexta*, *anno millesimo decimo nono hegirae*.

CCLXVI.

Codex in fol. membr. bombyc. foliis constans 168, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim sexagesimus quintus; ubi continetur.

1. *Liber directionis regionum*, sive geographia universalis; auctore *sultano Ismaele Abulpheda*; cuius integrum nomen est *sultanus Omadoddinus Abulpheda Ismaël*, *filius sultani Nureddini Abil-hassani Ali*, *fil. sultani Takieddini Abil-phatahi Mahmudis*, *fil. sultani Takieddini Abilchattali Omari*, *fil. Sciahensciah*, *fil. Aiubi*, *sultanus Apameae*; quemadmodum in epigraphe fronti praefixa adnotatur. Obiit autem ille anno hegirae 702. (Christi 1302). Praeunt quaedam prolegomena ad intelligentiam operis valde necessaria. Et primo quidem de mendis, et discriminibus, quae apud scriptores geographicos, in assignandis locorum longitudinibus, et latitudinibus, aliisque eiusmodi occurrunt. Init. fol. 1. a tergo. Consequitur deinde descriptio terrae, praemissis variis quaestionibus de eius forma et situ, sub hisce titulis exposita.

De cognitione terrae in genere. Fol. 2. De cognitione partium terrae. Ibid. a terg. De linea aequatoris. Fol. 3. a tergo. Sermo generalis de septem climatibus. Fol. 4. De horis diei longioris. Fol. 5. Sectio de mensuris, et modo mensurandi. De mensuris septem climatum. Fol. 8. Sermo de maribus in genere. Fol. 9. De mari ambiente. Fol. 9. a terg. De mari exeunte ex parte orientali maris ambientis, versus occidentem, coniunctim.

Fol. 10. De mari sinensi. Fol. 10. a terg. De mari viridi seu indico. Fol. 10. a terg. De mari persico. Fol. 11. De mari al-colzom seu rubro. Ibid. a terg. De freto Barburico. Fol. 12. De mari oceano. Ibid. a terg. De mari Romaeorum, seu mediterraneo. Ibid. De sinu Venetorum. Fol. 14. De ponto euxino. Ibid. De mari Bordil, seu britanico. Fol. 16. De mari Vazanac. Ibid. a terg. De mari Chazarorum seu hircano. Ibid.

Sermo de lacubus. Fol. 17. De lacu Kuri. Ibid. a terg. De lacu nigrorum. Ibid. De lacu tunetino dulci. Ibid. De lacu tunetino salso. Ibid. De lacu Nastarueh. Ibid. De lacu al-Phaium. Fol. 18. De lacu Damiatae et Tanaos. Ibid. De lacu zoghar (foetente, seu mari mertuo.) Ibid. De lacu Tiberiadis. Ibid. a terg. De lacu Paneadis. Ibid. De lacu al-bacah, seu planae et aequae regionis in territorio Tyri. Ibid. De lacu Cods, qui est lacus Emessae. Ibid. De lacu Apameae. Ibid. De lacu antiocheno. Fol. 19. De lacu Arges. Ibid. a terg. De lacu Telac. Ibid. De paludibus al-Irac sive Assyriae. Fol. 20. De lacubus Persidis. Ibid. De lacu al-Gemchan. Ibid. a terg. De lacu Zarah. Ibid. De lacu Gihon, seu Oxi. Ibid. De lacu Chuarezmiae. Ibid.

Sermo de fluminibus magnis. Ibid. a terg. De Nilo Aegypti. Ibid. De flumine Susae extimae. Ibid. De flumine Malauieh. Fol. 21. De flumine Asbilieh seu Hispalis. Ibid. De flumine Morsieh seu Murciae. Fol. 22. De flumine Romae seu Tiberi. Ibid. De flumine abi-Photres seu al-Augia, alias Botrys. Ibid. De flumine al-Ordon seu Iordane. Ibid. a terg. De flumine Hamah (Apameae) i. e. Oronte. Ibid. De flumine Gihan seu Pyramo. Fol. 23. De flumine Sihan. Ibid. a terg. De flumine Ancarah seu Ancyrae. Ibid. De flumine Heracleae. Ibid. De flumine Euphrate. Ibid. De flumine Samosatae. Fol. 24. De flumine al-Balih. Ibid. De flumine al-Chabur. Ibid. De flumine al-Dageleh seu Tigride, ex quo mille alia flumina derivantur; uti ibid. adnotatur, fol. 24. a terg. De flumine Dagelet Alehuaz. Fol. 26. a terg. De flumine Scirin. Fol. 27. De flumine al-Mescerfan. Ibid. De flumine Iostor. Ibid. De flumine Tab. Ibid. De flumine Sekan. Ibid. De flumine Zandavard, ad moenia Aspahan, regiae Persidis. Ibid. a terg. De flumine al-Hendmand. Ibid. De flumine al-Ras. Ibid. De flumine al-Korr. Fol. 28. De flumine Gergian. Ibid. De flumine Balah, quod est Gihen seu Oxus. Ibid. De flumine al-Sciasc. Ibid. a terg. De flumine Maharan. Ibid. De flumine Kauk seu Gange. Fol. 29. De flumine Tana. Ibid. a terg. De flumine Azu. Ibid. De flumine Than. Ibid. De flumine al-Athal seu Wolga. Ibid.

Sermo de montibus. Fol. 30. De monte al-Camar seu lunae. Ibid. De monte Daran. Ibid. a terg. De monte Kazulah. Ibid. De monte Ghamarah. Ibid. De monte Madiunah. Fol. 31. De monte Iasar. Ibid De

monte Vanscerisc. Ibid. De monte Tarec. Ibid. De monte al-Sciarah. Ibid. De monte al-Borth. Ibid. De monte al-Genadel. Ibid. a terg. De monte al-Azuard. Ibid. De monte Gialuth. Ibid. De monte al-Tailamun. Ibid. De monte Tai. Ibid. De monte al-Harth. Ibid. De monte al-Arêdh. Fol. 32. De monte al-Rahuan. Ibid. De monte nivis seu Libani. Ibid. De monte al-Tur. Ibid. a terg. De monte al-Giudi. Fol. 33. De monte Zengian. Ibid. De monte Tabarestan. Ibid. De monte Iasthun. Ibid. a terg. De monte Denuaband. Ibid. De monte Karman. Ibid. De monte al-Faitac. Fol. 34. De monte Siakuch. Ibid.

De regionibus et urbibus; praemissis tribus sermonibus ad maiorem huius tractatus intelligentiam necessariis; quorum primus de eius ordine ac methodo. Fol. 34. Secundus de ordine ac dispositione locorum, eorumque longitudine. Ibid. Tertius de definitione climatum imaginariorum. Fol. 35. Adnectitur rota sive circulus, ubi recensentur viginti octo climata seu regiones, quas auctor in varias tabulas distributas describit, uti videre est in singulis sequentibus tabulis. Fol. 36. Tractatus autem hac methodo dispositus est: in cuiusque tabulae primo ordine adnotatur numerus: in secundo nomina urbium: in tertio nomina auctorum, a quibus longitudines et latitudines locorum assignantur: in quarto gradus longitudinis: in quinto minuta: in sexto gradus latitudinis: in septimo minuta: in octavo verum clima: in nono clima imaginarium: in decimo orthographia nominum locorum et urbium, et qua ratione legenda. E regione vero in altera pagina exhibetur brevis narratio de singulis locis et urbibus: ad marginem superiorem et inferiorem descriptio climatum et regionum, in quibus urbes et loca praecipua sita sunt; nec non oppidorum, et aliquorum locorum inferioris notae ac nominis. Alicubi etiam tam in climatum et regionum quam in urbium et locorum descriptionibus nonnulla singularia ac memorabilia recensentur.

Primo autem occurrit *insula Arabum*, seu Arabia; quo nomine peninsulas Arabes vocare solent, eamque primum clima imaginarium appellant. Complectitur quadraginta duas urbes, in sex tabulis descriptas. Fol. 36. a terg. Secundum clima imaginarium est *regio Aegypti*. Continet viginti octo urbes, quae in quatuor tabulis recensentur. Fol. 42. Tertium clima imaginarium *Africa*. Eius urbes quadraginta duae, tabulae vero sex. Fol. 46. a terg. Quartum clima imaginarium est *insula Andles* (Vandalitia sive Hispania). Eius tabulae quatuor, in quibus viginti octo urbes numerantur. Fol. 52. a terg. Quintum clima imaginarium *insulae maris occidentalis*, quae in duabus tabulis, quatuordecim recensentur. Fol. 56. a terg. Sextum clima imaginarium *regio damascena*, nempe Syria, habet septuaginta septem civitates, in undecim tabulis descriptas. Fol. 58. a terg. Septimum clima imaginarium *Gezira*, i. e. insula, sive Mesopotamia. Eius urbes triginta quinque, in quinque tabulas

distributae. Fol. 69. a terg. Octavum clima imaginarium *Arac*, i. e. Assyria, continens viginti octo urbes, in tabulis quatuor recensitas. Fol. 74. a terg. Nonum clima imaginarium *Chorestan*, cuius tabulae duae, urbes quatuordecim. Fol. 78. a terg. Decimum clima imaginarium *Persis*, in tres tabulas, civitates viginti et unam complectentes, divisa. Fol. 80. a terg. Undecimum clima imaginarium est *Caraman*. Eius urbes septem unica tabula comprehensae. Fol. 83. a terg. Duodecimum clima imaginarium *Segestan* et *al-Rachag*. Tabula una, urbes septem. Fol. 84. a terg. Decimum tertium clima imaginarium *al-Send*, sive regio citra Indiam. Tab. una, urbes septem. Fol. 85. a terg. Decimum quartum clima imaginarium est *regio Indiarum*. Tab. I, urbes quatuordecim. Fol. 86. a terg. Decimum quintum clima imaginarium *regio Sinarum*. Tab. I, urbes VII. Fol. 88. a terg. Decimum sextum clima imaginarium *insulae maris orientalis*, quae sunt numero quatuordecim, in duabus tabulis descriptae. Fol. 89. a terg. Decimum septimum clima imaginarium *regio Romaeorum*. Eius tabulae duae, civitates quatuordecim. Fol. 91. a terg. Decimum octavum clima imaginarium *Armenia*, *Aran*, *et Adrikan*. Tabulae quinque, urbes quinque et triginta. Fol. 93. a terg. Decimum nonum clima imaginarium est *regio montana*, sive Arac Persidis. Tabulae quatuor, urbes viginti octo. Fol. 99. a terg. Vigesimum clima imaginarium *Dailam* et *Gebal*. Tab. I, urbes VII. Fol. 103. Vigesimum primum clima imaginarium, *Tabrestan*, *Mazendran*, *et Cumes*. Tabulae duae, urbes quatuordecim. Fol. 103. a terg. Vigesimum secundum clima imaginarium *Chorasan*. Tabulae V, urbes XXXV. Fol. 105. a terg. Vigesimum tertium clima imaginarium *Zablestan*. Tab. I, urbes VII. Fol. 110. a terg. Vigesimum quartum clima imaginarium *Tacharestan* et *Badechsan*. Tab. I, urbes VII. Fol. 111. a terg. Vigesimum quintum clima imaginarium *Chovarezem*. Tab. I, urbes VII. Fol. 112. Vigesimum sextum clima imaginarium est *regio citra fluvium Gihon*. Tab. VI, urbes XLII. Fol. 183. Vigesimum septimum clima imaginarium est *pars australis*, seu regio nigrorum. Fol. 119. a terg. Vigesimum octavum clima imaginarium est *pars septentrionalis*, quae diversarum gentium regiones complectitur. Tab. IV, urbes XXVIII. Fol. 122. a terg.

Desinit hocce opus (quod non ita pridem cl. vir Io. Iac. Reiske latine, parum tamen feliciter, reddidit, et Lipsiae an. 1769. typis vulgavit) in hanc auctoris adnotationem. Fol. 125. *Ait auctor* (*perennet Deus excelsus eius dies*): *et hoc est postremum eius*, *quod ex iis retulimus*, *quae ad manus nostras pervenerunt de notitiis regionum*, *quoad nobis licuit*. Consequitur scriptoris codicis huius epigraphe his verbis. *Et fuit finis dealbationis* (exarationis) *eius*, *mense sciaaban*, *anno hegirae septingentesimo vigesimo primo* (Christi 1332.); *cuius domino praestantior benedictio et salus. Et Deo soli laus*, *eiusque benedictio super dominum nostrum Ma-*

hometem , et ipsius propinquos ac socios, quibus et plurimam pacem impertiatur. Calligraphi nomen in fronte adnotatum reperies, nempe *Mohammad filius Hosni ben-Barumin hanephita , alepinus* .

Directio sanitatis, auctore al-Mochtar ben-al-Hosn, cognomento ben-Botlan, christiano bagdadensi, medico celeberrimo, qui editis pluribus de medicina libris, monachus obiit, circa medium saeculum decimum, imperante Caiembamrilla, vigesimo sexto Abbasidarum chalipha. Hanc autem directionem seu regimen sanitatis auctor tradit secundum sex causas; et primo quidem ex aere temperato. 2. ex qualitate, et quantitate cibi, ac potus. 3. ex iusta aequalitate motus, et quietis. 4. ex omissione nimii soporis, et vigiliae. 5. ex iusta et aequa exoneratione, vel retentione exerementorum. 6. ex repressione passionum. Quas causas ait necessarias esse cuilibet ad tuendam conservandamque sanitatem; uti legere est sub initium huius operis, quod incipit fol. 127. Totus vero liber per tabulas digestus est, eodem plane modo, ac praecedens Abulphedae geographia: et quidem ad huius tabularum imitationem suas confecisse auctor in praefatione affirmat. Hocce autem ordine dispositus est. Exorditur tractatum suum a cibis, ex quibus inchoatio et conservatio vitae ac sanitatis hominum pendet; agitque de pluribus eorum speciebus, quas in varias tabulas dividit, in quibus cuiusque speciei praecipuos cibos recenset hac methodo. 1. ponit numerum. 2. nomen cibi. 3. naturam, seu eius qualitatem. 4. gradum qualitatis. 5. meliorem et perfectiorem. 6. utilitatem illius. 7. eius damnum. 8. remedium. 9. quid generet. 10. temperamentum. 11. qua aetate. 12. quo tempore. 13. in qua regione adhibendus. 14. variorum de illo cibo opiniones recenset. 15. easque circa eius virtutes ac proprietates exponit; praefixa rota, in qua isthaec omnia indicantur, descriptis in superiore et inferiore ora singularum tabularum canonibus de natura ciborum ac potuum, qui universim LXXXI. numerantur. E regione vero tabularum de ceteris ad eosdem cibos et potus pertinentibus, iuxta superiorem methodum disseritur. Epigraphe rotae praemissa incipit fol. 128.

Agitur deinde 1. de fructibus eorumque generibus, in tabulis quatuor. Fol. 128. a terg. 2. De leguminibus, eorumque naturis, et quid ex iis confici possit. Tab. II. fol. 132. 3. De panibus, eorumque modis, et singularibus speciebus. Tab. I. 4. De oleribus, eorumque speciebus, et proprietatibus. Tab. I. fol. 135. a terg. 5. De condimentis ciborum, eorumque speciebus. Tab. I. fol. 236. a terg. 6. De aceto et acidis. Tab. I. fol. 137. a terg. 7. De obsoniis et bellariis. Tab. I. fol. 138. a terg. 8. De refrigeratoriis et frictis. Tab. I. fol. 139. a terg. 9. De lacte et lacticiniis. Tab. I. fol. 140. a terg. 10. De carnibus tam recentibus quam salitis, eorumque naturis. Tab. I. fol. 141. a terg. 11. De carnibus animalium silvestrium, quadrupedum, et volatilium. Tab. I. fol. 142. a terg. 12. De vo-

latilibus tam domesticis quam silvestribrs. Tab. I. fol. 143. 13. De piscibus tam recentibus quam salitis. Tab. I. fol. 144. a terg. 14. De membris animalium, eorumque frustis et natnris. Tab. II. fol. 145. a terg. 15. De coctis, eorumque coloribus. Tab. I. fol. 147. a terg. 16. De coctis eorumque speciebus. Tab. II. fol. 148. a terg. 17. De frictis, et variis eorumque speciebus. Tab. I. fol. 150. a terg. 18. De assatis, et conglomeratis, et de iis quae odorem alliorum auferunt. Tab. I. fol. 151. a terg. 19. De dulcibus, eorumque speciebus, et confectionibus. Tab. I. fol. 152. 20. De acetis et mellibus. Tab. I. fol. 153 21. De aquis imbrium et fontium. Tab. I. fol. 154. 22. De vinis, et siceris, deque cautela adversus ebrietatem. Tab. I. fol. 155. a terg. 23. De odoribus et floribus. Tab. I. fol. 156. a terg. 24. de utilitatibus, et damnis mutationum locorum. Tab. I. fol. 157. 25. De musica, et animi passionibus, deque medicamentis laterum et costarum. Tab. I. fol. 158. 26. De ebrietate et vomitu, deque somno et vigilia, et expergefactione, eorumque effectibus. Tab. I. fol. 159. a terg. 27. De evacuatione, couiunctione, fricatione et medicamine doloris verendorum. Tab. I. fol. 160. a terg. 28. De motu, quiete, et exercitatione, earumque speciebus. Tab. I. fol. 161. 29. De balneis, eorumque partibus et effectibus. Tab. I. fol. 162. a terg. 30. De regimine balneorum, deque attrectatione corporis, et conservatione sanitatis unguium. Tab I. fol. 163. a terg. 31. De thymiamatibus, unguentis odoriferis, et de poculis, eorumque utilitatibus, et damnis. Tab. I. fol. 164. a terg. 32. De sorbitiunculis, succis, et stationibus pro varietate temporum. Tab. I. fol. 166. a terg. 33 De mutatione aëris pro ratione ventorum et temporum. Tab. I. fol. 166. a terg. 34. De mutatione aëris pro ratione temporum, et situs regionum. Tab. I. fol. 167. a terg.

Desinit hic tractatus fol. 168. a terg. in hanc calligraphi adnotationem. *Et fuit complementum eius mense sceuval anno hegirae septingentesimo sexagesimo* (Christi 1358.) *manu Ibrahimi filii Mohammedis alepini. Ignoscat Deus et illi cui descriptus fuit, atque omnibus Moslemanis. Laus Deo domino saeculorum, et benedicat Deus domino nostro Mahometi praestantissimo apostolorum, eiusque propinquis ac sociis, salutemque impertiatur.* Pertinuit hic codex ad bibliothecam sultanorum apamensium; quemadmodum in ora inferiore frontis a calligrapho geographiae Abulphedae maioribus litteris adnotatur.

CCLXVII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 88, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam ex Aegypto inlatos, olim quadragesimus quartus; ubi continentur.

1. *Nomina climatum regionum Aegypti*; ubi urbes, pagi, et provinciae totius Aegypti cum suis territoriis, prout a Mahometanis nuncupantur, alphabetico ordine recensentur, sine auctoris nomine. Init. fol. 2. a terg. 2. *Liber canonum dohanarum et tribunalium Aegypti*, in capita XIV. distributus; ubi de scribis, abachistis, apochis, plantis, metallis, animalibus, sinu Nili, monetis, operibus, et aedificiis publicis, regimine politico, vectigalibus, decumis, scripturis, et portoriis agitur; auctore anonymo. Init. fol. 40. a terg. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus. Ad eius calcem recentiore manu adiectam reperies regulam ad inveniendos horoscopos, et conficienda amuleta, cum nonnullis aliis secretis futilibus ac superstitiosis.

CCLXVIII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 143, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam inlatos, olim quadragesimus tertius; quo continetur.

Geographia, et historia animalium, plantarum et metallorum, ab anonymo, iussu *Sciahini al-Monaidi vicarii regiae maiestatis in arce victrice alepensi*, composita; quemadmodum in prefatione legitur; cuius initium fol. 1. Dividitur totum opus in quatuordecim sectiones, quarum series alteri praefationi, ubi de globo terraquaeo disseritur, adnexa est; cuius init. fol. 4. Porro sectio 1. de regionibus et tractibus terrae. 2. de sinibus et maribus. 3. de insulis et scopulis. 4. de lacubus, fontibus, et fluminibus magnis. 5. de iis, quae admiranda videntur. 6. de montibus magnis. 7. de lapidibus, eorumque proprietatibus. 8. de metallis et gemmis, eorumque proprietatibus. 9. de plantis et fructibus, eorumque proprietatibus. 10. de baccis et granis, eorumque proprietatibus. 11. de oleribus, eorumque proprietatibus. 12. de variis herbis, earumque proprietatibus. 13. de seminibus, eorumque proprietatibus. 14. de animalibus et volatilibus, eorumque proprietatibus. Prima sectio incipit fol. 13. a terg. Sectio decima quarta et ultima incipit fol. 116. a terg. Consequitur conclusio libri, sive appendix, in qua exhibentur 1. narrationes quaedam de regibus praeteriti temporis desumptae ex Abulpharagii ben-al-Chuzi libro, cui titulus *aurum liquefactum de vitis regum*. 2. de Antichristo. 3. de Isa seu Iesu filio Mariae. 4. de Mose propheta. 5. de ortu solis et eius occasu. 6. de resurrectione mortuorum, eiusque nominibus; omnia secundum placita alcorani et doctorum mahometanorum. Init. fol. 126. Accedit sectio *de opificio ludi scacchiorum, et de sapientia in eo contenta, una cum poëmate in eumdem ludum, Scerifi ben al-Baharieh*. Fol. 142. Is codex ad decimum septimum Christi saeculum videtur referendus.

CCLXIX.

Codex in fol. m. bombyc. foliorum 88, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices arabicos a I. S. Assemano in vaticanam bibliothecam ex oriente inlatos, olim trigesimus tertius. Ibi continentur.

Tabulae astronomicae, iuxta observationes a Salaheddino Mose, cognomento Cadizade romaeo, et a Gaiatheddino Gemscid, Sarmacandae iussu Oghli Beiki, Tamerlani nepotis, factas; a quo etiam titulum sumpserunt. Opus astronomis orientalibus probatissimum, e persica lingua in arabicam, a quodam Raphaio conversum, uti ex epigraphe ad calcem apposita, quam mox proferemus, compertum est. Dividitur in quatuor dissertationes, seu partes; quarum 1. de celebrioribus orientalium, Arabum scilicet, Persarum, Indorum, Turcarum, Aegyptiorum, Syrorum, et Graecorum epochis. II. de temporum cognoscendarum ratione. III. de planetarum cursu. IV. de stellis fixis. Init. fol. 1. a terg. Porro tabulas stellarum fixarum, quae in quarta huius operis parte exhibentur, Oxoniae edidit Thomas Hyde, persice et latine, anno Christi 1665: alias vero partes vulgavit Londini Iohannes Gravius. Videsis utriusque interpretis praefationes, in quibus multa scitu digna de Oghli Beiki vita et studiis mathematicis, deque astronomis in hoc opere contexendo adhibitis, occurrunt. Is codex scriptus fuit anno Christi 1592, ut haec ostendunt calligraphi verba, quae fol. 88. ad calcem adnotantur. *Hoc est quod inveni in autographo domini illustris Iahiae al-Raphai, qui hasce tabulas Oghli Beiki arabice reddidit. Absolutus autem est hic tractatus manu scriptoris eius Abdarrahmani al-Tannabi, ministerio moscheae floridae* (Cahirae urbis praecipuae) *adscripti, discipuli domini illustris Mohammedis ben Abi-al-Chair, al-Tahan* (i. e. molitoris) *al-Armiuni, cuius Deus misereatur; anno hegirae millesimo primo*. Additur ibidem in ora inferiore isthaec de obitu praefati calligraphi adnotatio. *Obiit calligraphus huius tractatus nocte feriae primae, die* 5. *mensis rabii prioris, anno hegirae millesimo secundo* (Christi 1593.) *Ali al-Ahmed hanephita eius discipulus.*

CCLXX.

Codex in fol. m. bombyc. foliorum 203, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos ex oriente in vaticanam bibliothecam I. S. Assemani opera inlatos, olim quadragesimus sextus; ubi continetur.

Hamzeh Ebn-Ahmedis, ebn-Esbat, africani, chronicon ab anno hegirae 501. ad 922. (Christi 1107. ad 1516.) in quo Mahometanorum res gestae in Arabia, Syria, Assyria, Perside, Aegypto, ac Thracia accurate describuntur. Dividitur in duos tomos, partes XI. complectentes. Est hic tomus alter (amisso priore)

continens quinque partes posteriores, a septima ad undecimam; ab anno nimirum hegirae 526. ad 922. Deest principium septimae partis, quae incipit fol. 1. Obiit auctoris pater, cuius integrum nomen *Scehabeddinus Ahmed, ben-Omar ben-Saleh, ben-Esbat*, anno hegirae 887. (Christi 1482.), ceu ipse auctor ad eundem annum fol. 195. a terg. refert. Is codex scriptus fuit anno Christi 1681, uti haec docet duplex epigraphe, quarum prima sub finem partis octavae, fol. 108. legitur his verbis. *Exaratus est hic codex manu imbecilli pauperis servi Dei, Salheb ben-Farah* (Ignatii filii Gaudentii). *Ignoscat Deus ei suisque parentibus. Qui autem legerit, et misericordiam pro eo efflagitaverit, esto illi tantumdem. Ipse vero Salheb est ex oppido Zucmesbeh Kesroani, in territorio Beriti, ad laevam fluminis Lyci; idemque est eius calligraphus, et dominus. Absolvit autem illum feria sexta, die 23. mensis rabii prioris, anno hegirae 1092.* (Christi 1681). *Praedictus vero mensis respondet diei 11. mensis nisan* (aprilis). Altera epigraphe. Fol. 203. ad calcem est huiusmodi. *Et fuit complementum descriptionis huius libri feria sexta, die 11. nisan* (aprilis) *anno Christi 1681, qui respondet anno hegirae 1092. Eius autem auctor est Hamzeh Ebn-Ahmedis, Ebn-Esbat mograbinus*, i. e. *africanus. Et Deo laus amen. Atque ita adnotatum est tempus exscriptionis eiusdem libri in fine quaternionis undecimi. Bis igitur eius epocha descripta est. Si vero cupis reperire priorem epocham, enumera quaterniones a primo usque ad undecimum. Totus autem liber constat quaternionibus XXI; et singuli quaterniones decem chartis.* Consequitur ibidem a terg. descriptio deditionis Cretae insulae a Venetis factae Mahometi Turcarum imperatori, anno hegirae 1080. (Christi 1669.); nec non festorum in toto imperio othomanico ea occasiona celebratorum, ab amanuensi conscripta.

CCLXXI.

Codex in fol. bombyc. foliorum 147, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam ex oriente inlatos, olim quadragesimus octavus; quo continetur.

Liber inscriptus *praxis speculantium de scientia priorum et posteriorum*, sive chronicon rerum mahometicarum, ab ineunte hegira, ad annum usque eiusdem hegirae 806. (Christi 622. ad 1403.) auctore *Muhebbedino Abu-Ualid Mohammede, ebn-Sciohneh hanephita*, qui hocce suum opus rogatu Omareddini Mohammedis Alepi urbis praefecti elucubravit, ceu ipse in praefatione testatur. Init. fol. 1. a terg. Is codex scriptus fuit anno Christi 1446. Sic enim fol. 147. in calce adnotatur. *Explicit liber cum laude Dei eiusque ope (et benedicat Deus domino nostro Mahometi* etc.) *per manum*

servi pauperis ex servis Dei excelsi, anno octingentesimo quinquagesimo hegirae. Et laus Deo soli.

CCLXXII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 278, arabicis litteris minutis nitidissime exaratus, inter codices ecchellenses olim septimus; quo continetur.

Ismaëlis ben-Ali ben-Mahmud, ben-Mohammad, ben-Omar, ben-Sciahinsciah, ben-Aiub, vulgo Abulphedae, sultani Apameae, chronicon gentium, ab Adamo, usque ad annum hegirae 487. (Christi 1094.) in praefationem, et quinque partes distributum. Praefatio recenset scriptores historicos, ex quibus hocce suum chronicon auctor collegit. Porro pars prima agit de patriarchis, prophetis, et regibus ab Adamo, usque ad excidium templi Salomonis sub Tito Romanorum imperatore. Secunda pars de regibus Persarum, Chaldaeorum, Aegyptiorum, Romaeorum ante et post exortam mahometanam sectam, Francorum Syrorum, Indorum, Sinensium, et Arabum. Tertia de diversis gentium sectis. Quarta exhibet historiam Arabum, eorumque genealogiam. Quinta demum pars complectitur historiam Moslemanorum, i. e. Mahometanorum, a Mahomete pseudo-propheta, usque ad Moctadhi filium, vigesimum septimum ex Abbasidarum familia chalipham, qui imperium inivit anno hegirae 487. (Christi 1094.) Init. fol. 1. a terg. Auctor obiit anno hegirae 702. (Christi 1302.) Integrum autem eius chronicon gentium producitur usque ad annum hegirae 692, ac proinde desiderantur in hoc codice (quem ad medium decimum quartum Christi saeculum haud immerito referas) ducenti et quinque circiter anni, nempe ab anno hegirae 487. ad annum 692. (Christi 1095. ad 1292.)

CCLXXIII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 121, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano in bibliothecam vaticanam ex oriente inlatos, olim quinquagesimus sextus; ubi continetur.

Chronicon Circassorum, regum Aegypti, a Barcoc primo dynastiae Mamaluccorum sultano, ad Thomanpacium; ab anno nempe hegirae 851, usque ad mensem dilheggae anni 930. (Christi 1447. ad 1523.) Recensentur omnino reges ex praedicta dynastia sex et quadraginta. Avulso priore folio, auctoris nomen et principium operis desiderantur. Auctor fol. 1. se fusius scripsisse ait, vitam Timurlenchi seu Tamerlani, dynastiae Tymurlenchidarum fundatoris, qui obiit die 17. mensis sciaabani, anno hegirae 807. (Christi 1405.) aetatis 71, cum annos 36. imperasset, variisque regibus devictis, plura sibi

regna subiugasset. Is autem codex medio circiter decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

CCLXXIV.

Codex in fol. bombyc. foliorum 193, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano ex oriente in vaticanam bibliothecam inlatos, olim quinquagesimus secundus; ubi continetur.

Abu-Abdallah Mohammedis ben-Omar al-Uacdi, anno hegirae 207. (Christi 822.) defuncti, *historia expugnationis Damasci* et reliquarum Syriae urbium, a pseudo-prophetae sociis, atque successoribus peractae; ubi multa de Arabum rebus praeclare et fortiter adversus Romaeos gestis, ad pacem usque Caesareae cum Constantino IV. sancitam proferuntur. Init. fol. 1. a terg. Desunt in fine nonnulla. Is autem codex ad decimum tertium Christi saeculum videtur referendus.

CCLXXV.

Codex in fol. bombyc. foliorum 273, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices arabicos vaticanos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam ex oriente inlatos, olim quinquagesimus tertius; quo continetur.

Liber familiaritatis gloriosae in chronico Hierusalem, et civitatis amici, nempe Abrahami patriarchae, sive Ebronis, ubi dicitur sepultus. Continet historiam sacram et prophanam totius Palaestinae, iuxta traditiones Mahometanorum, ab orbe condito ad annum hegirae 900. (Christi 1494.) auctore *Mohebeddino Abdarrahmano ben-Mohammedis, Olaimo*, qui hoc opus suum sultano Aegypti *al-Asceraf Abi-al-Nasr Caithabai*, decimo septimo dynastiae secundae Mamaluccorum regi nuncupavit. Init. fol. 3. a terg. Praeit praefatio generalis de ordine ac methodo tractandarum in hocce chronico rerum; cuius init. fol. 1. a terg. Is codex ad auctoris aetatem haud immerito referendus est; si tamen ultimum folium excipias, mense rabio priore, anno hegirae 1116. (Christi 1704.), uti ibidem adnotatur, suppletum.

CCLXXVI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 118, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codices arabicos, Iosephi Simonii Assemani opera, ex oriente in vaticanam bibliothecam inlatos, olim quadragesimus nonus; quo continetur.

Praxis speculantium de scientia priorum ac posteriorum, sive chronicon rerum mahometicarum, ab ineunte hegira, ad annum usque 806, auctore *Muhebeddino Mohammede abul-Ualid*, *ben-Sciohneh*, *hanephita*, a quo hocce opus, rogante Omareddino Mohammede Alepi praefecto, compositum fuit, ceu ipse in praefatione affirmat. Init. fol. 1. a terg. Confer cum superiore codice CCLXXI, in quo idem opus exhibetur. Is autem codex scriptus fuit anno Christi 1564, quemadmodum haec ostendunt calligraphi verba, quae fol. 115. in calce leguntur. *Explicit liber ope Dei largitoris* etc. *Et fuit complementum exscriptionis eius nocte feriae primae*, *die* 3. *gemmadi posterioris*, *anno hegirae nongentesimo septuagesimo secundo.*

CCLXXVII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 41, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano ex oriente in vaticanam bibliothecam inlatos, olim quadragesimus quintus; quo continetur.

Liber collectionis narrationum de regibus terrarum, sive chronicon rithmicum patriarcharum, iudicum, et regum Israëlis, regum quoque Persarum, Aegyptiorum, Graecorum, Romanorum, Arabum, et Mahometanorum, in Arabia, Perside, Syria, Africa, et Hispaniis; auctore *Hosn ben-Omar*, *ben-Habib*, qui claruit circa annum Christi 1450: ad id enim tempus chronicon suum perduxit. Init. fol. 5. a terg. Praeit index eorum, quae in hocce chronico exhibentur, secundum dynastiarum ordinem dispositus. Init. fol. 1. Is codex autographus esse videtur.

CCLXXVIII.

Codex in 4. chartac. foliorum 66, arabicis literis et sermone exaratus, inter codices orientales, ex hereditate Hadriani Relandi comparatos, olim octavus; quo continetur.

Chronicon samaritanum, alias *liber Iosue* nuncupatum, ab exitu filiorum Israëlis ex Aegypto ad Hadriani imperatoris tempora deductum, e scaligeriano codice academiae leydensis, litteris samaritanis exarato, ab Hadriano Relando arabico charactere et sermone descriptum, qui et varias ad marginem adnotationes et correctiones apposuit, et iudicia virorum eruditorum, Iosephi nempe Scaligeri, Samuelis Bochartii, Iohannis Morini, Nicolai Peirescii, Constantini L'empereur, Ludovici Cappelli, Christophori Cellarii, Ioh. Henrici Hottingeri, D. Herbelotii, et Briani Waltoni, de eodem chronico, initio praefixit. Titulus et initium fol. 7. h. e. *In nomine Dei misericordis*.

Hic liber complectitur historiam filiorum Israëlis, a tempore, quo dominus noster Moses filius Amram propheta, quocum pax, Iosue filio Nun imperium in populum suum tradidit. Omnia ex hebraica lingua in arebicam conversa sunt etc. In eius clausula, fol. 66. isthaec legitur adnotatio. *Laus Deo. Explicit liber vulgo nuncupatus liber Iosue.*

CCLXXIX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 127, arabicis litteris et sermone : itidissime exaratus, inter codices ecchellenses olim nonus; quo continetur.

Liber inscriptus *praxis speculantium de historiis priorum et posteriorum*, sive chronicon ab orbe condito ad annum lunarem hegirae 806. (Christi 1403.), auctore *Muhebbedino Abul-Ualid Mohammede Ebn-Sciohneh hanephita*, anno hegirae 815. (Christi 1412.) defuncto; qui hocce opus aggressus est, a Mohammede ben-Mosis Seiahri, vicario sultani, seu areis Alepi praefecto, rogatus. Dividitur in praefationem et tres partes. Praefatio principio mutila incipit fol. 2.. Pars prima inscripta *clavis*; ubi de creatione caeli et terrae, deque mirabilibus quae in iis exstant; incipit fol. 2. Pars secunda *ianua prima*, agit de Adamo et reliquis patribus, secundum placita Mahometanorum, deque regibus Graecorum, Romanorum, Aegyptiorum, Arabum, Persarum, et Indorum, usque ad Mahometis pseudo-prophetae ortum. Incipit fol. 4. a terg. Pars tertia *ianua altera*, accuratam complectitur Moslemanorum historiam ab ortu memorati Mahometis; eorum regum, et virorum illustrium, usque ad annum hegirae 806. Incipit fol. 24. a terg. Extat haec ultima pars in superioribus codicibus CCLXXI. et CCLXXVI, sed ampliore stilo descripta. Hic autem codex scriptus fuit anno Christi 1584, quemadmodum liquet ex ista amanuensis adnotatione, quae fol. 127. in calce habetur. *Et fuit complementum huius libri chronici, exeunte feria quarta, die 3. mensis sepher, anno nongentesimo nonagesimo secundo hegirae, per manum minimi servorum Dei Abdallah ben-Mohammedis, ben-Ahmedis, ben-Abdarrahmani, ben-Ali, al-Pharani, al-Ansari.*

CCLXXX.

Codex in 4. bombyc. paginarum 632, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam inlatos, olim quinquagesimus quintus; quo continetur.

Liber inscriptus *historiae dynastiarum, et vestigia priorum*; sive chronicon universale, ab orbe condito ad annum hegirae 1018. (Christi 1609.) auctore *Abul-Abbas, Ahmede, ben-Ioseph, damasceno*, qui illud ex chro-

nicis orientalium scriptorum, ac praesertim ex chronico Mustaphae ben-al-Saied Hassan, cognomento al-Gennabi, qui obiit Alepi anno hegirae 999. (Christi 1590.) collegit, pluribusque additionibus auxit. Opus praestantissimum, si quidem ea excipias, quae de creatione mundi, caelorum, daemonum, aliarumque rerum, deque patriarchis et prophetis, auctor secundum Mahometanorum placita fabulatur. Dividitur in praefationem, et quinquaginta quinque portas, seu capita, quae iterum in varias sectiones abeunt, quorum series praefationi adnectitur. Praefatio sectionibus septem absolvitur; quarum 1. de definitione historiae, eiusque origine. 2. de Deo, et rebus ab eo creatis. 3. de creatione geniorum, et daemonum, et maledicti diaboli. 4. de creatione duarum terrarum, et de earum habitatoribus, deque iis, quae in earumdem partibus ante Adamum acciderunt. 5. de creatione caelorum et luminarium caelestium. 6. de prophetia, et apostolatu; deque prophetis, et apostolis, illorum scriptis, numero, et aetate. 7. Series capitum mysteria huius libri declarantium. Ea incipit fol. 1. a terg. Consequuntur capita LV. in quibus summatim describitur historia cum serie patriarcharum, ab Adamo ad Mahometem; chalipharum dynastiarum singularum, a Mahomete ad imperium othomanicum; othomanorum imperatorum, usque ad Ahmedem huius nominis tertium, qui, defuncto patre Mohammede, anno hegirae 1012. (Christi 1603.) imperium inivit; regum persarum, indorum, sinensium, syrorum, babyloniorum priorum; graecorum, romanorum, imperatorum constantinopolitanorum, romanorum post ortum moslemanismi, regum aegyptiorum ante et post diluvium, regum Israëlitarum, aliarumque gentium. In ultimo capite, sectionibus quinque absoluto, mirabilia mundi, nec non urbes praecipuae, montes, flumina, et maria, secundum alphabeti arabici ordinem recensentur. Caput 1. de prophetis et apostolis incipit pag. 20. Is codex scriptus fuit *exeunte mense sciaaban benedicto*, *anno hegirae millesimo centesimo decimo quarto* (Christi 1702.), quemadmodum pag. 632. in calce adnotatur.

CCLXXXI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 180, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos, Iosephi Simonii Assemani opera, in vaticanam bibliothecam ex oriente inlatos, olim quadragesimus septimus; ubi continetur.

Chronicon chalipharum, seu successorum Mahometis pseudo-prophetae in imperio moslemanico ab Abu-Bakro iusto, qui anno hegirae undecimo (Christi 632.) praedicto Mahometi successit, ad annum hegirae 903. (Christi 1497.) quo Motuakelus Abdalazizus ultimus in Aegypto chalipha interiit; auctore *Geladdino Abul-Phadl Abdarrahamano ben-Abi-Bakri, asiutensi*, qui obiit an-

no hegirae 911. (Christi 1505.) Init. fol. 1. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur descriptus.

CCLXXXII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 361, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam ex Aegypto inlatos, olim quinquagesimus primus; quo continetur.

Gelaleddini Abul-Phadl Abdarrahmani filii Abi-Bakri, asiutensis, liber inscriptus *pulchritudo colluctationis et aspectus in narrationes de Aegypto et Cahira*, sive historia regni Aegypti, eiusque metropoleos Cahirae; ubi de Aegypti finibus, ex alcorano; de Adami posteris; imperii aegyptiaci primis auctoribus; de regibus, qui post diluvium imperarunt; de pyramidibus, puteis, obeliscis, aliisque admirandis; de illius a Mahometanis expugnatione; de principibus, ducibus, antistitibus, indicibus, proregibus, viris illustribus, ac poëtis celebrioribus; de Nilo eiusque canalibus; de collegiis, mesquitis, balneis, et incolarum numero; de variis olerum, plantarum, et fructuum generibus, quae ibi producuntur. Init. fol. 1. a terg. Pracit praefatiuncula, in qua viginti octo auctores, qui de rebus aegyptiacis scripserunt, laudantur, eorumque librorum tituli recensentur. Eius init. ibid. Is codex eadem qua praecedens codex manu exaratus est, ac proinde ad eius aetatem referendus.

CCLXXXIII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 143, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codices orientales ab Andrea Scandar in vaticanam bibliothecam ex oriente inlatos, olim quinquagesimus secundus; quo continetur.

Iudicis Scerapheddini Iahiae ben-Giani liber inscriptus *munus egregium, de climatibus aegyptiacis*; sive descriptio provinciarum, urbium, oppidorum, pagorum, et villarum totius Aegypti; una cum elencho redditunm, canonum, et tributorum uniuscuiusque loci; prout exigebantur mense sceuval, anno hegirae 777. (Christi 1375.) sub Sciaabano Hossaini filio, cuius temporibus auctor scribebat. Init. fol. 1. a terg. Is codex scriptus fuit anno Christi 1718. Sic enim in eius clausula fol. 143. legitur. *Absoluta est exscriptio huius libri, ineunte mense rabio priore, anno hegirae millesimo centesimo trigesimo primo. Parcat Deus scriptori illius, et omnibus Moslemanis. Amen.*

CCLXXXIV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 200, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam ex oriente inlatos, olim quinquagesimus quartus; quo continetur.

Liber significationis de notitia sacrae domus Dei, sive historia urbis Meccae ab eius origine, ad annum hegirae 987. (Christi 1574). Dividitur in praefationem, capita decem, et conclusionem; ubi de illius urbis origine, situ, sacris et profanis aedificiis, nec non de rebus ibidem gestis a Mahomete pseudo-propheta, eiusque sociis, et chaliphis, seu successoribus imperatoribus moslemanis, usque ad Moradum seu Amuratem III. chan seu imperatorem Turcarum, nempe ad annum praedictum hegirae 987, accurate narratur. Auctoris nomen desideratur, qui in praefatione adserit, se ministerio delubri meccani fuisse addictum. Praefatio incipit fol. 1. a terg. Caput vero primum, de situ et aedificatione illustris urbis Meccae, incipit fol. 5. Desunt finis capitis noni, totum caput decimum, et conclusio operis. Hic autem codex decimo septimo Christi saeculo ineunte videtur descriptus.

CCLXXXV.

Codex in 4. chartac. foliorum 138, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices ecchellenses olim quinquagesimus quartus; quo continetur.

Marochiana historia, ab anno hegirae 462, quo Marochium urbs condita, usque ad eiusdem hegirae annum 783, h. e. ab anno Christi 1069. ad 1381; cum accurata regum serie. Auctoris nomen latet. Init. fol. 1. Is codex descriptus fuit a Nicolao Nairono in vaticana bibliotheca syriacae et arabicae linguae scriptore, qui inclinante decimo septimo Christi saeculo, diem supremum Romae obivit.

CCLXXXVI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 138, arabicis litteris et sermone varia sed elegante manu exaratus, inter codices arabicos, Iosephi Simonii Assemani opera, in vaticanam bibliothecam ex oriente inlatos, olim quinquagesimus; quo continetur.

1. *Zeineddini Ahmedis fil. Ali, fil. Hossaini, fil. Ali, cognomento Sciapheny, historia urbis Alepi, ex chronico Olaimi fil. Ualidi, ben-Sciohneh, alepini, aliisque chronicis, excerpta*, et in portas, seu capita, divisa; ubi de eius origine, districtu, finibus, expugnationibus, incrementis, mesquitis, oratoriis, scholis, balneis, palatiis, nosocomiis, diversoriis, fontibus, villis, ac ceteris

deliciis et magnificentiis; subiecto in fine monumento de ingenti incendio, quod accidisse dicitur in urbe Damasco, nocte sabbathi die 21. mensis sciaabani, anno hegirae 794. (Christi 1391). In margine nonnulla scholia, alia manu addita. Init. fol. 1. a terg. 2. *Topographica descriptio sanctae urbis Hierusalem, eiusque ecclesiarum, et monasteriorum, oppidorum et pagorum eiusdem districtus, et locorum sanctorum, et ecclesiarum, quae in iis exstant*; *auctore viro ex Christi amantibus* i. e. *christiano*. Init. fol. 73. a terg. 3. *Ephraemi diaconi monachi expositio de monte Sinai, et de monte sancto*, deque ecclesiis, monasteriis, et cellis, quae in iis sunt; nec non de viis, ex Aegypto, et Gaza, et Hierusalem ad montem Sinai ducentibus. Init. fol. 92. 4. *Topographica descriptio magnae urbis Romae, eiusque aedificiorum, et ecclesiarum, aliorumque ad eam pertinentium*, fabulis referta; auctore anonymo. Init. fol. 104. 5. Eiusdem *topographica descriptio urbis Alexandriae*. Init. fol. 109. 6. Eiusdem *topographica descriptio magnae urbis Antiochiae*, eiusque aedificiorum, et omnium rerum ad ipsam pertinentium, et quot pecuniae in eius aedificatione fuerint insumptae, et quomodo se habeat, et quinam eam exstruxerit. Init. fol. 111. 7. Eiusdem *descriptio constructionis domus, quam Salomon Davidis filius Deo aedificavit, et quae eius longitudo ac latitudo*. Init. fol. 119. 4. Eiusdem *historia Alexandri bicornis, qui imperium septem climatum orientalium et occidentalium terra marique obtinuit*; *et quaenam fuerit eius vita, et causa mortis*. Init. fol. 122. 9. Eiusdem *expositio mirabilium terrae, eorumque locorum, ac nominum*; *et quinam ea peragenda curaverint*. Sunt omnino triginta mirabilia. Init. fol. 129. a terg. 10. *Locmani sapientis testamentum ad filium suum*. Init. fol. 136. 11. *Harethi ben-Kaeb testamentum ad filium suum*. Init. fol. 137. Is codex ad decimum septimum Christi saeculum videtur referendus.

CCLXXXVII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 89, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim vigesimus primus; quo continetur.

Liber narrationum sive historiae (fabulosae) *Bibi* regis Arabum, *Mogamesi* eius filii *Abu-Zaidi*, et *Seidi Senan* filii Iaser ex familia Halalitarum: *item belli Halalitarum* cum familia *Taiorum* in regione cyrenensi, et *Scedadi* ben-Sciah-Abedini, ben-Hasabi. Opus partim soluta, partim ligata oratione, ab anonymo compositum. Init. fol. 1. a terg. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

CCLXXXVIII.

Codex in 4. chartac. foliorum 173, arabico-africanis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim quinquagesimus septimus; quo continetur.

Liber inscriptus *semita desiderantium*, *et viaticum peregrinorum ac pauperum*, *complectens laudabiles et veneratione dignas virtutes amicorum Dei iustorum*, *et acta senioris Haggi* (i. e. peregrini) *Abul-Hassani persae*, qui Tuneti sanctam, ut aiunt, vitam egit, ibidemque mortuus, in sanctorum numerum a Mahometanis relatus est. Dividitur in praefationem, et novem capita, quorum series eidem praefationi adnectitur. Videlicet cap. 1. de iis, quae ore proferenda sunt, et corde credenda, sive de necessaria et absoluta Dei existentia et unitate, deque fide in Mahometem eius apostolum. 2. de iis, quae vespere et mane fideli sunt peragenda. 3. de iugi commemoratione Dei excelsi. 4. de oratione et secessu. 5. de recte instituenda vita, deque bonis moribus, et iugi horum verborum *non est Deus nisi unus Deus* recitatione. 6. de rebus praeclare sancteque gestis a seniore Abul-Hassano, cuius vita heic adscribitur. 7. de nonnullis eius narrationibus, dictis, et somniis. 8. de ipsius vitae primordiis. 9. de eiusdem nativitate, commoratione in urbe Tuneto, obitu, miraculis ab eo patratis, deque honoribus in ipsum effusis. Praefatio incipit fol. 1. Caput 1. fol. 8. a terg. Is codex scriptus fuit a quodam *Mohammede ben-Ibrahimi*, *ben-Hassani*, *ben-Iahiae*; uti liquet ex eiusdem professione fidei, quam ipsemet initio praefixit. Eius vero aetas ad decimum septimum Christi saeculum videtur referenda.

CCLXXXIX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 120, arabicis litteris minutissimis et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus quadragesimus quartus; quo continentur.

Fundamenta logicalia, cum variis scholiis ad marginem, et inter lineas, alia manu additis, principio mutila; foliis plerisque detritis, atque adeo corrosis, ut vix ac ne vix quidem legi possint. Anctoris, et scholiastae nomina desiderantur. Init. fol. 1. Is codex decimo quinto Christi saeculo videtur descriptus.

CCXC.

Codex in fol. bombyc. foliorum 287, arabico sermone et litteris minutis eleganter exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano in

vaticanam bibliothecam ex oriente inlatos, olim trigesimus sextus; quo continetur.

1. Tractatus philosophicus, absque titulo et auctoris nomine, quem Assemanus bibl. orient. tom. I. pag. 636. num. XXXVI. *Abu-Ali Bensinae*, vulgo *Avicennae*, adscripsit; verum hic differt ab operibus philosophicis eiusdem auctoris, quae ad calcem canonis medicinalis Romae typis mediceis an. 1593. prodierunt. Dividitur in praefationem generalem, et libros tres, variis capitibus et sectionibus constantes. Praefatio incipit fol. 1. Liber I. *de rebus universalibus*, sive logica. Eius capita V. Init. fol. 2. a terg. Liber II. *de substantiis et accidentibus*, sive physica. Capp. X, adnexis summis duabus, totidemque corollariis, in quibus de anima et corpore agitur. Init. fol. 22. Liber III. *de rebus theologicis*, sive metaphysica. Capp. IV. Init. fol. 175. a terg. Desinit fol. 188. a terg. in hanc amanuensis adnotationem. *Et fuit complementum exscriptionis huius benedicti libri feria quinta benedicta, die 10. mensis rabii prioris, unius ex mensibus anni hegirae millesimi quinquagesimi sexti.* (Christi 1647.) *Laus Deo* etc. 2. *Abul-Hosni Ali commentarius in isagogen Porphyrii* alia manu exaratus. Init. fol. 189. a terg. Desinit fol. 219. a terg. in hanc calligraphi adnotationem. *Contigit complementum sabbatho, die 19. mensis regebi, anno hegirae septingentesimo quadragesimo quarto.* (Christi 1343.) 3. *Dhachreddini imami commentarius in praefationem logicae Zeinaddini al-Kassi*; eadem, qua praecedens commentarius, manu descriptus; opus quod Assemanus bibl. orient. loc. cit. Abul-Hosno Ali tribuit, illudque *in logicam Avicennae* inscribit. Incipit fol. 220. a terg. Desinit fol. 281. his calligraphi verbis. *Accidit complementum eius exscriptionis feria tertia, die 14. mensis dilcadae, anno hegirae* 744. (Christi 1343.)

CCXCI.

Codex in fol. bombyc. foliorum 60, arabico-africanis litteris exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano in bibliothecam vaticanam ex oriente inlatos, olim trigesimus quintus; quo continetur.

Liber de erroribus philosophorum, et de contradictione eorum opinionum in iis quae mahometanae sectae adversantur. Constat quatuor praefationibus, et viginti quaestionibus, in quibus de mundi contingentia, de Deo creatore, de caelo, de beatitudine et poenis, deque animae immortalitate potissimum disseritur; auctore *Abu-Hamed Mohammede ben-Mohammedis, al-Gazali, tusensi*, anno hegirae 505. (Christi 1111.) defuncto. Prima praefatio incipit fol. 1. a terg. Quaestio I. *de confutatione eorum qui adserunt praecedentiam seu aeternitatem mundi et temporis*. Incipit fol. 14. Quaestio XX, et ultima *de confutatione eorum sententiae qui negant resurrectionem corporum ad beatitu-*

dinem et poenam , in paradiso et in igne . . Incipit fol. 55. Is codex scriptus fuit anno Christi 1272, quemadmodum haec docent amanuensis verba, quae fol. 60. a terg. leguntur. *Explicit liber de erroribus philosophorum , quem composuit antistes Abu-Hamed Mohammad fil. Mohammedis al-Gazali , tusensis ; cuius Deus misereatur , eumque gratum acceptumque habeat . Et laus Deo propter suam opem . Et benedicat Deus domino nostro Mahometi , eiusque familiaribus. Complementum exscriptionis fuit in urbe Sibila* (Hispali) *die* 27. *magni mensis ramadhani , anno sexcentesimo septuagesimo primo hegirae* (Christi 1273.)

CCXCII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 143, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam inlatos, olim sexagesimus primus; quo continetur.

1. Liber inscriptus *anca mogreb* (i. e. aquila peregrina) *de cognitione sigilli amicorum Dei, et solis occasus* ; moralis , partim soluta partim adstricta oratione conscriptus; ubi de homine microcosmo, eius regimine qualitatibus ac indole , insertis laudibus in Mahometem eiusque sociis , agitur; auctore *Mohieddino Abu-Abdallah ben-Mohammedis , ben-Ali , ben-Mohammedis , al-Arabi , al-Hathemi , al-Tai , andalutio* , qui hocce opus composuit anno hegirae 632. (Christi 1234). Init. fol. 1. a terg. Circa finem a fol. 44. plura arcanis litteris scripta occurrunt, subiunctis duobus alphabetis mysticis , quibus Mahometani secreta sua exarare consueverunt; una cum eorumdem valore vulgaribus arabicis litteris expresso. 2. Eiusdem *divan interpretis desideriorum*, seu collectio poëmatum theologicorum et mysticorum, quam Meccae anno hegirae 611. (Christi 1214.) mensibus regebo , sciaabano , et ramadhano , se composuisse auctor in praefatione affirmat. Init. fol. 50. a terg. 3. *Divan seu collectio carminum senioris Abu-Abdallae Mohammedis ben-Ali , ben-Ahmedis , ben-Ibraimi , ben-Mohammedis , cognomento al-Sudi*. Init. fol. 78. a terg. Is codex scriptus fuit anno Christi 1590. Sic enim fol. 143. in calce habetur. *Accidit complementum eius mense gemmado priore , anno nongentesimo nonagesimo nono hegirae.*

CCXCIII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 225, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos in bibliothecam vaticanam a Iosepho Simonio Assemano ex oriente inlatos, olim sexagesimus; quo continetur.

Commentarius in librum Mohieddini Abu-Abdallae al-Tai , al-Ha-

themi, andalutii, qui inscribitur " vas obsignatum de mysterio occulto „ ; vulgo *anca moghreb* (aquila peregrina), de quo in praecedente codice; auctore *Abdarrahamo filio Hassani sciapheita al-Mocabarsi*, qui manu sua hunc codicem conscripsit, et in calce fol. 224. hanc adnotationem apposuit. *Completa est elucubratio huius libri die prima ramadhani mensis Dei et alcorani, unius ex mensibus anni hegirae nongentesimi trigesimi tertii, manu pauperis Abdarrahmani filii Hassani sciapheitae al-Mocabarsi*. Ibi autem de singulis mysticae theologiae mahometicae capitibus ex alcorano desumptis, deque laudibus prophetarum, ac praecipue Mahometis, item de homine microcosmo disseritur. Circa finem operis nonnulli textus alcorani de Moyse propheta et de Christo proferuntur, antiquis Omeritarum litteris exarati, et ad arabicum vulgare alphabetum accommodati; ex quibus alphabetum vetus arabicum iampridem deperditum restitui potest. Incipit commentarius fol. 1. a tergo. [Dignum profecto consideratione monumentum, comparandumque sedulo cum litteris praecedentis codicis quas Assemanus *mysticas arcanasve* appellat: formae enim utraeque saepe congruunt. Videsis quae infra adnotabimus ad codicem assemanianum 123. EDITOR.]

CCXCIV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 318, arabicis litteris et sermone varia manu exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam ex oriente inlatos, olim sexagesimus secundus; quo continentur.

1. *Mohammedis ben-Ahmedis, ben-Mohammedis, tunetini, cognomento Abul-Mouaheb, liber canonum iudicii splendoris in totam vitam sophiticam*; sive ethica de virtutibus et vitiis, ad usum omnium sophitarum seu ascetarum mysticorum sectae mahometicae. Dividitur in praefationem, et quatuordecim canones, quorum series in praefationem inscritur, cuius initium fol. 1. a terg. Porro canon 1. de unitate Dei. 2. de paenitentia. 3. de sinceritate cordis. 4. de veracitate. 5. de timore Dei. 6. de charitate. 7. de abstinentia et continentia. 8. de paupertate. 9. de probitatis simulatione. 10. de cognitione sui ipsius. 11. de rebus caducis. 12. de bonis aeternis. 13. de praefectura in genere. 14. de praefectura peculiari. Primus canon incipit fol. 3. a terg. Canon decimusquartus et ultimus, fol. 16. a terg. 2. Consequitur eadem manu exaratus *liber complectens summam specierum iudicii*; qui est commentarius in praedictum librum *canonum iudicii splendoris in totam vitam asceticam*; auctore *Mohammede ben-Mohammedis Sabt al-Bailuni, cognomento al-Magedub*; uti ex adnotatione amanuensis ad calcem apposita liquet, quam mox proferemus. Incipit fol. 22. a terg. Desinit fol. 30. a terg. in hanc amanuensis adnotationem. *Et hoc est postremum, quod invenimus charactere exaratum eius auctoris senioris Mo-*

hammedis, *fil. Mohammedis Sabt al-Bailuni*, *postea alepensis*, *qui nunc commoratur in civitate Misra* (Cahiro) *cognomento al-Magedub*. *Descripsit autem illum manu sua caduca pauper humilis Abdalrezc ben-Ahmedis*, *al-Hariri*, *sciapheita*, *postrema vigilia noctis feriae sextae*, *decima octava nocte mensis sciaabani*, *anno hegirae propheticae millesimo decimo* (Christi 1601.) 3. Tractatus *de iuribus sophiticae*, *seu religiosae vitae*; *et de subtilitate*, *et gradibus sapientiae atque cognitionis*. *Estque commentarius in librum theologicum Mohieddini Abu-Abdallahi ben-Mohammedis*, *ben-Ali*, *al-Arabi*, *al-Hathemi*, *inscriptum caelatura lapillorum*, qui nimirum sigillis includuntur; auctore anonymo, qui postremam ei manum imposuit mense ramadhano, anno hegirae 891. (Christi 1486.), quemadmodum in eius clausula fol. 56. a tergo adnotatur. Init. fol. 31. a terg.

4. Fragmentum anonymi tractatus theologici, et moralis iuxta alcorani placita, a capite 288. ad caput 330, quod fine est mutilum. Init. fol. 58. 5. Tractatus de studio legis et iuris utriusque mahometici, deque laudibus iurisconsultorum et variorum doctorum; titulo, auctoris nomine, atque initio mutilus. Auctor vivebat anno hegirae 904. (Christi 1498.), ceu ipse fol. 179. a terg. circa medium testatur. Init. fol. 177. 6. *Detectio subtilis in mysteria inflexionis*, nempe in varias quaestiones grammaticales ad grammaticam arabicam, quae *agrumia* inscribitur, pertinentes, partim soluta, partim ligata oratione, *ab-Ali ben-Atieh*, *ben-Hassan*, *ben-Mohammad*, *ben-al-Heddad*, *cognomento Eluan*, *apamensi*, composita; cuius exscriptionem amanuensis fol. 241. in calce se absolvisse affirmat sabbatho, die 12. mensis rabii prioris, anno hegirae 960. (Christi 1552.) Init. fol. 194. 7. Poëma mille et septem constans strophis, *via patens sapientis pii*, *et ascensus incedentis elevati*, inscriptum. Dividitur in praefationem et varios titulos theologicos ac morales. Deest auctoris nomen; eum tamen esse Mohieddinum andalutium Iosephus Simonius Assemanus bibl. orient. tom. I. pag. 606. in indice codd. mss. num. LXII scribit. Praefatio soluta oratione conscripta incipit fol. 241. a tergo; poëma vero incipit fol. 242. Desinit in hanc amanuensis adnotationem fol. 277. *Explicit cum laude Dei*, *eiusque ope et providentiae bonitate*, *sabbatho benedicto*, *die 25. mensis rabii prioris*, *anno hegirae nongentesimo sexagesimo* (Christi 1552.) 8. Poëma theologicum morale in varios titulos distributum, sed fine mutilum; auctore *Eluan*, cuius integrum nomen habes supra num. 6. Init. fol. 277. a terg. 9. *De proprietatibus indicationis ad proprietates nominum*, brevis tractatus anonymi de Dei nominibus, eorumque virtutibus, superstitionem redolens. Init. fol. 318. 10. Fragmentum commentarii anonymi in alcoranum, nitidissime exaratum. Textus alcorani litteris rubris descriptus. Init. fol. 311.

CCXCV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 169, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam ex oriente inlatos, olim sexagesimus tertius; ubi continetur.

Liber de donis et beneficiis divinis et naturalibus, sive ethica et theologia iuxta placita Mahometanorum, insertis pluribus epistolis moralibus ad diversos; auctore *Mohieddino Abu-Abdallah ben-Mohammedis al-Arabi, al-Hathemi, al-Tai, andalutio.* Init. fol. 2. a terg. Is codex scriptus fuit anno Christi 1290, uti haec ostendunt amanuensis verba, quae fol. 169. in calce leguntur. *Ope et providentia Dei explicit. Complementum autem eius exscriptionis accidit die* 19. *mensis rabii prioris, anno hegirae sexcentesimo octogesimo nono. Laus Deo, et benedictio super prophetam eius Mahometem et ipsius familiares.*

CCXCVI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 137, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam ex oriente inlatos, olim sexagesimus quintus; quo continetur.

1. *Mohieddini Abu-Abdallah ben-Mohammedis al-Hathemi, andalutii, notitia de directionibus sophiticis*, sive expositio vocabulorum theologiae mysticae doctorum et religiosorum mahometanorum, qui sophitae appellantur. Init. fol. 1. 2. Anonymi epistolae tres theologicae mysticae, in quibus de divinis attributis, deque dogmatibus mahometicis agitur; subiecto poëmate de siderum vi et influxu. Init. fol. 43. 3. Eiusdem *liber de oratione*, eiusque partibus, secundum alcorani doctrinam. Init. fol. 76. 4. Eiusdem *liber historiarum*, in quadraginta portas, seu capita, distributus, quae singula decem narratiunculas complectuntur; ubi et traditiones ex Mahometis ore potissimum exceptae circa varios Mahometanorum ritus, exponuntur; adiectis decisionibus nonnullorum conscientiae casuum. Init. fol. 83. 5. *Abul-Montahi commentarius in librum antistitis Ali al-Iazdaui, de maioris utriusque iuris mahometici scientia.* Init. fol. 105. 6. *Liber narrationum*, sive traditionum quadraginta, quas Mahometani ex pseudo-prophetae Mahometis ipsius ore exceptas esse atque traditas fabulantur. Init. fol. 30. 7. *Abu-Haniphae magni antistitis liber praecepti seu testamenti*; ubi de Mahometanorum dogmatibus et ritibus agitur. Init. fol. 135.

CCXCVII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 168, arabicis litteris et sermone exara-

ratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano in bibliothecam vaticanam ex oriente inlatos, olim sexagesimus septimus; quo continetur.

Senioris Mohieddini Abul-Abdallah ben-Mohammad al-Arabi al-Hathemi al-Tai, *andalutii*, anno hegirae 627. (Christi 1229.) clari, *liber manifestationum divinarum*, sive ethica. Init. fol. 1. a terg. 2. Eiusdem *Mohieddini ben-Mohammedis al-Arabi liber de aeternitate*, eiusque significationibus, theologicus. Init. fol. 29. 3. Eiusdem *Mohieddini al-Arabi liber inscriptus*, *monile utilitatem percipientis*; sive tractatus de creatione hominis, eiusque generatione: item de caelo et mundo. Init. fol. 30. a terg. 4. *Senioris Sadreddini Mohammedis ben-Isaac iconiensis*, anno hegirae 673. (Christi 1274.) defuncti, *liber de solutionibus allegationum in iudicio de anulis*; sive commentarius in librum Mohieddini Abu-Abdallah ben-Mohammedis al-Arabi, cui titulus *liber de anulis*, seu gemmis anulo inclusis; ubi de singulis mysticae theologiae mahometicae arcanis disseritur. Init. fol. 62. a terg. 5. Eiusdem *Sadreddini iconiensis liber dictatorum*, sive inspirationum divinarum; ubi de vera Dei et sui ipsius cognitione; itemque de recto iudicio, variisque sublimioribus donis, quae Deus pro sua benignitate hominibus iustis elargiri solet, disputatur. Init. fol. 145. a terg. Is codex scriptus fuit Meccae feria quarta, die 23. mensis dilcadae, anno hegirae 811. (Christi 1408.), quemadmodum fol. 142. in clausula libri Sadreddini de solutionibus anulorum adnotatur.

CCXCVIII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 128, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices arabicos, Iosephi Simonii Assemani opera, in vaticanam bibliothecam inlatos, olim sexagesimus quartus; quo continetur.

Liber al-Abbad Lahu, h. e. servorum Dei, sive collectio sententiarum theologicarum et moralium, virorum sapientium mahometanorum nomine *Abdallah* (servi Dei) insignitorum; auctore *Mohieddino Abu-Abdallah ben-Mohammedis ben-Abi al-Arabi al-Hathemi al-Tai*, *andalutio*, qui obiit anno hegirae 618. (Christi 1221.), uti tradit Haphidus in catalogo scriptorum; seu, ut habet Herbelotius, anno hegirae 638. (Christi 1240.) Init. fol. 1. a terg. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

CCXCIX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 124, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices ecchellenses olim quinquagesimus sextus; quo continetur.

1. *Liber indiciorum* (sive arcanorum) *et sententiarum theologicarum*

de luminibus caelestibus ad cognitionem animae et spiritus; ubi scilicet de anima et spiritu, eorumque praestantia, iuxta placita doctorum mahometanorum disputatur, auctore *antistite Sciamseddino Mohammede al-Sciaharzuri.* 2. *Antistitis Abu-Hamedis al-Ghazali liber de consolatione ad eos qui asceticam vitam ducunt*. Init. fol. 74. a terg. 3. *Tractatus de quidditate spiritus et animae*, duobus absolutns capitibus; anctore anonymo mahometano. Init. fol. 108. Is codex scriptus fuit in nrbe Cahira anno hegirae 611. (Christi 1214.), uti in clausula libri indiciornm fol. 71. a tergo adnotatnr.

CCC.

Codex in 4. bombyc. foliorum 79, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices mss. arabicos vaticanos olim sexagesimus sextus; quo continetur.

1. *Liber de disciplina equorum, eorumque vitiis corrigendis, et morbis curandis*, nec non de arte equitandi eiusqne praeceptis, in septuaginta capita distributus. Auctoris nomen latet. Init. fol. 1. a terg. 2. *Liber de hastarum ludis tam pedestribus quam equestribus*; auctoribus *Negemeddino hastilusore, et Iacobo ben-Hazam.* Constat praefatione, et viginti quatuor capitibus; ubi etiam quomodo quovis armorum genere decertandnm sit, accurate exponitur. Init. fol. 22. In fine codicis, quem ad initium saeculi XVI. haud immerito referas, hoc de utroque opere typis mandando iudicium habetur. *Nos subsignati iuris utriusque et sacrae theologiae doctores, diligenter perlegimus hunc librum manu scriptum, characteribus arabicis exaratum, qui inscribitur de alendis equis, et cura eorum; in quo auctor mire tractat de pullis equorum alendis, et ubi adoleverint, domandis, ad cursum et bellum exercendis, de eorumdem morbis curandis, ac denique quibus modis equites sive sessores equorum domi forisque varie et quovis genere armorum decertare possint ac debeant. Quare cum praesens liber nihil prorsus contra fidem catholicam ac bonos mores contineat, imprimi ac typis committi et divulgari posse magno cum fructu legentium, censemus. In quorum fidem manu propria subscripsimus hodie 19. octobris 1591. Romae. Leonardus Abel episcopus sidoniensis. Fr. Thomas de Terracina ordinis praedicatorum sacrae theologiae doctor.* Subnectitur magistri sacri palatii facultas hisce verbis. *Imprimatur, praemissa fide supradictorum doctorum. Fr. Bartholomaeus de Miranda S. P. M.* An vero impressus nmquam fuerit, nos latet, quum nusquam eius exemplar typis editum invenire licuerit.

CCCI.

Codex bombyc. in 8. foliis constans 41, arabico sermone et litteris eleganter exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim sexagesimus. Ibi continetur.

1. Isagoge in logicam, sive commentarius in isagogen Porphyrii, auctore *Athireddino al-Abhari*, i. e. ex Abhar Persidis oppido, insigni philosopho et medico, qui claruit in Romania, seu Anatolia, circa annum Christi 1229. Opus tanto apud Arabes in pretio, ut multi ad illud commentariis et scholiis illustrandum accesserint. Init. fol. 1. 2. *Chaledi filii Abu-Bakri*, *fil. Abdallah al-Azari*, expositio in grammaticam arabicam, quae a cognomine sui auctoris Abu-Abdallahi Mohammedis filii Davidis, Sanhagi, Giarumi, *giarumia* sive *agrumia* nuncupatur; absoluta vespere feriae sextae, die 1. mensis regebi, anno hegirae 887. (Christi 1482.), quemadmodum in eius clausula adnotatur. Init. fol. 20. a terg.

CCCII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 114, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim sexagesimus primus; quo continetur.

1. *Negemeddini Ali-ben-Omar*, *cazuinensis*, *epistola solaris de fundamentis dialecticis*, sive tractatus de logica; quod opus *Sciamseddino* (i. e. soli fidei) *Aphadlo Phadlallahi filio*, quinto ex Sarbedarianitis dynastae, qui claruit circa annum hegirae 748. (Christi 1347.) nuncupatur; unde tituli ratio. Init. fol. 2. a terg. 2. *Mohammedis ben-Omar*, *ben-Solimani*, *expositio in epistolam solarem*, sive logicam, de qua supra; cum scholiis in margine et inter lineas incerti auctoris; absoluta ab eodem feria tertia, die 17. mensis rabii posterioris, anno hegirae 979. (Christi 1571.), uti in calce adnotatur. Init. fol. 23. a terg. Is codex a praesule de Corbara ad cardinalem Scipionem Burghesium ex Melitensi insula missus, eiusdem cardinalis iussu vaticanae bibliothecae fuit addictus.

CCCIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 95, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus; quo continentur.

1. *Fundamenta dialectica*, sive logica, in praefationem, tres tractatus, et conclusionem distributa, perpetuisque scholiis inter lineas et ad utramque oram, minutissimo charactere descriptis, illustrata. Tam auctoris, quam scholiastae

nomina desiderantur. Init. fol. 1. a terg. 2. *Saadeddini* (fortasse filii Ali, qui claruit anno hegirae 738, Christi 1337.) *imaginationes*, sive observationes in epistolam solarem seu logicam Negemeddini Ali ben-Omar cazuinensis; quam Kotbeddiaus al-Razi, aliique pluxes philosophi arabes commentariis illustrarunt. Accedunt scholia inter lineas et ad utramque oram, eadem, qua superiora scholia, manu exarata. Init. fol. 50. a terg. Is codex scriptus fuit anno Christi 1438, uti haec docent calligraphi verba, quae fol. 95. leguntur. *Expliciunt imaginationes Saadeddini, ope providentiae domini saeculorum, per manum Abdallatiphi, ben-Mohammedis, ben-Abdallahi. Ignoscat Deus ei suisque parentibus* etc. *meridie feriae quartae, exeunte mense Dei benedicto rabio priore, anno octingentesimo quadragesimo secundo hegirae.*

CCCIV.

Codex in fol. chartac. foliorum 106, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus quadragesimus quintus; quo continetur.

1. Liber de qualitate, proprietate, et virtute arborum, fruticum, et herbarum, earumque seminum, contra varios morbos et ob tuendam sanitatem; auctoris nomine, et principio destitutus. 2. Paroemiae et proverbia, aliaque dicta et verba aequivoca atque obscura, cum eorumdem explanatione; absque titulo et auctoris nomine. Init. fol. 56. Is codex decimo septimo Christi saeculo videtur exaratus.

CCCV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 76, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos ex oriente in vaticanam bibliothecam a Iosepho Simonio Assemano inlatos, olim trigesimus septimus; quo continetur.

Ebn-Sinae, vulgo *Avicennae*, *epitome canonis medicinalis*, in praefationem et quinque partes distributa; quarum prima de rerum naturalium qualitatibus; secunda de causis et accidentibus morborum; tertia de conservanda sanitate; quarta de variis curationum modis, pro qualitate morborum universalium; quinta de febribus. Praefatio, ubi de huiusce epitomes concinnandae occasione methodoque dicitur, incipit fol. 1. a terg. Epitome vero incipit fol. 2. Auctor pleno nomine appellatur *Abu-Ali Hossainus, fil. Abdallahi ebn-Sina*; qui teste Gregorio Abulpharagio hist. dynast. part. 10, claruit circa annum Christi 1009. Vide catalogum nostrum bibliothecae mediceae cod. CCIX. pag. 342, ubi pleraque eius opera recensuimus. Hic autem codex, cuius varia folia ex bibliobegi inscitia luxata sunt, atque inverso ordine compacta,

exaratus fuit anno Christi 1379, quemadmodum haec docent calligraphi verba, quae fol. 76. a terg. leguntur. *Absolvit exscriptionem huius libri meridie feriae quartae imbecillimus servorum Dei Mohammad ben-Abdalmalek chalaphensis, mense dilhegge, anno septingentesimo octogesimo primo hegirae.*

CCCVI.

Codex in 4. bombyc. 175, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos ex oriente in vaticanam bibliothecam a Iosepho Assemano inlatos, olim trigesimus nonus; quo continetur.

Olaieddini Ali, fil. Abi-al-Harami, carscitae, anno hegirae 696. (Christi 1296.) defuncti, *liber perstrictus de medicina*, in quatuor tractatus distributus; quorum primus de principiis medicinae practicae et theoricae; secundus de medicamentis simplicibus et compositis; tertius de morbis, quibus singula corporis membra obnoxia sunt, eorumque causis signis et remediis; quartus de morbis generalibus, qui nimirum peculiari corporis membro non adsignantur, eorum causis, signis, et curatione. In margine nonnulla scholia recentius addita sunt. Init. fol. 1. a terg. Is codex scriptus fuis anno Christi 1480, uti haec docet adnotatio quae fol. 175. ad calcem apposita est. *Absolutus est hic liber feria tertia, die undecima mensis regebi, anno hegirae octingentesimo octogesimo quinto. Et laus Deo soli.*

CCCVII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 186, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano ex oriente in vaticanam bibliothecam inlatos, olim quadragesimus; quo continetur.

Olaieddini ben-Abu-al-Harami, carscitae, liber directorius ad medelam oculi, sive de morbis oculorum eorumque remediis, in septem summas seu partes distributus, quarum prima oculum, singulasque eius internas partes accurate describit; ceterae remedia ad morbos, qui oculis accidere solent, complectuntur; praemissa praefatione, cuius initium fol. 1. a terg. Summa prima *de fundamentis huius artis*, in decem sectiones distributa; quarum 1. de quidditate oculi, eius partibus, et utilitate, incipit fol. 3. Summa septima et ultima *de morbis, qui ad reliquas oculi partes referuntur*, duabus sectionibus absoluta, quarum 1. de morbis qui ceteris oculi superficiebus accidunt, incipit fol. 183. Is codex exaratus fuit anno Christi 1447, quemadmodum liquet ex hisce calligraphi verbis, quae fol. 186. in calce leguntur. *Absolutus est liber, inscriptus directorius, die 30. magni*

mensis sceuval, anno hegirae propheticae octingentesimo quinquagesimo primo, per manum imbecillimi servorum Dei et indigentissimi . . . Cetera abrasa sunt.

CCCVIII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 224, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos ex oriente in vaticanam bibliothecam inlatos, olim quadragesimus primus; quo continetur.

Ismaëlis filii Hebetallah israëlitae (h. e. iudaei) medici celeberrimi, duodecimo Christi saeculo clari (de quo vide Gregorium Abulpharagium hist. dynastiarum edit. Oxon. 1672. pag. 258) liber de medicina inscriptus *doctrina de rebus animorum et corporum.* Dividitur in quatuor tractatus, quorum primus, constans quinquaginta sectionibus, agit de principiis artis medicae, de rebus naturalibus, de causis et signis morborum. Secundus, sect. 2, de remediis simplicibus, et de cibis, ordine alphabetico. Tertius, sect. 42, de tuenda sanitate, ubi remedia simplicia pro quolibet morbo praescribuntur. Quartus, sect. 22, de remediis compositis, de expositione nominum medicamentorum simplicium, et vocabulorum extraneorum, ordine alphabetico, deque ponderibus et mensuris. Initium operis fol. 1. a terg. Is codex scriptus fuit anno Christi 1263, uti haec ostendunt calligraphi verba, quae fol. 244. in calce leguntur. *Explicit ope Dei, cui laus, tractatus quartus, in quo desinit liber doctrinae de rebus animorum et corporum, quem composuit Ismaël filius Hebetallah israëlita medicus. Completa autem est eius exscriptio die 1. mensis benedicti ramadhani, anno hegirae sexcentesimo sexagesimo secundo. Exaravit illum ad suum usum sceriphus* (i. e. illustris, quo epitheto insigniri solent ii, qui ex propinquis Mahometis pseudo-prophetae originem ducunt) *Ali, filius sceriphi Scerapheddini, fil. Abi-Bakri, medicus. Concedat ei Deus scientiam* etc. Subnectuntur nonnullorum medicamentorum ad varios morbos praescriptiones, quae tamen alia, et quidem recentiore, manu exaratae sunt.

CCCIX.

Codex in 4. chartac. foliorum 122, arabico-africanis litteris et sermone exaratus, inter codices ecchellenses olim quinquagesimus septimus; quo continetur.

Tractatus aaroniticus, alias *hyacinthicus*, *de medicina*, auctore *Didaco Messano andalutio*, qui anno Christi 1580. vivebat; ubi praeter institutiones et praxim artis medicae, de virtutibus lapidum et de medicamen-

torum et unguentorum ad diversos morbos compositionibus, variisque praescriptionibus, agitur. Constat pluribus portis seu capitibus, nullo numero notatis. Caput 1. *de homine ad hebdomadae dies comparato*, sive hebdomadarium medicinale, incipit fol. 1. Caput ultimum, *confectio ambari* (quod est odoramenti genus) fol. 122. Is codex autographus est, in cuius clausula fol. 122. isthaec auctoris adnotatio habetur. *Explicit tractatus aaroniticus, sufficiens pro omnibus libris, qui vulgo hyacinthicus nuncupatur. Et laus Deo domino saeculorum: et misereatur Deus eius scriptoris et lectoris, et eorum qui pro iisdem oraverint. Benedicat Deus prophetae suo Mahometi, et eius sociis.* Inde vero colligitur auctorem Didacum ad christianam religionem non nisi simulate fuisse conversum.

CCCX.

Codex in 4. membranaceus foliorum 50, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim sexagesimus secundus; quo continetur.

Liber inscriptus *collectanea ex dictis priorum de cognitione urinae, eiusque divisionibus, et indiciis*; auctore *Isaacio filio Salomonis israëlita*, medico, qui anno Christi 940. diem supremum obivit. Dividitur in decem portas, seu capita, quorum series initio praefigitur. Ibi passim laudantur Galenus, Hippocrates, aliique veteres celebriores medici. Exstat inter codices hebraicos vaticanos huiusce operis exemplar arabicum, sed litteris hebraicis exaratum. Videsis in catalog. mss. hebr. vat. cod. CCCLXIX. pag. 345. de eo disseruimus. Init. fol. 1. a terg. Is codex scriptus fuit anno Christi 957. (septemdecim nempe annis post auctoris interitum), uti haec ostendunt calligraphi verba, quae fol. 50. a tergo leguntur. *Absolutus est liber de urina. Et laus Deo; idque mense rabio posteriore, anno hegirae trecentesimo quadragesimo sexto.*

CCCXI.

Codex in 4. chartac. foliorum 238, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices. arabicos vaticanos olim centesimus primus; quo continetur.

Liber de laudibus vini, qui et *holbat al—kammich*; i. e. vini meracitas et nigredo inscribitur; auctore *Sciamseddino*, alias *Magededdino Mohammede ben Hossaini al-Navagi*, anno hegirae 859. (Christi 1454.) defuncto. Constat praefatione, et viginti quinque portis, seu capitibus, quorum series eidem praefationi adnectitur, quae incipit fol. 1. a terg. Caput 1. De vini no-

minibus usitatis, et obsoletis. Init. fol. 4. a terg. Caput 2. De origine vini, et quis primus illud ex uva expresserit, et quam ob caussam id factum fuerit. (A daemone illud inventum fuisse auctor arbitratur.) Init. fol. 8. Cap. 3. De vini natura, utilitate, et proprietatibus. Fol. 9. a terg. Cap. 4. De eius usu, iuxta opinionem medicorum. Init. fol. 14. Cap. 5. Quid eo utentibus servandum sit iuxta leges societatis compotationis, et disciplinam architriclini. Fol. 21. a terg. Cap. 6. De eligendis architriclinis, et compotatoribus, eorumque conditionibus. Fol. 37. Cap. 7. De praestantia compotatorum. Fol. 47. Cap. 8. De eorundem iucundis carminibus, et cogitatibus sublimibus. Fol. 69. Cap. 9. De avidis vini potoribus, in eiusque usu constantibus. Fol. 87. Cap. 10. De directione convivii, et praeparatione convivarum. Fol. 90. Cap. 11. De singulis vini speciebus. Fol. 97. a terg. Cap. 12. De pincerna, eiusque disciplina. Fol. 113. Cap. 13. De lagenis, cyathis, poculis, doliis, aliisque vasis, et mensarum ornamentis. Fol. 124. a terg. Cap. 14. De concentibus et instrumentis musicis. Fol. 131. a terg. Cap. 15. De cereis, et lanternis. Fol. 150. Cap. 16. De blanda sessione post convivium, eiusque ordine. Fol. 155. Cap. 17. De floribus, odoribus, fructibus, aliisque huiusmodi, quae in fine convivii adhiberi solent. Fol. 161. a terg. Cap. 18. De iis, quae generatim circa convivia et compotationes dicta sunt, deque excellentia veris. Fol. 188. Cap. 19. De rivis, fontibus, situlis, rotis aquariis, aliisque id genus. Fol. 191. Cap. 20. De Nilo Aegypti, eiusque amoenitatibus, et mirabilibus. Fol, 14. Cap. 21. De mirabilibus ceterarum regionum secundum earum diversitatem. Fol. 206. Cap. 22. De aura leni, et ventis iucundis. Fol. 209. Cap. 23. De balneis, eorumque sumptuositate. Fol. 212. a terg. Cap. 24. De nubibus, pluvia, tonitru, fulgure, sole, luna, nocte, die, caelo, stellis, et aliis. Fol. 216. a terg. Cap. 25. Appendix ad ea, quae superius dicta sunt de floribus, et aliis. Fol. 225. Consequitur conclusio, seu peroratio, *de paenitentia*, *et salute animae*, *deque vini vituperatione*, *et abstinentia ab eius potu*; auctor enim paenitentia ductus, culpae expiationem deprecatur, vinumque, multis adductis rationibus et auctoritatibus, exsecratur. Init. fol. 233. a tergo. Porro etsi in singulis capitibus hucusque recensitis varia proferantur exempla, adagia, et apophthegmata celebriorum sapientum arabum, tam stricta quam soluta oratione, in comprobationem rei, de qua agitur; hocce tamen opus Mahometanis minime probatur, utpote quod vinum prae ceteris collaudat, a Mahomete pseudo-propheta in alcorano aperte vetitum. Is autem codex scriptus fuit anno Christi 1498, uti haec ostendit epigraphe, quae fol. 238. in calce habetur. *Absolutus est hic liber feria tertia benedicta*, 11. *mensis gemmadi posterioris*, *anno nongentesimo quarto hegirae.*

CCCXII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 82, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam ex oriente illatos, olim quadragesimus secundus; quo continetur.

Nagibeddini Mohammedis ben-Ali, ben-Omar, sarmacandaei, liber de causis et signis morborum, eorumque remediis, prout unicuique corporis membro conveniunt, dispositis. Init. fol. 1. a terg. Auctor Hippocratis et Avicennae vestigiis insistere se profitetur. Commentariis illustravit hocce opus *Borhaneddinus Naphisus ben-Auadh, ben-Hakim, medicus karamanensis*, Samarcandae, anno hegirae 837. (Christi 1433.), exeunte mense saphar. Vide Haphidhum in catalog. scriptt. arab., nec non Herbelotium bibl. orient. pag. 656. voce *Nafis*. Is autem codex exaratus fuit anno hegirae 760. (Christi 1349.); anno vero hegirae 1025. (Christi 1616.) pertinebat ad *Iohannem filium Michaëlis Atallah christianum* damascenum; uti in eius clausula adnotatur.

CCCXIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 188, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus sexagesimus secundus; quo continetur.

Mnemosynon linientium collyrio oculos, sive enchiridion ocularioru medicorum, ex Galeno et Avicenna potissimum depromptum; auctore *Isa ben-Ali al-kahal*, h. e. oculario medico. Dividitur in tres partes. Earum prima, constans capitibus XXI, quorum priora octo et pars potior noni desiderantur, oculi definitionem, compositionem, et anatomen exhibet. Altera in capita LXXIII. distributa, quorum quartum et undecimum usque ad decimum septimum desunt, de morbis oculorum apparentibus, sive externis, illorumque curatione disputat. Tertia capitibus XXVII. absoluta, de oculorum morbis occultis, sive internis, eorumque remediis disserit. Postremum caput fine caret. Is codex ad decimum quintum Christi saeculum videtur referendus. Pertinuit olim ad bibliothecam Christinae Svecorum reginae.

CCCXIV.

Codex in 8. oblongo bombyc. foliorum 273, arabicis litteris et sermone exaratus inter codices arabicos vaticanos olim centesimus sexagesimus tertius; quo continetur.

1. *Ali ben-Abul Abbas medici discipuli Abi-Maheri Mosis ben-Siar, natione persae, secta magi, tractatus primus partis secundae li-*

bri, cui titulus *omnia complectens quae ad artem medicam spectant*: ubi de conservanda sanitate sanorum, qui morbis non sunt affecti. Dividitur in XXXI, capita, quorum series initio praefigitur, et in quibus varii traduntur modi tuendae valetudinis, tam ex aëre, quam ex cibo, potu, et quiete, in corporibus temperatis et non temperatis, in pueris, iuvenibus, et senibus: item de reprimendis cohibendisque passionibus, et inclinationibus naturalibus. Desunt posteriora undecim capita. Init. fol. 3. a terg. Eiusdem partis secundae tractatus alter *de iis, quae non sunt de natura intrinseca corporum, sed tantummodo extrinsece se habent*; quum ad cognitionem perfectam artis medicae requiratur notio non tantum eorum, quae sunt necessaria intrinsece corporibus; sed etiam eorum, quae extrinseca sunt. Ideo auctor dividit hunc tractatum in sex partes, quarum 1. agit de aëre ambiente. 2. de motu et quiete 3. de cibo et potu. 4. de somno et vigilia. 5. de excrementis naturalibus; ut sunt sudor urina, stercus, et his similia. 6. de accidentibus animi; ut sunt laetitia, ira, maeror, timor etc. Quae omnia triginta octo capitibus continentur. Init. fol. 96. Integrum opus (quod et *almaleki*, i. e. regium inscribitur; quia iussu Adadaddalati quarti ex dynastia Bovidarum sultani, ab Ali ben-Abbas eiusdem sultani archiatro elucubratum est) duabus constat partibus, theorica, et practica, quarum unaquaeque decem tractatus complectitur. Vide catalogum nostrum mediceae bibliothecae pag. 367. 2. Fragmenta nonnullorum tractatuum medicinalium; ubi de medicamentis compositis et simplicibus, de unguentis, de virtutibus et proprietatibus baccarum, seminum, fructuum, et herbarum, deque variis remediis adversus morbos; qui tractatus initio et fine mutili sunt, et Iohannicio filio Isaaci tribuendi. Init. fol. 203. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

CCCXV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 164, arabicis litteris et sermone varia manu exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus sexagesimus quartus; quo continetur.

1. Anonymi *tractatus de vino* in duas partes distributus, quarum prima constat viginti sex sectionibus, in quibus agitur de usu vini, eiusque utilitate ac necessitate, et a quo, in quibus infirmitatibus, quo tempore, quave occasione illud bibendum sit; et quid praecedere debeat, quidve requiratur in eius potu; deque detrimentis et noxis, quae ex immoderato illius usu oriuntur. Auctoris nomen, praefatio, et series sectionum usque ad nonam desiderantur. Init. fol. 2. Pars altera novemdecim sectionibus absolvitur, quarum series initio praefixa. Ibi agitur de diversis potionum inebriantium speciebus, et quomodo, et ex quibus acinis et granis extrahantur, de-

que earum usu, utilitate et noxis. Init. fol. 31. a terg. 2. *Liber de physionomia hominis*, in varias sectiones distributus, sed auctoris nomine titulo et principio mutilus. Incipit fol. 41. 3. *Liber de externa forma descriptioneque hominis et equorum*, in duas partes divisus; ubi innuitur tantum diversa appellatio tam hominis quam equi, iuxta diversitatem dispositionis partium ac membrorum, quam auctor anonymus desumit e. g. ex diverso gradu aetatis, diversa proceritate, diverso colore tam carnis quam pili, diversitate frontis, superciliorum, oculorum, aurium, nasi, colli, labiorum, et reliquarum corporis partium. Pars prima de homine incipit fol. 49. Pars secunda de equis, fol. 61. 4. *Senioris iuris consulti Abul-Nasser Seid ebn-Ali, liber compendiarius de iudicio statutorum circa successionem ad hereditates, secundum scholam Zaidi.* Init. fol. 62. 5. Tractatus medicus complectens secreta varia et remedia diversarum infirmitatum, incerti auctoris; deest enim cum fine principium. Fol. 71. 6. Tractatus de conservanda sanitate, in praefationem, et quindecim sectiones distributus, quarum series initio praefigitur. Ibi agitur de qualitate aëris Aegypti eiusque situs, et aquarum, deque variis morborum speciebus, quibus ea regio obnoxia est; et quomodo sanandi atque vitandi. Titulus libri, auctoris nomen, potior praefationis pars, et ultima sectio, desiderantur. Sectio 1. *Descriptio terrae Aegypti, deque eius temperie.* Incipit fol. 130. a terg. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

CCCXVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 83, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices ecchellenses olim quinquagesimus octavus; quo continetur.

Liber de proprietate proprietatum, complectens adiumenta et noxas filiorum Adami ex ipsis Adami filiis, et ex animalibus volucribus, aliisque animantibus, desumpta; opus medicum, in quadraginta quatuor ordines distributum, quorum synopsis initio praefigitur. Ibi autem describuntur adiumenta tuendae ac recuperandae sanitatis, sive remedia et damna quae ex singulis humani aliorumque animantium corporis membris erui possunt; ex quibus multa superstitionem redolent. Auctoris nomen latet. Synopsis ordinum incipit fol. 1. a terg. Ordo vero primus *de adiumentis hominis*, fol. 11. Is codex ad decimum quintum Christi saeculum videtur referendus.

CCCXVII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 141, arabicis litteris et sermone exa-

ratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano in bibliothecam vaticanam ex oriente inlatos, olim trigesimus quartus; ubi continetur.

1. *Mohammedis, Hassani, et Hossaini, filiorum Mosis ben—Sciaker astronomi*, qui claruit imperante Mohtadedo-Billah, decimo sexto Abbasidarum chalipha, opus *mechanicum* cum figuris. Init. fol. 1. a terg. 2. *Zeineddini Abu-Abdallah Mohammedis, ben Mohammedis ben-Omari, phanuchensis africani, liber de algebra cubicarum aequationum*, sive de problematum solidorum resolutione, in quatuor sectiones distributus. Init. fol. 75. a terg. 3. Eiusdem *liber detectionis velaminis, de subducenda et invenienda rectitudine ex lineis*. Init. fol. 90. a terg. 4. *Fachreddini Abi-Omar, et Othmani cognomento ebn-al-Casseh, expositio in usum quadrantis astronomici.* Fol. 95. a terg. 5. *Liber dynastiarum, gentium, planetarum, et contingentium*: sive astronomia iudiciaria, auctoris nomine et principio mutila. Fol. 114. Is codex ad decimum quartum Christi saeculum videtur referendus.

CCCXVIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 156, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim vigesimus; quo continentur.

1. *Senioris doctoris Abdarrahmani africani al-tagiuri* (h. e. tingitani) *tractatus de horis orationis, et de parte meridionali* erga quam oratio fieri debet; mathematicus, in capita viginti distributus; ubi agitur de solis et lunae cursu ac mansionibus, ut horae diei et noctis, in quibus Mahometani preces suas persolvere debent, nec non situs ad meridiem Meccam versus quo orantes se convertere ex lege mahometica tenentur, facilius cognosci possint. Init. fol. 1. a terg. 2. *Senioris Ghoreseddini Ahmedis ben-Scehabeddini al-Nakib*, i. e. scerifiorum seu illustrium, e stirpe Mahometis pseudo-prophetae oriundorum principis, *tractatus de quadrante geometrico et astronomico*, eiusque usu atque utilitate, ad cognoscenda tempora et statutas horas orationis, quae ex lege mahometana praescribitur; in praefationem et XX. capita divisus. Init. fol. 23. a terg. 3. *Senioris antistitis, Badreddini Mohammedis Sabt, mardinensis*, anno hegirae 880. (Christi 1475.) defuncti, *tractatus de usu quadrantis geometrici, et astronomici* ad cognoscenda tempora et horas praesertim, quibus preces suas Mahometani persolvere debent; praefatione et capitibus viginti absolutus. Praefatio incipit fol. 33. a terg. Cap. 1. fol. 43. In clausula capitis vigesimi et ultimi isthaec ab amanuensi adnotata leguntur. *Et fuit complementum exscriptionis huius tractatus feria sexta benedicta, die 11. mensis rabii posterioris, anno hegirae nongentesimo octogesimo primo.* (Christi 1573.) 4. *Commentarius in trac-*

tatum Badreddini mardinensis de usu quadrantis geometrici et astronomici, de quo modo supra, auctore anonymo. Incipit fol. 44. a terg. Desinit fol. 98. a terg. in hanc adnotationem. *Et fuit complementum exscriptionis huius tractatus, ineunte mense gemmado priore, anno hegirae nongentesimo octogesimo primo* (Christi 1573.) 5. *Cuiusdam ex senioribus* (seu doctoribus mahometanis) *tractatus de quadrante geometrico et astronomico, eiusque usu*, in viginti portas seu capita distributus. Init. fol. 100. a terg. 6. *Antistitis Olaeddini, Abul-Hassan Ali, filii Ibrahimi, cognomento ebn-al-Sciater, mesrensis* (sive aegyptii) *tractatus de quadrante perfecto*, in praefationem et XLVI. portas seu capita divisus. Praefatio incipit fol. 117. a terg. Caput I. *de cognitione semissis arcus*, fol. 119. a terg. Caput XLVI. et ultimum *de cognitione temporum quinque orationum*, quas Mahometani quotidie persolvere tenentur. Fol. 151. Omnes tractatus huc usque recensiti, una eademque manu exarati sunt; adeoque huius codicis aetas ad praedictum annum hegirae 981. (Christi 1573.) in clausula tertii et quarti tractatus adnotatum, referenda est.

CCCXIX.

Codex in 8. bombyc. foliis constans 134, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim sexagesimus octavus; ubi continentur.

1. Anonymi *epitome scientiae de forma et figura caeli ac terrae*, sive almagesti Ptolemaei, figuris et tabulis mathematicis accuratissime delineatis illustrata, in praefationem et quatuor capita, quae iterum in varias abeunt sectiones, distributa. Praefatio incipit fol. 1. a terg. Cap. I. *quaenam necessaria sint ad hanc scientiam comparandam.* Ibid. Constat duabus sectionibus; quarum prima *de iis, quae reapse existunt, quae nimirum per sensum demonstrari possunt.* Fol. 5. Sectio 2. *de necessariis ad hanc scientiam tradendam, ex rebus physicis.* Fol. 3. Cap. II. *De forma et figura corporum superiorum*, sive caelestium. Eius sectiones XIV, quarum 1. de rotunditate caeli et terrae, et quod terra, habita ratione caeli, est veluti centrum sphaerae ad illius circumferentiam; quodque sit immobilis. Fol. 4. 2. De ordine corporum caelestium. Fol. 5. a terg. 3. De circulis maximis. Fol. 6. a terg. 4. De positionibus, quae ex duobus primis motibus contingunt, et de statibus stellarum fixarum. Fol. 8. a terg. 5. De aliquibus motibus aspectu diversis, sive de phaenomenis. Fol. 11. 6. De orbibus solis, eiusque motibus. Fol. 15. 7. De orbibus lunae, eiusque motibus. Fol. 16. a terg. 8. De orbibus Mercurii, eiusque tardis motibus. Fol. 20. a terg. 9. De orbibus reliquarum stellarum, eorumque tardis motibus. Fol. 23. a terg. 10. De latitu-

dine quinque planetarum. Fol. 26. 11. De difficultatibus, quae oriri possunt circa motus praedictarum stellarum, earumque solutionibus. Fol. 28. 12. De diversitate aspectuum planetarum. Fol. 34. a terg. 13. De diversitate splendoris lunae, et de defectu illius ac solis. Fol. 35. a terg. 14. De distantiis et propinquitatibus, deque modis ortus et occasus. Fol. 38. a terg.

Caput III. *de figura terrae, secundum diversitatem aspectuum caelestium*; constat sectionibus duodecim, quarum 1. de integra terrae figura, eiusque modis. Fol. 39. a terg. 2. De proprietatibus lineae aequinoctialis. Fol. 42. 3. De proprietatibus, quae habent latitudinem et appellantur horizontes declinantes. Fol. 44. 4. De proprietatibus locorum, quorum latitudo non excedit complementum totius declinationis. Fol. 44. a terg. 5. De proprietatibus locorum, quorum latitudo excedit complementum totius declinationis. Fol. 46. 6. De proprietatibus locorum, quorum latitudo est quartae parti circuli aequalis. Fol. 49. 7. De ortibus signorum zodiaci. Fol. 49. a terg. 8. De diebus et noctibus, earumque aequalitate et inaequalitate. Fol. 51. 9. De mane et crepusculis. Fol. 53. 10. De cognitione partium dierum, sive de horis. Fol. 53. a terg. 11. De gradibus cursus stellarum in meridie. Fol. 55. 12. De cognitione lineae meridiei. Fol. 55. a tergo. Caput IV. et ultimum *de cognitione magnitudinum distantiarum et corporum*. Eius sectiones septem. Videlicet 1. de dimensione terrae. Fol. 56. a terg. 2. De cognitione distantiae lunae a centro mundi. Fol. 57. a terg. 3. De magnitudinibus diametrorum lunae, solis, et umbrae; deque solis et umbrae distantia a terra. Fol. 58. a terg. 4. De magnitudine corporis duorum luminarium. Fol. 60. 5. De reliquis distantiis solis, et de distantiis inferiorum, eorumque corporibus. Fol. 60. a terg. 6. De distantiis stellarum superiorum, earumque corporibus. Fol. 62. 7. De distantiis stellarum fixarum, earumque corporibus. Fol. 56. In clausula huius septimae sectionis fol. 64. isthaec ab amanuensi adnotata leguntur. *Absolvit exscriptionem huius libri servus nequam, indigens misericordiae Domini sui indulgentis, Mahmud fil. Mohammedis, fil. Takieddini iudicis, feria sexta, die 5, mense moharramo, anno hegirae sexcentesimo octogesimo tertio* (Christi 1284.) *in schola nadham al-malek* (disciplina regis) *in civitate al-Salam* (pacis; sic enim Bagdadum olim nuncupabant) *quam Deus excelsus tueatur a vicissitudinibus saeculi* etc.

2. *Aaronis filii Maulae Mohammedis, ben Mohammedis, al-Giuni, liber de musica*, ex antiquis et recentibus auctoribus, qui de musica scripserunt, collectus, atque in praefationem et quinque tractatus, variis sectionibus constantes divisus, quorum series in eadem praefatione exhibetur, cuius initium fol. 64. a terg. Tractatus 1. de voce, et iis quae ad illam pertinent. Fol. 66. Tract. 2. de comprehensione proportionum numerorum inter se. Fol. 69. Tract. 3. de relationibus distantiarum inter se. Fol. 76. a terg.

Tract. 4. de ordine generum in gradibus magnarum distantiarum, eorumque proportionibus et numeris. Fol. 97. a terg. Tract. 5. de concordantia concentus, eiusque modorum proportione. Fol. 132. Deperditis aliquot foliis, finis huiusce tractatus deest, qui eadem, qua praecedens epitome almagesti, manu exaratus est.

CCCXX.

Codex in 16. bombyc. foliorum 6, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim decimus nonus; quo continetur.

Abu-Ali Hossaini, ben-al-Hossaini, ben-al-Haitham, celebris geometrae bassorensis, anno hegirae 430. (Christi 1038.) in urbe Cahira defuncti, *dissertatio de quadratura circuli*, cum figuris. Init. fol. 1. a terg. Is codex scriptus fuit anno Christi 1621, ut haec ostendit amanuensis adnotatio, quae fol. 6. a terg. in fine legitur *Explicit dissertatio. Et laus Deo domino saeculorum; et benedictio super apostolum eius Mahometem, ipsiusque familiam universam. Accidit autem complementum eius exscriptionis feria secunda, die 14. mensis gemmadi posterioris, anno hegirae propheticae millesimo trigesimo primo.* In fronte codicis isthaec Petrus a Valle latine adnotavit. *De quadratura circuli. Auctor arabs antiquus. Opusculum hoc celeberrimi cuiusdam mathematici apud orientales, cognomine ben-Hitem, notissimi, ante septingentos circiter annos compilatum fuisse, dum ipse in Persidis civitate Sar nuncupata commorarer anno Domini 1622, auctor mihi fuit Moulla Zeineddin sarita astrologus et mathematicus pariter insignis, quocum arctissima intercedebat mihi necessitudo. Petrus a Valle.*

CCCXXI.

Codex in fol. chartac. foliorum 62, arabico-africanis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus quinquagesimus primus; quo continetur.

Expositio saiergeh, seu *divinationis sapientis de utilitatibus creaturarum, doctori Arabum et antistiti occidentis, domino Abul-Abbas, al-Sabthi adscripta*; ubi enumeratis breviterque expositis scientiis, quae cum arte divinatoria aliquam connexionem habent, agitur de signis caelestibus, et de illa divinationis specie, quae litterarum et vocum ope, quibusdam planetarum signorumque zodiaci characteribus notatarum, circulisque inscriptarum, exercetur; ac preterea varia explicantur adagia moralia, subiectis precibus seu invocationibus nominis Dei, quibus Mahometani superstitiosi uti consue-

verunt. Init. fol. 2. a terg. Is codex scriptus fuit anno Christi 1533, quemadmodum haec docet epigraphe, que fol. 61. a terg. legitur. *Explicit zaiergeh sapientis de utilitatibus creaturarum, qua declarantur mysteria naturae, et finis creaturae. Absolutus autem est liber cum laude Dei eiusque ope, ineunte mense moharramo benedicto, anno nongentesimo quadragesimo hegirae. Parcat Deus eius auctori, scriptori, possessori, inspectori, atque lectori, et dicenti amen, amen, amen, o Domine.*

CCCXXII.

Codex in fol. p. bombyc. paginarum 284, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continetur.

Liber inscriptus *moghni allabib* (id est eloquentem ditans), *ex libris arabismi de grammatica*; sive tractatus grammaticus, magni apud Arabes pretii, in praefationem, et octo capita divisus, quorum series praefationi inserta. Ibi de recta arabicae linguae pronunciatione, syntaxi, et peritia, adductis celebriorum oratorum ac poëtarum arabum textibus, iisdemque illustratis, disseritur; auctore *Gemaleddino, Abu-Mohammad Abdallah ben-Ioseph, ebn-Hasciam*, qui in praefatione scribit, se huic operi postremam manum imposuisse anno hegirae 749. (Christi 1348). Ea incipit pag. 1. a terg. Caput. 1. *de expositione singularium, eorumque iudiciis, et intelligentia*, pag. 4. Vide infra codicem CCCXLIV.

CCCXXIII.

Codex in fol. chartac foliorum 286, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices ecchellenses olim trigesimus secundus; quo continetur.

1. *Praefatio* seu *tractatus de scientia grammaticali*, et de syntaxi arabicae linguae, in decem portas variis constantes sectiones divisus; in quibus rudimenta grammaticae plenissime exponuntur; auctore *Abul-Hassano Dhahero, ben-Ahmedis, cognomento Babesciad*, qui obiit anno hegirae 454 (Christi 1060.) Init. fol. 1. a terg. 2. Accedit eiusdem Babesciadi epitome seu synopsis capitum et sectionum praecedentis sui tractatus; ubi de nominibus, pronominibus, verbis, et adverbiis, eorumque classibus et divisionibus, breviter exponitur. Init. fol. 22. 3. Eiusdem Babesciadi *summa directiva in praefationem sufficientem*; sive commentarius amplissimus in praedictum tractatum suum grammaticalem, quod rogatu *Abil-Casemi Abdarrahmani, ben-Abi-Bakri, ben-Seid, aegyptii*, composuit, ceu ipse in praefatione affirmat, cuius initium fol. 26. Commentarius vero incipit ibid. Is codex descriptus fuit ex codice CCCXLII, quem infra recensebimus, a Fausto Nai-

reno linguarum orientalium in vaticana bibliotheca scriptore ; qui inclinante decimo septimo Christi saeculo Romae mortem obivit.

CCCXXIV.

Codex in fol. bombyc. foliorum 736, arabicis litteris minutissimis et sermone elegantissime exaratus, lineisque aureis circum paginas ornatus, inter codices Petri a Valle olim vigesimus secundus; quo continetur.

Thesaurus, sive lexicon arabicae linguae amplissimum, *camus*, i. e. *oceanus*, inscriptum, auctore *Mohammede Magededdino*, *ben-Iacob*, *ben-Mohammedis*, *Phiruzabadita*. Vide codicem, qui sequitur, nec non catalogum nostrum biblioth. mediceae cod. CCCXIII. pag. 408, ubi apographum huius exhibetur. Init. fol. 1. a terg. Is codex ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

CCCXXV.

Codex in fol. bombyc. foliis constans 244, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus sextus; quo continetur.

Thesaurus, sive lexicon arabicae linguae amplissimum, *camus*, h. e. *oceanus*, inscriptum, in tres tomos divisum; auctore *Mohammede ben-Iacob*, cuius integrum nomen *Magededdinus Mohammad*, *filius Iacobi*, *fil. Mohammedis*, *cognomento Phiruzabadita*, a patria Phiruzabad, nobili urbis Sciraz seu Persepoleos castro, unde alias *Scirazita* etiam cognominatur. In Arabia is diu vixit studiorum causa; Meccaeque lexicon hoc absolutum *ben-Abbaaso*, *Iamanae* seu Arabiae felicis *regi*, nuncupavit, ceu ipse in praefatione testatur. Nonagenarius obiit anno hegirae 817. (Christi 1414.) In eo omnes fere arabicae dictiones alphabetico ordine exhibentur, cum earum radicibus, significationibus, et variis lectionibus. Opus Arabibus probatissimum, ex quo Iacobus Golius lexicon suum arabico-latinum adornavit. Tomus. I. a littera *aleph* ad litteram *ain*, incipit fol. 1. a terg. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

CCCXXVI.

Codex in fol. bombyc. foliorum 171, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedens codex, manu descriptus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus septimus; quo continetur.

Eiusdem *Mohammedis ben-Iacob*, libri *Camus*, siva thesauri arabicae linguae, tomus secundus, a littera *ain* ad mediam litteram *sin*; incipit fol. 1.

CCCXXVII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 155, arabicis litteris et sermone, eadem, qua praecedentes duo codices, manu exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus octavus; quo continetur.

Eiusdem *Mohammedis ben-Iacob* libri *camus*, sive thesauri linguae arabicae, tomus tertius, a media littera *sin* ad finem alphabeti; incipit fol. 1.

CCCXXVIII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 345, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus nonus; quo continetur.

Mohammedis ben-Iacob Phiruzabaditae liber camus, i. e. *oceanus*, sive thesaurus linguae arabicae, in tres tomos distributus, tomus I. a littera *aleph* ad litteram *re*; incipit fol. 1. a terg. Is codex ad medium decimum quintum Christi saeculum videtur referendus. Pertinuit olim, uti et duo sequentes tomi, ad collegium neophytorum et transmarinorum de Urbe, quemadmodum in fronte adnotatur.

CCCXXIX.

Codex in fol. bombyc. foliorum 277, arabicis litteris et sermone, eadem, qua praecedens codex, manu exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus decimus; quo continetur.

Eiusdem *Mohammedis ben-Iacob Phiruzabaditae*, tomus secundus thesauri sive lexici arabicae linguae, quod *Camus*, i. e. *oceanus*, inscribitur, a littera *zain* ad litteram *phe*; incipit fol. 1. a terg.

CCCXXX.

Codex in fol. bombyc. foliorum 288, arabicis litteris et sermone, eadem, qua praecedentes duo codices, manu exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus undecimus; ubi continetur.

Eiusdem *Mohammedis ben-Iacob Phiruzabaditae*, libri *Camus*, sive thesauri linguae arabicae, tomus tertius, a littera *caf* ad finem.

CCCXXXI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 49, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus duodecimus; quo continetur.

Libri *camus*, sive thesauri linguae arabicae, a *Magededdino Mohammede ben-Iacob Phiruzabadita* compositi, epitome a littera *the* ad litteram *ie* alphabeti arabici postremam. Init. fol. 1. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus. Pertinuit olim, uti et tres praecedentes codices, ad collegium neophytorum et transmarinorum de Urbe, quemadmodum in fronte adnotatur.

CCCXXXII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 224, arabicis litteris et sermone partim arabico, partim turcico exaratus, inter codices Petri a Valle olim vigesimus nonus; quo continetur.

Lexicon arabico-turcicum, alphabetico ordine dispositum, absque titulo et auctoris nomine. Init. fol. 1. a terg. Is codex scriptus fuit anno Christi 1538. Sic enim in eius clausula fol. 224. a terg. habetur. *Explicit liber ope Dei regis largitoris, exeunte mense rabio posteriore, anno hegirae nongentesimo quadragesimo quinto.*

CCCXXXIII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 209, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim nonagesimus septimus; quo continetur.

Liber inscriptus *utilitates copiosae ad solutionem difficultatum kaphiae*, sive expositio amplissima locorum difficilium, quae in grammatica arabica *kaphia*, i. e. *sufficiente* inscripta, occurrunt. Opus grammaticis arabibus probatissimum, a Gemaleddino et Abu-Amro ebn-al-Hageb elucubratum, et ab Abdarrahmano ben-Ahmed Nureddino al-Giami ex adversariis auctoris erutum, atque commentariis illustratum, ceu ipse fol. 209. in eius clausula testatur. Ille autem claruit anno hegirae 897. (Christi 1491.) Init. fol. 1. Confer cum sequente codice, ubi idem opus exhibetur. Is autem codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

CCCXXXIV.

Codex in 8. m. bombyc. foliorum 256, arabico charactere minuto et

sermone exaratus, inter codices orientales Petri a Valle, olim vigesimus quartus; quo continetur.

Expositio in grammaticam arabicam *Gemaleddini Abi-Amru Othman, ben-Omar, cognomento ben-Hageb*, inscriptam *kaphia*. Eius titulus: *utilitates copiosae ad solutionem difficultatum kaphiae*, seu *utilitates fecundae*; auctore *Abdarrahmano ben-Ahmedis Nureddino, al-Giami*, qui huic operi extremam manum imposuit die 11. mensis ramadhani, anno hegirae 897. (Christi 1491.), ut ipsemet in eius clausula fol. 255. adnotat. In margine varia scholia incerti auctoris passim occurrunt. Incipit autem commentarius fol. 1. a terg. Is codex scriptus fuit anno Christi 1577, quemadmodum liquet ex hac amanuensis adnotatione, quae fol. 255. in calce apposita est. *Completa est exscriptio huius illustris tractatus in urbe Alepo a Deo custodita et munita, in regione terrarum sanctarum sita; ineunte mense gemmado priore, anno nongentesimo octogesimo quinto hegirae. Exaravit autem illum pauper Senan ben-Ali, ben-al-Rumi. Parcat illis Deus et condonet.*

CCCXXXV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 15, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices ecchellenses olim vigesimus nonus; quo continetur.

Grammatica arabica *agrumia* nuncupata, auctore *Abu-Abdullah Mohammede ben-Mohammedis filio David, al-Sanhagi, cognomento ebn-Agrum*, unde huius grammaticae titulus. Auctor natus anno hegirae 682. (Christi 1285.), anno eiusdem hegirae 723. (Christi 1223.) decessit; eo autem opere tantam sibi famam apud orientales peperit, ut illud illustrandum complures susceperint. Init. fol. 1. Vide sequentem codicem, ubi eadem grammatica exhibetur. Is autem codex decimo septimo Christi saeculo videtur descriptus.

CCCXXXVI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 37, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim nonagesimus nonus; quo continetur.

1. *Abu-Abdallah Mohammedis ben-David al-Sanhagi, ben-Agrum*, grammatica arabica *agrumia* a cognomine sui auctoris nuncupata; dividitur in XXV. capita, quorum seriem videsis in eadem grammatica arabico-latina Romae anno 1631. in 8. edita, interprete Thoma Obicino. Ea autem exarata est a *Sciamseddino filio Mohammedis, fil. Negemmedini, ben-al-Sacca, feria quarta, die 11. mensis dilcade, anno hegirae 971.* (Christi 1563.)

uti in eiusdem clausula adnotatur. Init. fol. 1. a terg. 2. *Senioris Chaledi*, *ben-Abi-Bakr ben-Abdallah al-Azhari*, grammatica arabica, cui titulus *liber perducens petitores ac studiosos ad fundamenta arabismi*; a praedicto Sciamseddino descripta *feria tertia*, *die* 2. *mensis dilhegge*, *anno hegirae* 975. (Christi 1567.), uti idem calligraphus fol. 37. in calce, scribit. Init. fol. 8. a terg.

CCCXXXVII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 73, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices ecchellenses olim trigesimus quartus; quo continetur.

Ahmedis ben-Ali, *ben-Massud*, grammatica arabica, *quies spirituum* seu oblectamentum animorum inscripta; in praefationem et septem portas, seu capita, distributa. Praefatio incipit fol. 1. a terg. Caput 1. fol. 2. Consequuntur tractatus duo *de coniugatione et inflexione verborum*, absque auctoris nomine, qui fortasse est idem ben-Massud. Eorum primus incipit fol. 41. a terg. Tractatus alter fol. 57. a terg. Is codex ineunte decimo septimo Christi saeculo videtur exaratus.

CCCXXXVIII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 72, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codices orientales Petri a Valle olim vigesimus quintus; quo continetur.

Ahmedis ben-Ali, *ben-Massud*, grammatica arabica, quae *merah al-aruah*, i. e. *quies spirituum* inscribitur, in praefationem, et septem capita divisa. Praefatio incipit fol. 2. a terg. Cap. 1. fol. 3. Consequuntur tractatus duo *de coniugatione et inflexione verborum*, sine auctoris nomine. Eorum primus incipit fol. 43. a terg. Confer cum praecedente codice, cum quo hic codex adamussim concordat: eius vero aetas ad XVI. Christi saeculum videtur referenda.

CCCXXXIX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 124, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales Petri a Valle olim vigesimus sextus; quo continetur.

Ahmedis ben-Ali, *ben-Massud*, grammatica arabica, *quies spirituum* inscripta, in praefationem et septem capita divisa. Praefatio incipit fol. 1. a

terg. Caput 1. fol. 3. Consequuntur tractatus tres de coniugatione et inflexione verborum, qui praedictae ben-Massudi grammaticae in plerisque eius exemplaribus adiungi solent. Eorum primus incipit fol. 52. a terg. Tractatus II. fol. 73. a terg. Tractatus III, cui varia coniugationum verborum exempla adnexa sunt, incipit fol. 93. a terg. Is codex scriptus fuit anno Christi 1615. Sic enim fol. 113. in calce adnotatum legitur. *Explicit ope Dei. Ignoscat Deus amanuensi, eiusque parentibus, et bene faciat eis; feria quarta, die 29. mensis moharrami, anno millesimo vigesimo quarto hegirae.* Eandem adnotationem in clausula aliorum tractatuum in hoc codice contentorum appositam, mutatis diebus et mensibus, reperies.

CCCXL.

Codex in 4. bombyc. foliorum 95, arabicis litteris minutissimis et sermone exaratus, inter codices orientales Petri a Valle olim vigesimus septimus; quo continetur.

Commentarius in grammaticam arabicam Ahmedis ben-Ali, ben-Massud, quies spirituum inscriptam; auctore *Ahmede* cognomento turcice *al-Daincuz*, i. e. *porco*, sultani Othomanis familiari. Init. fol. 1. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

CCCXLI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 66, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus vigesimus; quo continetur.

Saadeddini Massud, ben-Omar, iudicis taphtazani, seu, ut alii legunt, *tagtazani*, anno hegirae 792. (Christi 1389.) defuncti, *expositio in grammaticam arabicam Ezzi*, i. e. *Ezzeddini, Abul-Fadaiel Abdaluahab Abraim, al-Zigiani*, qui anno hegirae 655. (Christi 1257.) obiisse dicitur; ubi de verborum arabicorum inflexione potissimum disseritur. Init. fol. 1. a terg. Is codex decimo quinto Christi saeculo videtur descriptus. Pertinuit olim ad collegium neophytorum et transmarinorum de Urbe, quemadmodum in eius fronte adnotatur.

CCCXLII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 200, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus vigesimus sextus; quo continetur.

1. *Abul-Hassani Dhaheri filii Ahmedis*, *ebn-Babesciad*, *grammatici*, anno hegirae 454. (Christi 1060.) defuncti, *praefatio* seu *tractatus de scientia grammaticali et de syntaxi arabicae linguae*, in decem portas, variis constantes sectionibus distributus; in quibus rudimenta grammaticalia accuratissime explicantur. Init. fol. 1. 2. Eiusdem *expositio recensionis praecedentis gramaticae arabicae*; sive epitome et synopsis capitum et sectionum, quibus ea absolvitur; ubi de nominibus, pronominibus, verbis, et adverbiis, eorumque numero et divisionibus agitur. Init. fol. 66. 3. Eiusdem *summa directiva in expositionem praefationis sufficientis*, sive commentarius amplissimus in praedictum tractatum suum de scientia grammaticali, *Abul-Casemo Abdarrahmano ben-Abi-Bakri*, *ben-Seid*, nuncupatus; fine tamen mutilus. Init. fol. 71. a terg. Is codex, quem ad decimum quartum Christi saeculum haud immerito referas, pertinuit olim ad collegium neophytorum et transmarinorum de Urbe. Ex eo autem descriptus est superior codex CCCXXIII, uti et codex qui sequitur.

CCCXLIII.

Codex in 4. chartac. foliorum 140, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices ecchellenses olim trigesimus; quo continetur.

Abul-Hassani Dhaheri, *ben-Ahmedis*, *ben-Babesciad*, *grammatici*, tractatus de scientia grammaticali, sive grammatica linguae arabicae absolutissima; subiectis eiusdem auctoris epitome et synopsi capitum et sectionum praedictae grammaticae; nec non commentario in eandem amplissimo; uti in praecedente codice, ex quo hic descriptus est. Init. fol. 1. Hic autem codex exaratus fuit a Nicolao Banesio maronita, in vaticana bibliotheca syriacae et arabicae linguae post Abrahamum ecchellensem interprete, qui hanc adnotationem fol. 140. in calce apposuit. *Completus est hic liber, ope Dei excelsi, per manum humilis Nicolai filii Machluphi Banesii, maronitae ex monte Libano* (qui et sequentes versiculos adnexuit.) *Manebit quidem liber meus post me: manus vero mea in pulvere evanescet: character remanet, at aetas perit. Amen. Deus ignoscat ei qui illum scripsit, et omnibus qui eundem legerint, et ex ipso didicerint. Et Deo laus semper. Amen.*

CCCXLIV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 58, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices ecchellenses olim quadragesimus quartus; quo continetur.

1. *Liber arabismi de fundamentis et syntaxi arabicae linguae*,

alias *mogni allabib* inscriptus, in quatuor portas seu capita, varias quaestiunculas grammaticales complectentia distributus; auctore *Gemaleddino Abu-Mohammad Abdallah ben-Ioseph ebn-Hasciam*, qui vivebat anno hegirae 749. (Christi 1348.) Init. fol. 1. a terg. 2. *Abu-Zaidi Abdarrahmani, ben-Ali, al-Makudi*, expositio grammaticae arabicae, quae a cognomine auctoris *ebn-Agrum*, *agrumia* vulgo nuncupatur. Init. fol. 21. a terg. Is codex decimo quinto Christi saeculo videtur descriptus.

CCCXLV.

Codex in 4. chartac. foliorum 266, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices ecchellenses olim trigesimus tertius; quo continetur.

1. *Senioris Zeinneddini Gebril commentarius in grammaticam arabicam, quae agrumia appellatur*; praemissis nonnullis sacris concionibus italicis Fr. Ludovici melitensis, huius codicis calligraphi, una cum nominibus mensium christianorum orientalium, Arabum, et Coptitarum. Init. fol. 1. a terg. 2. *Abdalcaheri ben-Abdarrahmani al-Georgiani*, grammatica arabica, inscripta *al-amauel*, *regentes*, ubi de verborum inflexione, et particularum regimine; adiecta inter lineas latina praedicti Fr. Ludovici interpretatione. Prodiit haec sub titulo *centum regentes*, arabice et latine, ex versione Ioh. Baptistae Raymundi, Romae typis mediceis. Incipit fol. 187; desinit fol. 200. in hanc amanuensis adnotationem. *Explicit, et Deo gloria*; *die dominica* 18. *elul*, (*septembris*) *anno Christi millesimo sexcentesimo vigesimo quarto*. 3. *Interrogationes et responsiones de tribus partibus orationis*, arabice et latine, auctore praedicto Fr. Ludovico. Incipit fol. 203. *Quot sunt partes orationis?* 4. *Athireddini abharensis*, h. e. de Abhara Persidis oppido, anno hegirae 627. (Christi 1229.) clari, *epistola*, sive *isagoge in dialecticam*, cum latina versione inter lineas, eodem Fr. Ludovico interprete, fol. 223. 5. *Disputationes arabicae in universam grammaticam arabicam*, *et in verborum inflexiones*, *ab infimo inter sacerdotes Ludovico melitensi ex fratribus sancti Francisci compositae*, adiecta inter lineas eiusdem latina interpretatione. Accedunt eiusdem praelectiones, et theses tres theologicae et philosophicae, arabice et latine; una cum itinerario auctoris, et trium fratrum franciscanorum eius sociorum ab insula Sicilia Matritum, die 22. februarii anno 1633, ad diem 7. maii an. 1634; italice. Init. fol. 322.

CCCXLVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 80, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus vigesimus primus; quo continetur.

Grammatica arabica *kaphiah*, h. e. *sufficiens* inscripta, *auctore Gemaleddino Abu-Amru, fil. Othmani, cognomento ebn-Hageb*, qui anno hegirae 672. (Christi 1248.) supremum diem obiit. Init. fol. 1. a terg. Prodiit haec grammatica primum Romae anno 1592. arabice, tum vero Leydae 1617. et Parisiis 1638. arabice et latine, interprete scilicet Thoma Erpenio. Is autem codex exaratus fuit a quodam *Mohammede feria quinta, die 26. mensis dilhegge, anno hegirae* .979. (Christi 1571.) uti in calce adnotatur. Pertinuit olim ad collegium neophytorum et transmarinorum de Urbe.

CCCXLVII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 88, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales Petri a Valle olim vigesimus tertius; quo continentur.

i. Tractatus tres grammatici; videlicet 1. *liber kaphiah* i. e. *sufficiens*, grammatica arabica notissima, quam arabice et latine vulgavit Thomas Erpenius. Auctoris nomen desideratur; sed in praecedente codice ea adscribitur *Gemaleddino Abu-Amru fil. Othmani, cognomento ebn-Hageb.* In margine et inter lineas nonnulla scholia incerti auctoris recentius addita sunt. Init. fol. 1. a tergo. 2. Grammatica arabica, inscripta *fax* seu *lampas*; ubi de terminatione et extremis verborum aliorumque vocabulorum potissimum agitur; *auctore antistite Nassero, ben-Abdal-Saied, al-Motarrezi*, anno hegirae 610. (Christi 1213.) defuncto. Constat praefatione, quinque capitibus, et conclusione. Praefatio incipit fol. 43. a terg.; caput vero 1. fol. 44. 3. *Centum regentes*, sive particulae orationis quae in constructione mutant inflexionem ac terminationem verborum et nominum; tractatus grammaticus *antistitis Abdalcaheri ben-Abdarrahmani al-Georgiani*, qui Romae prodiit arabice et latine typis mediceis. Init. fol. 77. a terg. Is codex scriptus fuit anno Christi 1590, quemadmodum liquet ex hisce amanuensis verbis, quae in clausula grammaticae *kaphiah* fol. 42. a terg. leguntur. *Explicit liber, ope Dei regis largitoris. Exaravit illum Othmanus ben-Pharah, mense rabio priore . . . . . tempore pomeridiano, anno hegirae nongentesimo nonagesimo nono.*

CCCXLVIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 180, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim nonagesimus octavus; quo continetur.

Commentarius in grammaticam arabicam kaphiah h. e. *sufficientem*, nuncupatam, ab *ebn-al-Hageb*, de quo in praecedente codice, compositam.

Auctor commentarii anonymus in praefatione ait, se iterum hanc grammaticam, brevioribus commentariis illustrare aggressum esse, in usum *emiri* (ducis) *Iahiae, ben-emiri Abrahimi*. Accedunt inter lineas et in margine scholia, alia manu exarata. Init. fol. 1. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

CCCXLIX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 103, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus primus; ubi continetur.

1. *Ahmedis filii Ali, ben-Massudi, liber quietis spirituum*, seu grammatica arabica, in septem portas, seu capita, distributa; ubi de verborum inflexione potissimum agitur. Addita sunt inter lineas scholia in eandem grammaticam incerti auctoris. Init. fol. 1. a terg. 2. *Grammatica arabica de verborum coniugationibus et inflexionibus*, cum scholiis inter lineas et in margine, sine auctoris nomine. Init. fol. 58. a terg. 3. Item *tractatus grammaticus de verborum inflexione*, cum scholiis interlinearibus et marginalibus ignoti auctoris. Init. fol. 8. a terg. Vide praecedentes codices CCCXXXVII. CCCXXXVIII. CCCXXXIX, in quibus duo praedicti grammatici tractatus exhibentur. Is autem codex decimo septimo Christi saeculo videtur exaratus.

CCCL.

Codex in 8. bombyc. foliorum 89, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus tertius, quo continetur.

1. *Liber de verborum arabicorum inflexione, auctore Ezzi*, cuius integrum nomen *Ezzeddinus Abul- Phadaiel Abdaluahab Emadeddinus ebn-Abrahim al-Zingiani*, sive *Zingistani*, qui anno hegirae 655. (Christi 1257.) obiisse dicitur. Init. fol. 1. a terg. 2. *Liber quietis spirituum*, sive grammatica arabica, in septem portas, seu capita, distributa, ubi de verborum inflexione potissimum agitur, auctore *Ahmede ben-Ali*, *ben-Massud*. Init. fol. 22. a terg. 3. *Abdal Caheri filii Abdarrahmani al-Georgiani, liber al-amauel, de regentibus*, scilicet particulis; sive grammatica arabica, alia manu exarata, et fine mutila; quam auctor veteris indicis perperam cum ea, quae *agrumia* inscribitur, confundit. Init. fol. 79. a terg. Is codex scriptus fuit anno Christi 1539, uti haec docent amanuensis verba, quae in calce grammaticae ben-Massudi fol. 78. a terg. leguntur. *Absolutus est hic liber ope Dei excelsi, et bonitate eius providentiae, manu pauperis, humilis sultani ben-Hamzeh. Deus ignoscat ei parentibusque eiusdem, et bene faciat*

eis, *et omnibus fidelibus utriusque sexus*. *Amen*, *o Domine saeculorum* : *medio mense gemmado posteriore*, *anno nongentesimo quadragesimo sexto hegirae*.

CCCLI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 44, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus quartus; ubi continetur.

Antistitis magni Iahiae ben-Abrahimi ben-Abdalsalam al-Zingiani, sive *Zingistani*, *commentarius in grammaticam arabicam al-Ezzi*, *sive Ezzeddini*, *Abulphadaiel Abdaluahab Abrahimi Emadeddini*, quae *de inflexione verborum* inscribitur. Init. fol 1. a terg. Is codex ad decimum quintum Christi saeculum videtur referendus.

CCCLII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 128, arabicis litteris et sermone exaratus, a Iosepho Simonio Assemano die 27. iulii anno Christi 1720. acquisitus, et vaticanae bibliothecae addictus, ceu ipse manu sua in fronte arabice adnotat; quo continetur.

1. *Hassan Basciah ben-Olaieddini al-Asuad.* (i. e. nigri) *expositio in grammaticam arabicam Ahmedis ben-Ali ben-Massud*, *quae quies spirituum inscribitur*. Init. fol. 1. 2. *Deprecatio pro observantia alcorani*, *nocte feriae sextae dicenda*. Is codex decimo quinto Christi saeculo videtur exaratus.

CCCLIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 50, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus secundus, quo continetur.

1. *Domini sceriphi* (illustris) *Ali ben-Mohammedis al-Georgiani*, anno hegirae 816 (Christi 1413.) defuncti, *commentarius in grammaticam arabicam senioris Sciamseddini Mohammedis ben-Dand hierosolymitani sciapheitae*, cui grammaticae titulus est *media* ; praemisso loco praefationis epigrammate in auctoris laudem; cuius initium fol. 1. Commentarius vero incipit fol 1. a terg. 2. Eiusdem commentarii aliud exemplar diversa et elegantiore manu exaratum, et praedicto epigrammate munitum. Init. fol. 21. a terg. uti supra. Is codex scriptus fuit a *Nasero ben-Iahin sciapheita alepino feria quarta*, *die* 5 *mensis dilcade*, *anno hegirae nongentesimo trigesimo quarto* (Christi 1527.) uti in clausula prioris exemplaris fol. 20. adnotatur.

CCCLIV.

Codex in 8. oblongo bombyc. foliorum 36, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus quintus; quo continetur.

Liber facis, seu *lampadis*, in praefationem et quinque portas, seu capita, et conclusionem distributus; ubi de terminatione et extremis verborum et aliorum vocabulorum praesertim agitur. Auctoris nomen desideratur, sed in superiore codice CCCXLVII. hoc idem opus adscribitur *antistiti Nasero ben-Abdal-Saied al-Motarrezi*. Accedunt in margine varia scholia recentius exarata. Praefatio incipit fol. 1. a terg. Caput 1. incipit fol. 2. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur descriptus.

CCCLV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 108, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Lexicon parvum sed accuratum, ad prosodiam arabicam accommodatum, et alphabetico ordine dispositum, insertis inter lineas ad singula ferme vocabula scholiis partim arabicis partim turcicis, absque titulo et auctoris nomine. Init. fol. 1. Is codex scriptus fuit anno hegirae millesimo nonagesimo sexto (Christi 1684.) quemadmodum fol. 108. in calce adnotatum reperies.

CCCLVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 192, arabicis littteris et sermone varia manu exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim cum codice centesimo sexagesimo primo compactus; quo continetur.

1. *Liber selectae elegantiae verborum, quae in sermone hominum, eorumque libris occurrunt*; sive lexicon parvum arabicum nitidissime exaratum, in viginti octo portas seu capita distributum; ubi de verbis eorumque radicibus et elegantia agitur. Auctor *Abul-Abbas*, *Ahmed ben-Iahia al-Thaalabi*, qui in hoc opere adornando annos viginti absumpsit; uti ex Zamachsciano eiusdem expositore calligraphus in fronte admonet. Init. fol. 1. a terg.

2. *Gemaleddini Abbul-Hassani*, *cognomento al-Gezar*, anno hegirae 679. (Christi 1280) defuncti, *liber de utilitatibus mensarum*, in praefationem et capita decem distributus; ubi de disciplina et legibus erga convivas servandis, de selectis cibis, de liberalitatis laudibus, et avaritiae vituperatione disputatur; diversa a superiore manu descriptus. Praefatio incipit fol. 144. a terg. Caput I. *de laudibus convivia exhibentis*, *et liberalitatis*, fol. 145.

a terg. Caput X. et ultimum *de excessu hospitis*, fol. 174. a terg. Caput decimum repetitur a fol. 190, sed fine mutilum est. Is autem codex, quem ad decimum quintum Christi saeculum haud immerito referas, pertinuit olim ad bibliothecam Christinae Svecorum reginae.

CCCLVII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 134, arabicis litteris et sermone varia manu exaratus, inter codices vaticanos arabicos olim sexagesimus tertius; quo continetur.

1. *Abul-Abbas Ahmedis fil. Iahiae, al-Thaalabi, fundamenta poëseos* nitidissime descripta, ex variis auctoribus collecta, et ab *Abu-Abdallah Mohammede ben-Amran, ben-Mosis, al-Marzabani*, recognita. Liber magni apud Arabes pretii, utpote qui omnes artis poëticae regulas summatim complectitur. Init. fol. 1. a terg. In eius clausula fol. 21. a terg. isthaec ab amanuensi adnotata leguntur. *Explicit liber complectens fundamenta poëseos auctore al-Thaalabi, cum laude Dei et bonitate eius providentiae. Collatus autem fuit atque expensus pro viribus et facultate per pauperrimum servorum Dei Mohammedem aracensem.* 2. *Abu-Hamedis, fil. Mohammedis, al-Gazali*, philosophi arabis, patria tusensis, qui anno hegirae 505. (Christi 1110.) interiit (teste Haphido in catalogo scriptor. arab. tom. II.) *liber de reprehensione philosophorum*, *et de contradictione eorum opinionum* circa providentiam divinam; sive philosophia in compendium redacta ad mahometica placita accommodata, alia et quidem antiquiore manu exarata; quam in hebraicam linguam vertit, et *librum de intentionibus philosophorum* inscripsit, Moses fil. Iosue fil. Davidis, narbonensis; additis ad singula capita observationibus ex Aristotele, Platone, Alexandro aphrodisiensi, Averroë, Maimonide, aliisque philosophis, in quibus explicatione et exemplis illustrat quae a Gazalio tam in logica et metaphysica, quam in physica obscurius dicta fuerant. Vide cod. hebr. CCLX, quem tom. I. codd. or. nostri catalogi pag. 222. descripsimus. Praefatio generalis incipit fol. 23. a terg. *Logica* in praefationem et quinque tractatus divisa, incipit fol. 24. a terg. *Metaphysica* duplici praefatione et quinque tractatibus constans, incipit fol. 49. a terg. *Physica* in quinque tractatus distributa, incipit fol. 68. Is codex ad decimum quartum Christi saeculum videtur referendus, si quidem priorem librum recentius exaratum excipias.

CCCLVIII.

Codex in fol. m. foliorum 28, arabicis litteris et sermone elegantissi-

me exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim ceotesimus vigesimus quintus; quo continetur.

Poëma, vulgo *bordah*, i. e. *lacerna pinguis*, *et stellae splendentes in laudem optimae creaturarum*, nempe Mahometis pseudo-prophetae, inscriptum, cuius singuli versus in litteram *M*, primam nominis Mahometis, desinunt, auctore *Scerafeddino Abu-Abdallah Mohammede ben-Seid dallasensi al-Bausari*, qui obiit anno hegirae 694. (Christi 1294.) Opus Mahometanis probatissimum, eoque apud ipsos in pretio habitum, ut plerique illius versiculos detecto capite et nudis pedibus recitent. Auctor cum in morbum incidisset, Mahometis ope, quem sibi in somnis apparuisse fingit, recuperata valetudine, grati in pseudo-prophetam animi monumentum hoc composuit, cuius initium fol. 2. a terg. Is codex, cuius titulus auro et minio exornatur, scriptus fuit *ad usum sultani al-Malek al-Nasrer*, uti in fronte praenotatum reperies. Is autem ex dynastia Baharitarum oriundus, in Aegypto regnare coepit anno hegirae 694. (Christi 1294.), obiitque anno hegirae 741. (Christi 1340.), unde aetatem codicis deprehendere licet.

CCCLIX.

Codex in fol. bombyc. foliorum 41, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices orientales Petri a Valle olim decimus sextus; quo continentur.

Commentarii quinque in poëma bordah, *a Scerafeddino Abu-Abdallah Mohammede ben-Seidi*, *dallasensi*, *al-Bausari*, in laudem Mahometis pseudo-prophetae compositum. Auctores commentariorum sunt qui sequuntur. 1. *Nassereddinus Mohammedes phaiumensis*. 2. *Olaeddinus ben-Amineddini Salem gazensis*. 3. *Sciamseddinus Mohammedis ben-Mansur ben-Abbadeh*. 4. *Scehabeddinus Ahmed ben-Magdeddini Salem adraensis*. 5. *Sceich* (seu senior) *damiatensis*. Eos autem collegit *Nuraddinus Ali ben-Giaber ben-Mosis hascemita iamanita*, i. e. ex Arabia felici oriundus, qui in prohoemio refert poëmatis huiusce ab auctore editi occasionem, quam in praecedente codice innuimus. Prohoemium incipit fol. 1. a tergo; poëma vero fol. 2. a terg. Confer cum praecedente codice, ubi poëmatis initium diversum est ab eo quod in hoc codice legitur; qui quidem codex descriptus fuit anno Christi 1589, uti haec docet amanuensis adnotatio, quae fol. 41. in calce ponitur. *Explicit poëma benedictum*, *nuncupatum bordah*, *ope regis largitoris et bonitate eius providentiae*. *Descriptum autem fuit die 2. mensis gemmadi prioris*, *anno nongentesimo nonagesimo octavo hegirae*.

CCCLX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 173, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano ex oriente in vaticanam bibliothecam inlatos, olim sexagesimus octavus; quo continetur.

1. *Mustaphae al-Sannaki Zeineddini Mansoris*, *fil. Abdarrahmani*, *sciapheitae*, epistola sive tractatus inscriptus *afflictio querentis*, *et lacrima plorantis*; ubi de amoribus, et oris venustate, partim soluta, partim ligata oratione agitur. Init. fol. 1. a terg. 2. *Divan* seu collectio variorum carminum eroticorum, auctore *Scehabeddino al-Talaphri*. Init. fol. 48. a tergo. 3. *Scerafeddini Abul-Mohasem Mohammedis*, *fil. Nasrallah*, *ben-Onain*, *damasceni*, *divan* seu collectio variorum carminum, in quibus laudat *regem Adelum Saifeddinum Abu-Bakrum filium Iobi*: sedat iram *Maazaam Aegypti regis*, bellumque describit quod Cahirinis Christiani Damiatae intulerunt. Tum de iis disserit, qui ingrato animo amicitiae iura violant: obscuris allegoriis plurima versat argumenta: satyris in quosdam invehitur: praeconiis extollit quemdam iudicem nomine *Aalech*, quia in iure dicundo multa aequitatis facinora ediderat. Demum adversam fortunam suam auctor dolet, quod a dromedario, cui insederat, Meccam peregrinationis ergo perrecturus, praeceps datus, iter suum abrumpere, domumque reverti coactus fuerit. Init. fol. 77. 4. *Mohieddini filii Mohammedis fil. Ali mograbini* (seu africani) *al-Tai*, *al-Hathemi andalutii*, *divan* seu carmina varia, anno hegirae 611. (Christi 1214.) composita; ubi de variis rebus, ac praesertim de praestantia *Medinat al-nabi*, seu Medinae civitatis prophetae, nempe Mahometis qui ibi sepultus dicitur. Init. fol. 129. 5. *Hageri*, cuius integrum nomen *emir* (i. e. dux) *Hasameddinus Isa*, *ben-Sannag*, *ben-Behram*, *al-Abali*, qui anno hegirae 612. (Christi 1315.) obiisse dicitur, *divan* seu collectio carminum, quibus vinum, et plures mahometani doctrina vel oris venustate praestantes homines commendantur. Init. fol. 45. a tergo. Is codex exaratus fuit anno Christi 1620. Sic enim fol. 47. in clausula tractatus Mustaphae al-Sannaki habetur. *Et fuit complementum huius benedicti exemplaris nocte feriae quintae*, *die 4. mensis rabii prioris*, *anno millesimo trigesimo hegirae propheticae*, *per manum Othani filii Daruisci*, *cognomento ebn-al-Tabbach* (i. e. filii coqui.)

CCCLXI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 55, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales ecchellenses olim vigesimus sextus; quo continetur.

1. *Caabi ben-Zohair*, poëtae arabis, anno 1. hegirae Mahometis (Chri-

sti 622.) defuncti, *carmen*, a prioribus duabus vocibus *banath Saada* h. e. *separata est Saada* (nomen mulieris) inscriptum; quo veniam a Deo maledictorum in Mahometem pseudo-prophetam ab ipso prolatorum postulat. Accedunt ad singula disticha, scholia anonymi auctoris, qui etiam praefationem in idem carmen praefixit, in cuius clausula, ex dictis doctorum mahometanorum asserit, quod quicumque legerit, aut memoriter recitaverit illud carmen, paradisum promerebitur. Incipit ea praefatio fol. 1. a tergo; carmen vero fol. 3. Abrahamus ecchellensis, ad quem hic codex pertinebat, et ex eo Iosephus Simonius Assemanus bibl. orient. tom. I. pag. 578. num. XXVI. carmen praedictum perperam Abu-Bakro adtribuunt. 2. *Abi-Ismaëlis al-Hassan*, *ben-Ali*, *ben-Mohammad*, *ben-Abdalsamid*, *ispahanensis*, *cognomento al-Thogri*, anno hegirae 515. (Christi 1121.) defuncti, *carmen* de vita sua, et de temporis sui infelicitate, inscriptum *lami* et *al-agiam*, cuius nimirum singuli versus in litteram *lam* persicam desinunt. Auctor illud composuit Bagdadi anno hegirae 505. (Christi 1111.) uti in titulo subinnuitur. Accedunt locupletissima anonymi scholia in idem carmen, quod incipit fol. 11. a terg. 3. *Gemaleddini Abulphadli Abdarrahmani*, *ben-Abi-Bakri*, *asiutensis sciapheitae*, anno hegirae 911. (Christi 1505.) defuncti, *consessus pistaceus*, ex eiusdem auctoris libro inscripto *macamat*, i. e. *consessus* (sive sermones philologici de variis argumentis, habiti in consessibus; quod opus ad imitationem consessuum Hariri composuit, uti et qui sequuntur) desumptus. Ibi autem de pistaciis, et aliis nucibus, eorumque proprietatibus rhetorice disseritur. Init. fol. 30. 4. *Consessus hyacinthini*, sive sermones de hyacintho, aliisque lapidibus pretiosis et margaritis. Init. fol 32. a terg. 5. Eiusdem *consessus*, sive sermo *de exercitatione et disceptatione*. fol. 37. 6. Eiusdem *consessus*, sive sermo *de orbe caelesti super ebn-al-Karki*. fol. 45. Is codex scriptus fuit anno Christi 1622, uti haec docent anonymi calligraphi verba, quae fol. 55. in calce leguntur. *Finis consessus. Et Deo soli laus* etc. *Completus autem est hic liber feria prima*, *die* 21. *mensis regebi*, *anno millesimo trigesimo secundo hegirae propheticae*.

CCCLXII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 107, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices ecchellenses olim vigesimus secundus; quo continetur.

Divan, seu carmina arabica CCCCXXVI. diversi argumenti et metri ordine alphabetico desinentia, auctore *Abulphadlo Zohair ben-Mohammad*, *ben-Ali*, *al-Mohlabi*, qui vivebat anno hegirae 657. (Christi 1258.) Init. fol. 1. a terg. Is codex descriptus fuit anno Christi 1578. Sic enim in eius clausula fol 107. habetur. *Explicit divan benedictum die* 17. *mensis dilhegge al-*

haram unius ex mensibus anni nongentesimi septuagesimi sexti hegirae.

CCCLXIII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 118, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices ecchellenses olim vigesimus tertius; quo continetur.

1. *Collectio carminum elegantium et praestantium* de variis argumentis, plerisque moralibus, sine auctorum nominibus. Sunt omnino carmina 900, quorum primum incipit fol. 1. a terg. Ultimum carmen inscribitur. *poëma ebn al-Uardi*; cuius singuli versus in litteram *L* desinunt. Auctor pleno nomine vocatur *Zeineddinus Omar ebn-al-Modhaffer ben-al-Uardi*, qui obiit anno hegirae 749. (Christi 1348.) Init. fol. 104. 2. *Abdallah Mohammad ben-Mohammad, ben-Agrum, sanhagensis*, anno hegirae 723. (Christi 1323.) defuncti, grammatica arabica, ab auctoris cognomine *agrumia* nuncupata. Incipit fol. 109. Is codex pertinuit olim ad Iohannem Baptistam Aelianum soc. Iesu presbyterum, in cuius usum Alepi exaratus fuit anno Christi 1582, uti haec ostendit calligraphi mahometani adnotatio, quae fol. 108. in calce poëmatis ebn-al-Uardi legitur. *Accidit complementum exscriptionis huius collectionis benedictae carminum elegantium feria quinta, ineunte magno mense Dei sciaabano, uno ex mensibus anni hegirae nongentesimi nonagesimi, cuius exitum Deus vertat in bonum. Idque manu servi imbecilli, sperantis misericordiam Domini benigni, servi servorum, et pulveris pedum, pauperrimi pauperum, Abul-Sheda ben-Abbas, ben-Haggi-Theda, ben-Haggi Sadacah, ben-Omran, origine hierichuntei, incolatu alepini. Parcat Deus ei, suisque parentibus, et benefactoribus, et omnibus Moslemanis viventibus, ac fidelibus utriusque sexus. Idque in usum viri avidi suae religionis, cui Deus rectam viam et bonam directionem inspiret, eumque ab errore et malo custodiat, presbyteri Baptistae ben-Aeliani. Significet ei Deus res animae ipsius, et faciat diem eius meliorem hesterno eiusdem die, et dissolvat eum in bonum, antequam in sepulcro condatur. Amen. Et laus Deo domino saeculorum.*

CCCLXIV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 279, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales Petri a Valle olim duodecimus; quo continentur.

Iudicis antistitis al-Saied Abi Abdallah Hossaini, ben-Ahmedis, zauzanitae, commentarii in carmina septem poëtarum arabum, qui ante Mahometis pseudo-prophetae tempora claruerunt, inscripta *sabaa moallacat*. i. e.

septem appensa, et *sabaa taual* i. e. *septem longa*, quod ea ceu perrara et singularia, in septem tabulis longis charactere aureo exarata sunt, et in forniee delubri meceani appensa. Textus maioribus, commentarii minoribus litteris descripta; videlicet 1. *carmen-Amru al-Caisi*, *ben-Haggiar*, *ben-Amru*, *al-Kendi*. Praeit praefatio generalis expositoris, cuius initium fol. 22. a terg. Textus incipit fol. 23. Commentarii vero fol. ibid. 2. *Carmen Tarpheh Ebn-al-Abd*, *bakrensis*, fol. 64. a terg. Comment. ibid. 3. *Carmen Zohairi ebn-Abi-Salmi mozenitae*, fol. 92. a terg. Comment. ibid. 4. *Carmen Labidi ben-Rabiah ameritae*, fol. 110. Comment. ibid. 5. *Carmen Amru ebn-Kalthum taatabensis*, fol. 139. a tergo. Comment. ibid. 6. *Carmen Anthara ebn-Sceddad abessitae*, fol. 155. Comment. ibid. 7. *Carmen Harethi ebn-Halzeh iaskarensis*, fol. 172. Comment. ibid. Ex his poëtis Amrus al-Caisus, et Labid amerita aetatem Mahometis attigere; nam prior adversus eum satyras, alter pro eodem apologiam fertur elucubrasse; ceterorum vero aetas ignota. Vide Herbelot. bibl. orient. voce *moallacat*; nec non catalogum nostrum bibl. medic. cod. DXXIII. pag. 481.

Accedunt alia septem carmina diversorum poëtarum celeberrimorum, cum commentariis eiusdem Abi-Abdallae Hossaini, ben-Ahmedis, zanzanitae; quorum priora quatuor ante carmina septem poëtarum, alia duo post eadem septem carmina descripta sunt. Videlicet 1. *carmen Scenfari*, cuius singuli versus in litteram *L* desinunt, unde *lamiet* inscribitur. Textus incipit fol. 2. a terg. Comment. ibid. Desinit fol. 14. in hanc amanuensis adnotationem. *Explicit calamo pauperis apud Deum divitem magnum*, *minimi servorum eius Hossaini ben-Kemal*, *ben-Hossaini al-Aual*, *qui commoratur in oppido al-Siatrah*, *primo mensium anni hegirae nongentesimi septuagesimi noni* (Christi 1571.) 2. *Amru-al-Caisi ben-Haggiar*, *ben-Amru*, *al-Kendi*, *carmen* sine commentariis, diversum ab eo quod supra inter carmina septem *appensa* recensuimus. Fol. 14. a terg. 3. *Scemmaveli ebn-Ad carmen* cum commentario praedicti Abu-Abdallah Hossaini zanzanitae, qui in fine praefationis Scemmavelum alias dici monet *Abdal-Malekum ebn-Abdalrahimi al-Harethum*. Ea praefatio incipit fol. 17. Textus ibid. a terg. Comment. ibid. 4. *Amru al-Caisi*, *ben-Haggiar*, *ben-Amru*, *al-Kendi*, de quo modo supra, carmen aliud sine commentario. Fol. 21. a terg. 5. Eiusdem aliud carmen sine commentario, alia manu descriptum. Fol. 185. 6. *Carmen doraidicum* ab auctoris cognomine inscriptum, qui pleno nomine vocatur *Abu-Bakr ebn-Mohammedis*, *ebn-Doraid*, *azedita*, quique Bassorae natus, obiit anno hegirae 321. (Christi 933.), commentariis praedicti Abu-Abdallah Hossaini illustratum. Ibi autem veteres poëtae et illustres viri bassorenses laudantur. Praefatio expositoris incipit fol. 186. a terg. Textus ibid. comment. fol. 187. *Chaledi ben-Saphuan al-cannas* (i. e. venatoris) *carmen*, alias inscriptum *ala-*

rus, i. e. sponsa; ubi de epithetis, et arabicae linguae elegantia potissimum agitur, cum scholiis incerti auctoris alia, et quidem recentiore, manu exaratum. Init. fol. 206. a terg. Desinit fol. 269. a terg. in isthaec calligraphi verba. *Completum est carmen Chaledi ben-Saphuan al-cannas; et laus Deo domino saeculorum. Absoluta autem est eius exscriptio sabbatho, die 12. mensis regebi, anno hegirae millesimo vigesimo secundo* (Christi 1613).

CCCLXV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 58, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales Petri a Valle olim decimus quintus; quo continentur.

Collectanea ex carminibus moralibus Ali ebn-Abi-Taleb, Mahometis pseudo-prophetae generi. Init. fol. 5. a terg. Praeit collectoris anonymi praefatio de poësi Arabum, celebrioribusque eiusdem gentis poëtis; cuius initium fol. 1. a terg. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

CCCLXVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 19, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales Petri a Valle olim decimus septimus; quo continentur.

Carmina XII. amatoria, *suaissieh* ex cognomine auctoris *Suaissi* inscripta, fine mutila. Init. fol. 1. a terg. Is codex decimo septimo Christi saeculo ineunte videtur exaratus.

CCCLXVII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 119, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos, Iosephi Simonii Assemani opera, ex oriente in vaticanam bibliothecam inlatos, olim sexagesimus uonus; ubi continetur.

Ketab Kolailah u-Domna, sive *liber apologorum*, in quibus praecipui interloquentes duae vulpeculae, Kolailah nempe et Domna; ex indico sermone in persicum a *Barzueio* Anusciruani seu Chosrois Persarum regis archiatro et insigni philosopho conversus; inde vero arabice redditus ab *ebn-al-Mocaffah*, qui vixit regnante al-Mansore Abu-Giapharo, secundo ex dynastia Abbasidarum chalipha, circa annum Christi 760. Opus ethicum et politicum, in sexdecim portas seu capita divisum, in quibus per trecentas et quadraginta fabulas, miro artificio contextas, humani instituuntur mores, malitia scilicet, fraudes, hominumque in vita communi atque in aula potis-

simum stultitia ad vivum exprimuntur. Init. fol. 26. Praeeunt tres praefationes, quarum prima, ab ebn-al-Mocaffah arabico huius operis interprete conscripta, seriem exhibet capitum, eorumque synopsim. Incipit fol. 1. a terg. Altera praefatio eiusdem arabici interpretis, de praestantia, atque utilitate huius operis fol. 12. Tertia praefatio interpretis persici, Barzueii nempe archiatri, historiam translationis huius libri ex Indiis in Persidem, et ipsius Barzueii genus, ortum, educationem, et studia complectitur. Fol. 17. Vide catalogum nostrum bibl. medic. cod. XCV. pag. 140, ubi de hoc ipso opere, eiusque versionibus, ac variis editionibus fuse disseruimus. Hic autem codex scriptus fuit anno Christi 1615, quemadmodum haec ostendunt calligraphi verba, quae fol. 119. in calce leguntur. *Exaravit hunc librum servus culpae reus Ali filius Iosephi anno millesimo vigesimo quarto hegirae.*

CCCLXVIII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 31, arabico-cuficis litteris et sermone exaratus, inter codices vaticanos arabicos olim centesimus sexagesimus quintus; quo continetur.

Harethi ben-Hammam fabula romanensis, in modum dialogi erotici inter anum et reginam Arabum eiusque ancillam; insertis passim concinnis versibus de eodem argumento; cum figuris. Priora quatuor, et posteriora duo folia desunt; cetera autem adeo corrosa sunt, ut vix ac ne vix quidem variis in locis legi possint. Init. fol. 5. Is codex ad duodecimum Christi saeculum videtur referendus.

CCCLXIX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 195, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus septuagesimus tertius. Ibi continentur.

Harethi ben—Hammam fabulae aliae romanenses; ubi varii animi sensus, proverbia, et dictiones grammaticae explicantur; principio et fine mutilae. Init. fol. 1. Is codex, quem ad decimum quartum Christi saeculum haud immerito referas, adeo erosus est tineisque corruptus, ut vix ac ne vix quidem legi possit.

CCCLXX.

Codex in 16. chartac. foliorum 69, arabico-africanis litteris et sermo-

ne exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus quadragesimus; quo continentur.

Abdarrahmani al-Thaalibi visiones, seu potius somnia futilia, et ad aniles fabulas amandanda; in quibus varias nugas et mendacia, scilicet inter cetera comminiscitur, se vidisse et alloquutum fuisse Omarum, et Abu-Bakrum, primos Mahometis socios; quorum primum ait, quum ipse in ore deosculari voluisset, renuit illo propter foetorem caepae, inquiens angelos, et cum eis habitantes horrere huiusmodi foetorem: ductum deinde fuisse ab Angelo Gabrielo ad videndum et alloquendum *primum et novissimum prophetarum* Mahometem (hoc enim titulo hunc impostorem et pseudo-prophetam decorare Mahometani solent) a quo varia et multa sibi revelata dicit sectatoribus suis referenda, praecipue eos hortando ad legis suae observantiam, ut paradisum consequerentur, qui pro ipsis solis creatus est, et ipsi soli pro eo etc. Consequuntur variae brevesque preces ad Deum, quas Mahometani pro expiatione animae et corporis recitare solent. Init. fol. 1. Is codex a praesule de Corbara ad card. Scipionem Burghesium ex Melitensi insula allatus eiusdem cardinalis iussu vaticanae bibliothecae addictus fuit. Eius vero aetas ad decimum sextum Christi saeculum videtur referenda.

CCCLXXI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 9, arabicis litteris et sermone partim arabico, partim turcico elegantissime exaratus, in catalogo codicum arabicorum quem Iosephus Simonius Assemanus tomo I. bibl. orient. a pag. 619. adtexuit num. XCIV. notatus.

Quadraginta narrationes, seu traditiones, oretenus a Mahomete pseudo-propheta acceptae; suntque apophthegmata seu adagia didascalica moralia ex alcorano excerpta, totidem tetrastichis versibus turcicis exposita, variisqua arabicis ornatibus aureis insignita; sine auctoris nomine. Textus maioribus litteris partim aureis partim nigris descriptus. Init. fol. 2. Praeit praefatio turcici poëtae expositoris, cuius init. fol. 1. a terg. Is codex quem ad decimum tertium Christi saeculum haud immerito referas, scriptus fuit a *Mohammede filio Chuagiah* (mercatoris) *Mohammedis bocharensis*, *regnante Zamazunadre*, *cuius imperium perennet Deus*, *in urbe Samarcanda*; uti fol. 9. in calce adnotatur. Pertinuit olim ad bibliothecam domesticam Clementis XI. P. M. qui illum vaticanae bibliothecae addixit.

CCCLXXII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 217, arabicis litteris et sermone niti-

dissime exaratus, inter codices orientales Petri a Valle olim decimus octavus; quo continetur.

Mohammedis Abul-Dhaher, *ben-Ioseph*, *Thamiamitae caesaraugustani*, *liber consessuum*, sive sermones quinquaginta de variis argumentis ad rhetoricam et poësim arabicam spectantibus, in diversis consessibus academicis habiti, quos auctor Cordubae ad imitationem sermonum Abu-Mohammedis al-Cassem, ben-Ali, al-Hariri celeberrimi inter Arabes oratoris elucubravit, ceu ipse in eorum prologo fatetur. Init. fol. 1. a terg. Is codex scriptus fuit anno Christi 1252, quemadmodum haec docent amanuensis verba, quae fol. 217. in calce leguntur. *Completi sunt omnes consessus*, *seu thamiamitici*, etc. *in urbe Bagdado*, *quam Deus excelsus custodiat*, *feria quarta*, *die* 4. *mensis regebi benedicti*, *anno hegirae sexcentesimo quinquagesimo* etc. *Exaravit eos Saleh ben-Mohammedis ben-Uathec.* Adnectitur epigraphe metrica, quam praefatus amanuensis in clausula codicis autographi, unde hocce exemplar descripsit, se reperisse testatur; ubi tamen praeter integrum auctoris nomen, nempe *Abul-Dhaher Mohammad ben-Ioseph*, *ben-Abdalla*, *ben-Ioseph*, *Thamiamita*, nihil notatu dignum occurrit.

CCCLXXIII.

Codex in 4. chartac. foliorum 44, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices ecchellenses olim quinquagesimus quintus; ubi continetur.

1. *Liber de praestantia florum*, auctore *seniore Gelaleddino Abdarrahmano ben-Abi Bakri*, *asiutensi* aegyptio mahometano, quem anno hegirae 911. (Christi 1505.) obiisse ferunt. Init. fol. 1. a terg. 2. Eiusdem *de utilitatibus ac proprietatibus nonnullorum medicamentorum simplicium tractatus ex variis medicorum scriptis excerptus.* Init. fol. 34. 3. Eiusdem *de proprietatibus quorumdam medicamentorum et pharmacorum aliorumque similium*, *eorumque compositionibus.* Init. fol. 40. Is codex decimo septimo Christi saeculo videtur exaratus.

CCCLXXIV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 266, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus quadragesimus nonus, quo continetur.

Iahiae ben-Ali, *ben-Isa*, *ben-Giazaleh*, liber inscriptus *via patens ad declarationem eorum*, *quibus homo sive ad cibum et potum*, *sive ad morborum remedia corporisque ornatum*, *utitur*; ubi et de medicamentis simplicibus et compositis, alphabetico ordine disseritur. Init. fol. 1. a terg. De

auctore huius operis haec Gregorius Abulpharagius scribit in historia dynastiarum, ex versione Pocockii pag. 240. " Anno hegirae quadrigentesimo septuagesimo tertio (Christi 1080.) obiit Iahia ben-Issa ebn-Giazala medicus bagdadensis. Christianus fuit, medicinae studuit apud eius temporis christianos Carchi, seu fori bagdadensis, incolas; quumque dialecticae discendae studio teneretur, neque esset inter Christianos praedictos tunc temporis, qui artem hanc calleret, mentioque illi Abu-Ali ebnol-Ualidi Motazaliorum tunc doctoris fieret, ac diceretur idem et scientiae scholasticae et terminorum legalium peritus, ad eum se recepit logicae perdiscendae gratia. Non destitit autem ebnol-Ualid religionem ismaëliticam (mahometanam) illi commendare, donec ipsi annuens, eam amplecteretur: cui quod nomen dedisset, laetatus Abu-Abdallah al-Damgani eo tempore iudex primarius, illum sibi propius admovit, et ad eum evexit gradum, ut ipsius in syngraphis apud se scribendis opera uteretur. Illo vero ultra operam in ea re positam, vici eius incolis, aliisque sibi notis, medicabatur sine mercede aut pretio, nempe gratuito et ex mera beneficentia, quin et ipsis medicamenta gratis subministrabat. Quum in morbum, quo mortuus est, incidisset, libros suos legavit oratorio antistitis abu-Haniphae. E libris celebrioribus ab ipso compositis sunt, *exemplaris* (immo *via patens*, quem librum prae manibus habemus) *tecuim ol-abadan*, i. e. *de recta ordinatione corporum*, tabulis distinctus ". Eiusdem Iahiao meminit idem Abulpharagius in chronico syriaco ms.; sed pro anno hegirae 473. affirmat eum obiisse anno 493, qui inchoatus fuit die 17. novembris an. Christi 1099. " Per idem tempus, h. e anno Arabum quadringentesimo nonagesimo tertio obiit Iahia medicus bagdadensis Giazaleh filius, auctor celeberrimi libri *menhag*, qui prae manibus medicorum nostrae aetatis circumfertur, dequo medicaminibus, cibisque simplicibus, et compositis tractatum continet. Hic christianus fuit, et apud arabem quemdam Abu-Ali filium Ualidi nuncupatum, dialecticae operam dedit; quumque hic aliquando cum Iahia de unione affectiva et personali, quam Nestoriani admittunt, disceptaret, eamquo de natura divina nequaquam intelligi posse, propositis sophisticis argumentis, concluderet, hominem ad Hagarenorum sectam deceptum pertraxit. Ferunt Iahiam opibus affluxisse, suisque dumtaxat amicis, quum aegrotarent, gratis mederi consuevisse ". Is codex ad decimum tertium Christi saeculum videtur referendus.

CCCLXXV.

Codex in fol. m. chartaceus, paginis constans 446, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codices arabicos a Clemente Caracciolo neophyto ad usum vaticanae bibliothecae exscriptos, olim tertius; quo continetur.

Catalogus librorum arabicorum, *turcicorum*, *et persicorum*, *inscriptus declaratio opinionum de nominibus librorum*, *et periocharum* (seu facultatum) *auctore Haphido supremo Moslemanorum antistite*: opus latina versione, et luce publica dignissimum. Complectitur omnino libros 1855o. quorum tituli alphabetico ordine recensentur: indicatis auctoribus, quotiescumque de eorum nominibus atque aetate constitit, ab ineunte hegira, ad eiusdem annum millesimum vigesimum octavum (Christi 622. ad 1618.) quo auctor Haphidus vivebat. Dividitur in quatuor tomos. Tomus primus ab *aleph*¦ prima alphabeti arabici, ad *thse* quartam eiusdem alphabeti litteram. Init. pag. 57. Praeit praefatio generalis in capita quinque certis sectionibus constantia, divisa; quorum 1. de variis notionibus et divisionibus scientiarum et librorum. Sectiones eius quinque. II. De inventione scientiarum, et compositione librorum, deque scriptoribus uniuscuiusque sectae et nationis; sectt. quatuor. III. De auctoribus, eorumque scriptis, sectt. tres. IV. De scientiis Moslemanorum, et quare plerique arabice quidem scripserint, sed arabes nequaquam fuerint; et de scientiarum nobilitate ac praestantia, deque earum impedimentis, et quales viri docti esse debeant; sectt. decem. V. De scientiarum subiectis, obiectis, nominibus, ac titulis; sectt. septem. Init. pag. 2. Is codex complectitur libros 6596. Exscriptus autem fuit, uti et sequentes tres tomi, ab exemplari quod in bibliotheca olim comitis Aloysii Ferdinandi Marsilii (nunc instituti scientiarum Bononiae) adservatur, anno Christi 1719, uti in calce adnotatur.

CCCLXXVI.

Codex in fol. m. chartac. paginarum 247, eadem, qua praecedens codex, manu exaratus, inter codices arabicos a Clemente Caracciolo neophyto ad usum bibliothecae vaticanae exscriptos, eodem praecedente numero tertio olim notatus; quo continetur.

Eiusdem Haphidi, *catalogi librorum arabicorum*, *turcicorum*, *et persicorum tomus II*, a littera *gim* alphabetici arabici quinta, ad litteram *dhsal* eiusdem alphabeti nonam. Init. pag. 2.

CCCLXXVII.

Codex in fol. m. chartac. paginarum 240, eadem, qua praecedentes duo codices, manu exaratus, inter codices arabicos a Clemente Caracciolo neophyto ad usum bibliothecae vaticanae exscriptos, olim eodem praedicto numero tertio signatus; quo continetur.

Eiusdem Haphidi, *catalogi librorum arabicorum*, *turcicorum*, *et persicorum tomus III.* Continuatur eadem numeratio paginarum, una cum serie

scriptorum, a praefata littera *dhsal* alphabeti arabici nona, usque a d litteram *dad* eiusdem alphabeti decimam quintam. Init. pag. 248. Calligraphus Clemens Caracciolus tomum hunc unum eundemque cum praecedente tomo composuerat, quem I. S. Assemanus in catalogo codicum arabicorum, a praedicto Clemente Caracciolo exscriptorum, vol. I. bibl. orient., tomum secundum inscripsit, complectentem libros 1255. Verum cum prae nimia eius mole, vix tractari posset, in duos codices, seu tomos separatim compactos, divisus fuit.

CCCLXXVIII.

Codex in fol. m. chartac. paginarum 503, diversa a superiore manu exaratus, inter codices arabicos praedicti Clementis Caraccioli neophyti olim eodem numero tertio notatus; quo continetur.

Eiusdem Haphidi, *catalogi librorum arabicorum*, *turcicorum*, *et persicorum*, *tomus IV*, a littera *ta* alphabeti arabici decima sexta, ad literam *ie* eiusdem alphabeti vigesimam octavam et ultimam. Init. pag. 1.

CCCLXXIX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 86, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices arabicos a I. S. Assemano in bibliothecam vaticanam ex oriente illatos, olim quinquagesimus nonus; quo continetur.

Drusorum lex, sive doctrina per epistolas XXV. tradita, in qua reiectis Hebraeis, Christianis, Mahometanis, et Nazaraeis, nova quaedam secta statuitur, ab *Hamzeh ben-Ali ben-Ahmedis*; qui toto libro nugatur, *al-Hachemum Bamr-allah* (is Saracenis in Aegypto imperavit circa annum hegirae 400, Christi 1009.) non hominem esse, sed Deum, qui in mortali carne apparuerit, et mox in caelum sese receperit, eumque solum adorandum. Opusculum perrarum, quem tanti faciunt Drusi, quanti alcoranum Mahometani: quin et summa ipsum diligentia occultant; nec ab aliis, nisi a suis doctoribus, quos *intelligentes* vocant, contrectari permittuut. Init. fol. 1. a terg. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

CCCLXXX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 268, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim quinquagesimus quartus; quo continetur.

Liber recreationis cordatorum, *et viridarii disciplinae morum*, sive

symmicta moralia et amatoria, ex variis auctoribos mahometanis, *collectore Ahmede al-Hegiazi*; qui hocce opus *Phareso*, viro armis et doctrina praestanti, nuncupavit; uti in eius praefatione legitur, quae de laudibus et praestantia poëseos potissimum disserit, incipitque fol. 1. a terg. Consequiur index capitum XXI, quibus hocce opus absolvitur, quaeque singula in tres abeunt sectiones. Videlicet cap. I. De sapientia, eloquentia, et adagiis, sive parabolis. Init. fol. 9. Cap. II. De contemptu rerum mundanarum, patientia, et continentia, Fol. 18. a terg. Cap. III. De liberalitate, excessu opum, et vituperatione avaritiae. Fol. 23. Cap. IV. De fraternitate seu amicitia, et cuinam conveniat, deque vituperatione vicissitudinis temporum. Fol. 26. a terg. Cap. V. De excusatione, repreheosiooe, et conciliatione animorum. Fol. 34. a terg. Cap. VI. De castimonia. Deest totum. Cap. VII. De mulierum elegantia, venustate, et familiaritate. Fol. 44. a terg. Cap. VIII. De amore, concupiscentia, et recordatione dierum praeteritorum. Deest finis. Init. fol. 61. Cap. IX. De recta statura, eamque consequentibus, et de subtilitate femoris; principio mutilum. Fol. 71. Cap. X. De virginitate. Fol. 80. Cap. XI. De naevis. Fol. 93. Cap. XII. De amplexu, complexu, et osculo. Fol. 119. Cap. XIII. De valedicendo. Fol. 131. Cap. XIV. De zelotypia. Fol. 136. Cap. XV. De vi et violentia amoris, deque excusationibus. Fol. 140. Cap. XVI. De ornamentis; fine mutilum. Fol. 150. Cap. XVII. De pulchritudine adolescentium. Deest principium. Fol. 154. Cap. XVIII. De vinis, eorumque nimio potu, deque iis quae inde sequuntur. Fol. 183. Cap. XIX. De locis. Fol. 224. Cap. XX. De aenigmatibus. Deest finis. Fol. 245. Cap. XXI. De stultis, insipientibus, et insulsis; principio mutilum. Fol. 263. Is codex scriptus fuit anno Christi 1582, quemadmodum liquet ex hac amanuensis epigraphe, quae fol. 268. in calce apposita est. *Absolutus est hic liber sabbatho die* 23. *mensis ramadhani, anno nongentesimo nonagesimo secundo hegirae, manu imbecillimi servorum Dei, et indigentissimi eius misericordiae, servi pauperis, humilis, qui delictum et imbecillitatem suam fatetur, Ahmedis filii senioris Mohammedis apamensis, qui hodie habitat in diversorio ad portam Emesae. Ignoscat Deus* etc.

CCCLXXXI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 81, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Ahmedis ben-Ali, ben-Massud, grammatica arabica, *quies spirituum* inscripta, additis anonymi inter lineas, ad marginem, et utramque oram in eandem grammaticam scholiis. Init. fol. 1. a terg. Accedunt tractatus tres grammatici de verborum arabicorum coniugatione et inflexione, qui, ut su-

perius cod. CCCXXXIX. admonuimus, plerisque ben-Massudi grammaticae exemplaribus adiungi solent. Tractatus 1. incipit fol. 38. a terg. Tractatus 2. fol. 52. a tergo. Tractatus 3. fol. 65. a terg. Subiungitur alia manu exemplar coniugationis verbi *nassar vicit*, fol. 73. Is codex decimo septimo Christi saeculo videtur exaratus.

CCCLXXXII.

Codex in 16. bombyc. foliorum 135, arabicis litteris et sermone partim arabico, partim turcico exaratus, inter codices ecchellenses olim trigesimus octavus. Ibi continetur.

Liber precum arabico-turcicarum, quarum pleraeque superstitionem redolent; adiunctis quibusdam amuletis. Principium et finis desiderantur. Init. fol. 1. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

CCCLXXXIII.

Codex in 16. bombyc. foliorum 138, arabicis litteris et sermone partim arabico, partim turcico exaratus; quo continetur.

Libellus precum arabico-turcicarum, ad usum Mahometanorum, principio mutilus. Incipit fol. 1. ab iis verbis. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

CCCLXXXIV.

Codex in 16. partim chartac. partim bombyc. foliorum 110, arabicis litteris et sermone varia manu exaratus; ubi continentur.

Preces Mahometanorum ad Deum, et anonymus in laudem Mahometis pseudo-prophetae. Deest principium et finis. Init. fol. 1. Is codex ad decimum septimum Christi saeculum videtur referendus.

CCCLXXXV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 80, arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales ab Andrea Scandar in bibliothecam vaticanam ex oriente inlatos, olim quinquagesimus tertius; quo continetur.

Alcorani pars posterior, complectens quadraginta septem capita; quorum primum *caput regni*, alcorani sexagesimum septimum, incipit fol. 1. a terg. Ultimum vero *caput de hominibus*, alcorani centesimum decimum quartum, incipit fol. 79. Subnectitur caput primum alcorani, inscriptum

prohoemium. Is codex decimo septimo Christi saeculo videtur descriptus.

CCCLXXXVI.

Fragmenta variorum codicum arabicorum christianorum et mahometanorum, in septem involucra distributa, ex quibus suppleri possunt diversa folia, quae in aliquot codicibus hucusque a nobis recensitis desiderantur.

CCCLXXXVII.

Codex in fol. oblongo bombyc. inter codices ecchellenses olim sexagesimus primus, et inter turcicos vaticanos olim vigesimus primus; quo continetur.

Alphabetum arabicum, cum omnibus litterarum nexibus, et cum speciminibus variorum characterum arabicorum, in novem rotulis elegantissime exaratum. In iis speciminibus habetur epistola Alexandri magni ad Aristotelem; nec non privilegium turcicum manumissionis mancipii cuiusdam, nomine Ali ben-Abdallah, concessum a Selimo secundo, Solimani filio, Turcarum imperatore, ineunte mense dilhegge, anno hegirae 974. (Christi 1566.)

CCCLXXXVIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 137, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, a cardinali Pallotta die 9. augusti, anno Domini 1777. vaticanae bibliothecae dono datus; quo continetur.

Abu-Abdallae Mohammedis fil. Solimani (1) fil. Abi-Bakri al-Gezuli, *indicia bonorum, et radii luminum*, qui est liber precum ad Deum in laudem Mahometis eiusque sociorum Abu-Bakri et Omari; inserta fol. 20. et 21. sepulchrorum eorumdem ichnographia. Init. fol. 3. a terg. Confer cum codice CCXXXV. ubi idem opus exhibetur. Hic autem codex exaratus fuit anno Christi 1769, uti haec ostendit calligraphi adnotatio, quae fol. 134. legitur. *Et fuit complementum exscriptionis huius benedicti exemplaris die 4. mensis sepher benefici et honorandi, anno millesimo centesimo octogesimo tertio hegirae propheticae; qui domino eiusdem exemplaris sit in praestantiorem orationem, et aequiorem pacem. Explicit cum laude Dei.*

(1) Etiam cod. CCXXXV. supplendum est *fil. Solimani*, quod typotheta incaute omisit, scribendumque *ichnogr.* pro *icnogr.*

CCCLXXXIX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 171, arabicis litteris et sermone arabico ac turcico varia manu exaratus; quo continetur.

1. *Alcorani pars prior*, complectens quadraginta duo capita, quorum nonnulla principio, medio, et fine mutila. Incipit a primo capite fol. 1. a terg. 2. *Liber arenae*, seu geomantiae per arenam variis punctis et lineis dispositam, unde divinationes rerum eliciendae; turcice diversa a superiore manu exaratus, sed fine mutilus; auctore *Sceich* (seu seniore) *al-Zannathi*. Init. fol. 162. a terg. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus, pertinuitque olim ad baronem de Stosch, uti ex eiusdem stemmate fronti conglutinato liquet.

CCCXC.

Codex in 8. chartac. foliorum 71, carscinnicis seu syriacis litteris et sermone arabico, inter codices arab. ecchellenses olim 43. eleganter exaratus; quo continetur.

Pars libri Ahmedis ben-al-Kateb gallipolitani, inscripti *lumina cupientium* ab anonymo christiano, quem Assemanus Athanasium Safar vocat, arabice ex turcico reddita anno Christi 1688, uti in calce adnotatur. Incipit fol. 1. a terg. Vide cod. XVI. inter turcicos vaticanos, ubi integrum hocce opus exhibetur.

CODICES PARTIM MAHOMETICI PARTEM CHRISTIANI,
quorum catalogum recentior auctor manusque exaravit.

CCCXCI.

Codex in fol. bombyc. foliis constans 357, arabicis litteris et sermone nitidissima manu conscriptus; quo continetur.

Camus, idest *oceanus*, sive thesaurus linguae arabicae. Auctor huius libri fuit Mohammed ben-Iacob, ben-Mohammed, al-Scirazi al-Phiruzabadi, seu Scirazita Phiruzabadita. Natus est anno hegirae 729. (Christi 1328.) in loco dicto Carazin, denatus vero anno 816, vel 817. (Christi 1413, vel 1414.) Magnae eruditionis vir, et magno idcirco apud reges et principes in honore fuit, praecipue apud Ismaëlem Abbasi filium iamanensem, cui hunc *al-camus*, seu *oceanum* linguae arabicae dedicavit; nec non apud Baiazidum, seu Baiazetem Ylderim Chan. A Timurlenco, seu Tamerlano, dono accepisse fertur quinque mille aureos ob hunc tantum laborem susceptum. Hoc opus in tomos tres divisum

supra retulimus. Vide codd. CCCXXIV. usque ad CCCXXXI. Is codex pertinuit olim ad conventum S. Petri in monte aureo, et ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

CCCXCII.

Codex in fol. bombyc. foliis constans 586, arabicis litteris et sermone nitidissima manu conscriptus; quo continetur.

Camus, seu *oceanus*, vel thesaurus linguae arabicae. Hoc opus in praecedentibus iam descripsimus. Codex exaratus fuit manu Homar Saif-Addin ben-Homar Aluhani; absolutusque die mercurii, 15. mensis gemmadi posterioris, anno hegirae 988. (Christi 1580.) ut in calce adnotatur.

CCCXCIII.

Codex in fol. bombyc. foliis constans 335, arabicis litteris et sermone nitidissima manu conscriptus; quo continetur.

Declaratio et interpretatio singularum alcorani sententiarum, ordine alphabetico digesta, adiectis auctorum mahometanorum explicationibus et interpretationibus. Omnia collecta sunt operâ et studio Abi-Habid Achmet ben-Mohammed al-haruensis, ut ex praefatione aperte colligitur. Is codex exaratus est manu cuiusdam Nazam-Addin ben-Ismaëlis, nilensis; absolutusque anno hegirae 977. (Christi 1569.) ut in calce adnotatur.

CCCXCIV.

Codex in fol bombyc. foliis constans 350, arabicis litteris et sermone nitide conscriptus; quo continetur.

Liber luminum propter gesta iustorum; hoc est universum corpus iuris amplissimum et curiosissimum sectae Mahometanorum, notis marginalibus refertum, cui praeit totius operis materiarum index, auctore Gemaleddino Iosepho ben-Abrahim al-hemlaiadensi. Is codex scriptus fuit manu Abd-al-Gialil, ben-Abdallah, ben-Chalil, ben-Hamze, ben-Elias, ben-Mohammed, anno hegirae 881, ut in calce adnotatur, hoc est Christi 1476.

CCCXCV.

Codex in fol. bombyc. foliorum 235, arabice nitida manu conscriptus; quo continetur.

Abu-Mohammad al-Casem, ben-Ali, ben-Mohammad, cognomento al-Hariri

liber consessuum, sive orationes quinquaginta philologicae in variis consessibus habitae, quae totius elegantiae, et eruditionis arabicae specimen merito appellari possunt. Earum pleraeque a locis, in quibus habitae sunt, Sanaae nempe, Damiatae, Alexandriae, Cufae etc. nomen sortiuntur. Is codex exaratus fuit ab Ali ben-Mohammad Abi-Bakr anno hegirae 723. (Christi 1323.) uti in calce adnotatur.

CCCXCVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 151, arabicis litteris et sermone exaratus; ubi continetur.

Eiusdem Hariri *libri consessuum*, sive orationum quinquaginta philologicarum, aliud exemplar praecedente codice antiquius.

CCCXCVII

Codex in fol. bombyc. foliorum 410, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, ubi continetur.

Camus, seu *oceanus*, vel thesaurus linguae arabicae. Idem opus est quod in superioribus codd. CCCXXIV. sqq. vidimus. Is codex scriptus est manu Zaid-Aldini Abd-Alrohman babylonii, et ad XV. Christi saeculum referendus est.

CCCXCVIII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 194, arabicis litteris et sermone exaratus; ubi continentur.

Pag. 1. Epistolae XX. S. Antonii abbatis ad suos monachos cum variis praeceptis, et canonibus. Pag. 82. Varii canones, et praecepta desumpta ex dictis eiusdem S. Antonii, ad suos monachos, qui id ab eo postulaverant. Pag. 90. a terg. Interrogationes monachorum cuidam seni factae circa dicta S. patris Antonii, cum responsionibus. Pag. 101. Collectio praeceptorum, dictorum, et sententiarum nonnullorum sanctorum patrum monachorum. Pag. 113. a terg. Interrogationes, responsiones, historiae, et dicta nonnullorum sanctorum patrum. Pag. 129. Compendium historiae monachorum cum eorum sententiis. Pag. 136. Monita patris nostri Isaiae ad monachos novitios. Item aliorum patrum dicta collecta ab ebn-Alhessal, ut in calce paginae 162. adnotatur. Pag. 162. a terg. Epitome canonum patrum CCCXVIII, anctorum symboli nicaeni, circa officia monachorum. Pag. 166. Epistola sancti patris nostri Macarii de virginitate. Pag. 173. a terg. Epistola sancti patris Isaiae ad monachos. Sequuntur aliorum sanctorum patrum epistolae et praecepta. Pag.

194 Monitum faciendum monachis antequam schema seu habitum assumant. Is codex fine mutilus, olim bibliothecae collegii Maronitarum, ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

CCCXCIX.

Codex in fol. bombyc. foliorum 240, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Pag. 1. Incipit codex a medio capite nono, iuxta arabicam versionem, *libri iudicum*, et decimo iuxta latinam. Pag. 17. Libri quatuor regum. Versio haec non coogruit, ut diximus, cum latina quod attinet ad capitum divisionem. Is codex principio et fine mutilus ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

CCCC.

Codex in fol. bombyc. foliorum 225, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Sancti Iohannis Climaci abbatis montis Sinai *scala virtutum*, in XXX. gradus seu sermones distributa; quibus adnectitur pag. 213. sermo eiusdem Climaci de praepositis, estque eiusdem epistola ultima ad abbatem Iohannem pastorem. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 172, arabicis litteris et sermone nitide exaratus; quo continetur.

S. Iohannis damasceni liber inscriptus *paradisus intellectualis, et declaratio plantarum, quas Deus excelsus in eo plantavit*. Est allegorica paradisi terrestris expositio, ubi de virtutibus et vitiis potissimum agitur. Init. fol. 1. a terg. In calce occurrit sequens epigraphe genere bustrophido exarata, quae sic se habet. *Explicit hic benedictus liber die veneris, 17. mensis februarii, anno Adami 7112, cui sit pax; qui congruit cum anno hegirae 1012; per manum Abd-Alcharim filii presbyteri Churan apamensis, in sancta urbe Hierusalem, in monasterio S. Michaëlis archangeli.* In margine leguntur sequentes adnotationes. *Die mercurii, 18. mensis iulii, anno Adami 1122, sibi suis sumptibus diaconus Michaël comparavit librum paradisi intellectualis a Meletio Alepi archiepiscopo. Tribus mensibus ante epocham huius libri patriarchatum antiochenum sponte dimisit patriarcha Dorotheus ben-Alahmar. Contigit eodem anno mors sultani Mohammed ben-Mrad, cui successit eius filius sultanus Achmet;*

anno vero 1020, medio mense septembri, obiit dictus Alahmar, eique successit patriarcha Aldebbas Athanasius. Is codex perperam in fronte S. Gregorio tribuitur.

CCCCII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 155, arabicis litteris et sermone conscriptus, cuius titulus.

Ope Dei describere aggredimur librum senis spiritualis de donis divinis, et de acquirenda gratia, quam concedit Deus excelsus coenobitis; quos utinam elevet ad spirituales visiones et ad cognitionem arcanorum et cogitationum; nec non ad certamen cum diabolis, ad separationem et regimina, seu vivendi rationem, ad exercitia virtutum et precum. Hoc opus e syriaco in arabicum sermonem versum nonnulli S. Iohanni chrysostomo perperam tribuunt. Hic autem codex, qui ad XV. Christi saeculum videtur referendus, exaratus fuit manu *Abu-Isaac filii Constantini*, ut in calce adnotatur; ubi etiam in alia adnotatione dicitur hic liber emptus de monacho Petro, filio monachi Salomonis, sexaginta denariis.

CCCCIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 165, arabicis litteris et sermone nitide conscriptus; quo continentur.

Variae Mahometanorum dispositiones ad rite orandum, et nonnullae regulae adorationis et genuflexionis pro temporum opportunitate. Item varii tractatus de Mahometanorum lege civili et iudiciaria. Is codex fine mutilus saeculo Christi XV. exaratus videtur.

CCCCIV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 106, arabicis litteris et sermone nitida manu exaratus, quo continentur.

Elementa arabicae linguae, seu grammatica quae *kaphia* nuncupatur, scripta manu humilis Scianhi ben-Saudi, ben-Ali al-Giachiri, die sabbatho mensis ramadhani, anno hegirae 1013. (Christi 1604.) ut in calce legitur.

CCCCV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 84, arabicis litteris et sermone nitidissime conscriptus, quo continetur.

Evangelium S. Iohannis apostoli et evangelistae. Is codex, olim collegii Maronitarum, uti et praecedens, ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 70, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

1. Apocalypsis S. Iohannis evangelistae, pag. 3. a terg. 2. Canticum Moysis prophetae, pag. 49. a terg. 3. Visio Danielis prophetae, pag. 51. a terg. 4. Precatio Azariae et Misaëlis, pag. 54. a terg. 5. Canticum trium puerorum, pag. 56. a terg. 6. Historia Susannae virginis, pag. 60. a terg. 7. Lectio dicenda in nocturno sabbathi post evangelium, pag. 66. a terg. 8. Lectio dicenda die paschatis post evangelium, pag. 67. a terg. 9. Psalmus 151. extra numerum, pag. 69. Is codex exaratus fuit mense barmude, anno martyrum 1051. (Christi 1335.) ut in calce adnotatur.

CCCCVII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 49, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Nonnullae Turcarum fabulosae narrationes de Deo, Adamo, et angelis: item agitur de paenitentia, de indulgentia, de praeparatione ad orationem; nec non variae preces per singulos hebdomadae dies distributae; varii ritus et paraeneses. Accedunt in fine diversa manu nonnullae futiles asceticae expositiones iuxta Turcarum opinionem. Is codex exaratus fuit manu Ahmed ben-Alsciak Abd-Alrohman Alchaluati, ut pag. 2. legitur: et quidem absolutus anno hegirae 967. (Christi 1559) ut pag. 45. adnotatur.

CCCCVIII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 236, arabica lingua et litteris nitidissime conscriptus; quo continetur.

Amplissima collectio sententiarum, adagiorum, et variorum tractatuum; ex celebrioribus atque clarioribus viris Persis, Turcis, Arabibus, et Graecis, ad mores hominum cuiuscumque gradus et conditionis rite componendos spectantium. Hunc codicem Ausciahnegius rex filiis, suisque successoribus regibus testamento legavit; eumque e prisca lingua in persicam vertit quidam Changiur ben-Asphendiar; arabicum vero fecit Alhasenus ben-Sciahel Achndi, perfecitque Achmed ben-Maskuiah linguarum persicae, arabicae,

indicae, ac graecae cognitione praestantissimus. Is rarissimus ac pulcherrimus codex, olim collegii Maronitarum, exaratus fuit manu cuiusdam Nasrallae ben-Machmud die 11. mensis moharrami, anno hegirae 741. (Christi 1340.) ut pag. 225. a terg. adnotatur. Recentiore manu additur in fine epistola Aristotelis *de regimine* ad Alexandrum magnum arabice nitidissime conscripta manu cuiusdam Negemaldar ben-Abdallah al-Kaladib babylonii, feria quarta, die 15. mensis sceuval, anno hegirae 928. (Christi 1521.) ut in epigraphe in calce paginae 236. posita adnotatur.

CCCCIX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 398, arabica lingua et litteris nitide exaratus; quo continentur.

Acta et canones sanctorum apostolorum post ascensionem domini nostri Iesu Christi, iuxta Clementis relationem, pag. 21. Acta et canones concilii ancyrani duodecim episcorum, pag. 71. Acta et canones concilii neocaesareensis quinquaginta episcoporum, pag. 80. Acta et canones concilii gangrensis quindecim episcoporum, pag. 85. Acta et canones concilii sardicensis 140. episcoporum, pag. 98. Acta et canones concilii antiocheni in Syria tredecim episcoporum, pag. 107. Acta et canones concilii laodiceni 29. episcoporum, pag. 117. Haec sunt concilia minora. Sequuntur maiora: nempe acta et canones concilii nicaeni 318. episcoporum, pag. 131. Acta et canones concilii constantinopolitani 150. episcoporum, pag. 209. a terg. Acta et canones concilii ephesini 200. episcoporum, pag. 215. a terg. Acta et canones concilii chalcedonensis 630. episcoporum, pag. 219. a terg. Acta et canones concilii constantinopolitani 164. episcoporum, pag. 234. a terg. Acta et canones concilii constantinopolitani 289. episcoporum, pag. 236. In his conciliis damnati fuerunt Simon magus, Arius, Macedonius, Apollinaris, Nestorius, Eutyches, Dioscorus, Severus, Constantinus pogonatus, Origenes, Sergius, Cyrus, Paulus samosatenus, et alii. Professio fidei emittenda die iovis hebdomadae maioris in consecratione chrismatis, pag. 287. a terg. Recensentur nomina 72. discipulorum Domini, pag. 289. a terg. Collectio variorum canonum ex variis conciliis et imperatorum sanctionibus desumptorum, a pag. 290. ad pag. 394. S. Epiphanii canones et decreta, pag. 394. S. Basilii canones, pag. 396. Professio fidei exarata a S. Hierotheo, pag. 387. Is codex, principio et fine mutilus, scriptus fuit manu cuiusdam Salem-ben-Saleh nazaraei, ut pagg. 67. et 209. adnotatur; ad saeculum vero XV. revocandus videtur.

CCCCX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 263, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continentur.

Expositiones in quatuor evangelia ss. patrum Iohannis chrysostomi, Severi patriarchae, Cyrilli alexandrini, Gregorii magni, Epiphanii Cypri episcopi, Eusebii, Athanasii, Simeonis, Basilii, Titi, Clementis, Didymi, et Isaiae eremitae. Expositiones in evangelium Matthaei, pag. 2. In evangelium Marci, pag. 111. a terg. In evangelium Lucae, pag. 141. a terg. In evangelium Iohannis, pag. 219. a terg. Is codex scriptus manu cuiusdam diaconi Mansur filii Iohannis, ut paginis 112. et 141. a terg. adnotatur, ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCXI.

Codex in 8. chartac. foliorum 154, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Opus asceticum, cui titulus *directio peccatorum*, ex italico in arabicum sermonem versum. Auctor operis Ludovicus de Granata. Is codex exaratus est anno Christi 1679, ut in calce legitur.

CCCCXII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 163, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Tractatus asceticus in XXXV. capita distributus; duo tamen priora capita desiderantur. Is codex conscriptus fuit a quodam *Theodoro alexandrino* in monte Libano ad usum et utilitatem filii sui *Far-Allah* cognomento *Garbal*, anno martyrum 1019, hegirae 702. (Christi 1302.) ut in calce pag. 163. adnotatur.

CCCCXIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 89, arabicis litteris et sermone nitida manu conscriptus; quo continentur.

Psalmi Davidis prophetae. Is codex ad XVII. Christi saeculum referendus est.

CCCCXIV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 226, arabicis litteris et sermone nitido exaratus; quo continentur.

Vita et miracula sanctorum ordinis S. Francisci assisiensis. Praeit locupletissimus index sanctorum, de quorum vita agitur. Is codex, collegii olim Maronitarum, ex italico in arabicum sermonem versus fuit a P. Michaële Zammit minoris observantiae Alepi guardiano, anno Domini 1686, ut pag. 5. adnotatur.

CCCCXV.

Codex in 4. chartac. foliorum 76, carsciunice conscriptus; quo continentur.

Praecipua christianae fidei documenta, et optimae doctrinae ex sacra scriptura, ss. patribus, et gravioribus auctoribus, nec non ex variis argumentis, desumptae et comprobatae. Is codex compositus est per modum dialogi inter magistrum et discipulum, ad captum populi, auctore clarissimo viro D. Isaacio Sciadrensi sidoniensi archiepiscopo, collegii Maronitarum olim alumno, cui ab eodem dono datus est. Conscriptus vero fuit manu cuiusdam Fargiallah diaconi anno Christi 1650, ut in calce pag. 152. adnotatur.

CCCCXVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 315, arabicis litteris et sermone nitidissima manu conscriptus; quo continetur.

Pag. 3. a terg. Mahometis Abu-Abdallah ben-Abi-Zaid Alkiruani sermo de excellentia alcorani, eiusque auctoris; ubi et de attributis Dei, de ablutione partium corporis, de modo orandi, de genuflexione, et de ieiunio etc. Pag. 25. a terg. agitur de venatione, circumcisione, et de interdictione nonnullarum rerum, quae cibum et potum respiciunt etc. Pag. 27. a terg. agitur de fide et votis. Sequuntur alia capita, quae ritus et varias Turcarum leges exponunt, figmentis et mendaciis ut plurimum referta. Pag. 52. a terg. habetur haec epigraphe. *Explicit exemplar huius epistolae, feria tertia, die 19. mensis regebi, anno hegirae* 1118. (Christi 1706.) *manu humilis Mohammed ben-Abd-Alcharim, quod Melitae scripsit.* Sequuntur deinde nonnulla adagia carmine expressa. Pag. 54. a terg. sequuntur aliae Turcarum caerimoniae et leges, partim soluta partim ligata oratione. Pag. 79. agitur de fide, et professione Mahometanorum. Pag. 83. a terg. Sceik Alamami tractatus de iudicio intellectuali. Pag. 85. Abi-Abdallah Mohammed ben-Ioseph Alhasiui Alsnusi

tractatus de eodem argomento. Pag. 88. Sceik Alaskadi Iehiae cartabensis carmina. Pag. 103. varia secreta medica, variaque commenta ineptiis referta, fine mutila, diversa tamen manu scripta, carmine exponuntur. Pag. 110. a terg. Nonnullae sententiae et dicta carmine expressa referuntur. Pag. 112. Liber cognitionis religiosae sectae Mahometanorum, revelatae pseudo-prophetae Mahometo; opus Abi-al-Fadl-Abd ben-Musa, quod in quinque partes dividitur. Scilicet 1. non est Deus nisi Deus. 2. Mahometes est Dei servus et apostolus. 3. Constitutio orationis et purificationis. 4. Ieiunium mense ramadhano. 5. Deuiqne peregrinatio ad domum Dei, scilicet Meccam. Haec autem omnia absurdis fabulis referta prolixe explicat declaratque auctor tam soluta quam ligata oratione. Pag. 168. a terg. dialogus inter Ali ben-Abi-Thaleb et archangelum Gabrielem circa veritatem mahometicae religionis, ubi varia item risu digna narrantur. Pag. 173. collocutio fictitia Iesu filii Mariae cum tutore de invocatione nominis Dei, ridicula et mendaciis referta. Pag. 178. a terg. Sequuntur varia miscellanea carminibus exposita. Pag. 220. diversa manu habetur tractatus de mensibus, iuxta consuetudinem Latinorum, Syrorum, Persarum, et Coptitarum. Pag. 226. agitur de Arabum mensibus, et varia metrica miscellanea eadem manu inseruntur. Pag. 242. agitur de excellentia mensis ramadhani. Sequuntur deinde varii sermones ineptiis et superstitionibus referti. Pag. 308. a terg. habetur ascetica meditatio de examine conscientiae, nitidissime conscripta, sed fine mutila. Hic codex ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCXVII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 246, arabicis litteris, et sermone nitidissime exaratus; quo continetur.

Amplissima expositio grammaticae arabicae, quae *kaphia* nuncupatur, auctore *Sceik ben-Alhageb othomano*. Is codex scriptus est manu Mohammed ben-Ahmed ben-Mohammed ben-Iusef ben-Mohammed, vulgo dicti Alnarnani, anno hegirae 963. (Christi 1556.) ut in epigraphe ad calcem posita adnotatur.

CCCCXVIII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 187, arabicis litteris et sermone conscriptus, quo continetur.

Opus inscriptum *gemmae maris*, in quo ritus ac leges Mahometanorum prolixe exponuntur, auctore *Sceik Alemam Gemaleddino*. Is codex, colle-

gii olim Maronitarum, exaratus fuit anno hegirae 739. (Christi 1338.) ut in calce legitur.

CCCCXIX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 118, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Commentarius in grammaticam sublimem arabicam, quam Ahmed ben-Ali ben-Mashud composuit, cum titulo *requies spirituum*; iuxta methodum Zengiani. Is codex exaratus fuit anno hegirae 857. (Christi 1453.) ut in epigraphe ad marginem paginae 116. adnotatur.

CCCCXX.

Codex in 8. bombyc. arabicis litteris et sermone nitidissima manu conscriptus, aureis lineis circum ornatus, et capitum titulis auro minioque fucatis elegantissime elaboratus; quo continentur.

Mahometanorum preces per singulos hebdomadae dies distributae. In his omnia Dei attributa enumerantur; preces autem ex alcorano ut plurimum desumptae innumeris superstitionibus redolentes exhibentur. Is codex variis foliis mutilus, et nescio qua manu passim laceratus, ad XVI. Christi saeculum haud immerito referendus videtur.

CCCCXXI.

Codex in 8. chartac. foliorum 166; quo continetur.

Lexicon verborum arabicorum in duo latercula distributum, quarum primum continet arabica verba; alterum, versionem latinam. Is codex anonymus saeculo Christi XVIII. descriptus videtur, pertinuitque olim ad conventum et bibliothecam S. Bonaventurae Tusculi.

CCCCXXII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 77, arabicis litteris et sermone nitide conscriptus; quo continetur.

Poëma magni apud Arabes nominis, cuius titulus *bordah*, auctore Kahb ben-Zahia, qui tempore Mahometis floruit. Hoc poëma ipse pseudo-propheta ediscendum suis commendare solebat, et *lamiat Alharab* appellabat, quia in *lam* litteram omnes versus desinunt. In singula carmina commentarius est Ebn-

Hisham grammatici eximii. Is codex exaratus fuit anno hegirae 988. (Christi 1580.) ut in calce legitur.

CCCCXXIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 186, arabicis litteris et sermone nitidissime conscriptus; quo continetur.

Pars secunda et posterior botanices, ordine alphabetico disposita, quae incipit a littera *ze*, pertingitque usque ad litteram *ie*; in quo opere virtutes arborum, fructuum, herbarum, et florum enucleantur; deque simplicibus et compositis fuse agitur; ibidemque adnotationes marginales arabicae et aliquando graecae ac latinae occurrunt; auctore Iehia ben-Isa, ben-Gezla, mahometano celeberrimo. Is codex absolutus fuit die 5. mensis rabii posterioris, anno hegirae 855. (Christi 1451.) ut in epigraphe ad calcem posita adnotatur.

CCCCXXIV.

Codex in 12. chartae. foliorum 200, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Opusculum ven. Thomae a Kempis *de imitatione Christi*, e latina in arabicam linguam versum a P. Caelestino carmelita excalceato, ut in fronte legitur. Is codex ad XVII. Christi saeculum referendus est.

CCCCXXV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 190, arabica lingua syriacis vero litteris conscriptus; quo continentur.

Tractatus varii auctore Barklaio maronita, scilicet tractatus contra negantes duas in Christo naturas, a pag. 1. ad paginam 12. Explicatio symboli nicaeni, pag. 12. De symbolo fidei Christianorum, pag. 16. De duodecim fidei articulis, pag. 18. De incarnatione Verbi, pag. 19. De salutatione Gabrielis archangeli, pag. 19. De responsione virginis ad archangelum, pag. 20. De sanctificatione matris, pag. 20. De conceptione, pag. 21. De causa incarnationis, pag. 22. De qualitate incarnationis, pag. 24. De unione naturae assumptae, pag. 25. De utilitate incarnationis, pag. 27. De prodigiis incarnationis, pag. 28. a terg. De nativitate Domini, pag. 30. De circumcisione Domini, pag. 31. a terg. De baptismo Christi, pag. 32. a terg. De perfectione Christi, pag. 33. a terg. De sapientia Christi, pag. 35. De meritis Christi, pag. 36. De voluntatibus Christi, pag. 36. a terg. Deus Christus non solum humanam naturam assumpsit sed etiam qualitates naturales, pag. 37. a terg. De passione Christi,

pag. 38. De operibus Christi in passione, pag. 39. De crucifixione Christi, pag. 40. a terg. De descensu Christi ad inferos, pag. 41. De resurrectione Christi, pag. 42. De ascensione Christi, pag. 43. De sede filii ad dexteram patris, pag. 44. a terg. De praeceptis veteris ac novae legis, pag. 45. De baptismo, pag. 50. De corpore et sanguine Christi, pag. 53. De verbis consecrationis, ibid. De merito sacramentorum, pag. 55. De operibus corporis Christi, pag. 56. a terg. De modo recipiendi corpus Christi, pag. 57. a terg. De iis qui abstinent ab eucharistia, pag. 58. De missae sacrificio, pag. 59. De negligentiis, quae fiunt in missa, pag. 59. a terg. De paenitentia, pag. 60. De proposito in paenitentia, pag. 61. De utilitate paenitentiae, pag. 61. a terg. De partibus paenitentiae, pag. 61. a terg. De contritione, pag. 62. De confessione, pag. 62. De qualitate confessionis, pag. 63. Cuinam conveniat confessio, ibid. De sigillo confessionis, pag. 63. a terg. De extrema unctione, pag. 63. a terg. De quinque ordinationibus, pag. 64. a terg. De matrimonio, pag. 67. De septem ecclesiae oblationibus, pag. 69. Missam esse memoriam passionis Christi, pag. 71. De partibus missae, pag. 71. a terg. De sacerdote celebrante cum peccato mortali, pag. 73. De baptismo, eiusque materia et forma, pag. 74. a terg. De chrismate, pag. 78. De matrimonio eiusque forma, pag. 80. De cognatione spirituali, pag. 83. De impedimentis matrimonii, pag. 84. De ordine, pag. 85. a terg. De paenitentia, pag. 86. a terg. De extrema unctione, ibid. De impedimentis matrimonii ob adfinitatem, pag. 88. De ordine sacro, pag. 91. De gradibus ordinis, pag. 97. a terg. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCXXVI.

Codex in 8. bombyc. fol. 68, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Commentarii grammaticales Elmeragii ad declarationem alcorani necessarii, subtiliter pertractati cum notis marginalibus. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCXXVII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 63, arabicis litteris et sermone nitidissime conscriptus; quo continetur.

Tractatus cui titulus *clavis scientiarum*, quo nomina, verba, et aliae difficiliores dictiones arabicae ad alcorani intelligentiam enucleantur; auctore *Abu-Iakub Joseph Assekaki* viro apud Mahometanos celeberrimo. Is codex scriptus est manu Ali-Addin anno hegirae 980. (Christi 1572.) ut in calce adnotatur.

CCCCXXVIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 80, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continetur.

Tractatus grammaticus, seu animadversiones in grammaticam arabicam subtiliter pertractatae, auctore al-Zengiani apud Mahometanos clarissimae famae homine. Is codex absolutus fuit manu cuiusdam Ismaëlis die 18. mensis rabii prioris, anno hegirae 964. (Christi 1556.) ut in margine ad calcem adnotatur.

CCCCXXIX.

Codex in 12. bombyc. foliorum 170, arabicis litteris et sermone nitidissime conscriptus; quo continentur.

Liturgia baptismi, pag. 1. a terg. Cathechesis christiana, pag. 2. a terg. Monita ad confessionem rite peragendam, ut peccatorum absolutio digne impetretur, pag. 71. a terg. Nonnulla monita ad eos qui confessiones audiunt, pag. 74. a terg. De examine conscientiae circa cogitationes, verba, et opera, pag. 79. et sequentibus. Interrogationes a sacerdote paenitenti faciendae circa symbolum apostolorum, pag. 86. Interrogationes circa praecepta decalogi, pag. 87. a terg. Interrogationes de blasphemia, pag. 88. a terg. Interrogationes de observantia votorum, ibid. De variis peccatis mortalibus, pag. 95. a terg. De aliis peccatis capitalibus, pag. 97. De fornicatione, pag. 98. a terg. De auditu, pag. 98. a terg. De olfactu, pag. 99. De tactu, pag. 99. a terg. De gustu, pag. 99. a terg. De ira, pag. 100. De incontinentia, pag. 101. De invidia, pag. 101. a terg. De pigritia, pag. 102. a terg. De nonnullis casibus reservatis, pag. 103. a terg. Nonnulla monita peccatori facienda, pag. 108. Actus contritionis, pag. 112. De ordine sacerdotali, et quaenam necessaria, ut sacerdos digne ordinetur, pag. 112. Quod sacerdotes praestant ceteris hominibus, quoniam sunt angeli in terra, pag. 113. a terg. Quod sacerdotes sunt amici Dei, pag. 114. a terg. Quod sacerdotes sunt dii, pag. 115. a terg. De obsequio sacerdotibus praestando, pag. 117. De mirabili unione sacerdotis cum Christo in sacramento eucharistiae, pag. 119. a terg. De severitate examinis, quod sacerdotes subituri sunt in die iudicii, pag. 120. a terg. Confirmantur superius dicta, pag. 121. a terg. Quanta sanctitate sacerdotes praediti esse debeant, pag. 122. a terg. Confirmantur superius dicta. Pag. 123. De poenis quas Deus peccatis sacerdotum impositurus est, pag. 124. Confirmantur superius dicta, pag. 125. De severo examine peccatorum sacerdotum, et de acerbitate poenarum his infligendarum, pag. 126. Confirmantur superius dicta, pag. 128.

Quod sacerdotes populum exemplo operibusque bonis informare ad virtutem debent, pag. 130. Qua sapientia ornati esse debeant sacerdotes, pag. 130. a terg. De puritate sacerdotum, pag. 134. a terg. Formula absolutionis a sacerdote paenitentibus impertiendae, pag. 135. a terg. De praeparatione ante sacram synaxim curanda, pag. 136. Cathechesis ad eos qui ad s. synaxim accedere optant, pag. 139. Oratio s. synaxi praemittenda, pag. 143. a terg. Precatio post s. synaxim, pag. 144. a terg. Symbolum fidei S. Athanasii, pag. 147. Hymnus ss. Ambrosii, et Augustini, pag. 149. a terg. Litaniae B. Mariae virginis, pag. 150. a terg. Litaniae sanctorum, pag. 153. a terg. Precatio S. Augustini, pag. 160. a terg. Precatio recitanda tempore pestis, pag. 161. Praeparatio ad missam a sacerdotibus recitanda, pag. 161. a terg. Precatio ad B. Virginem ante missam, pag. 163. a terg. Precatio ad sanctum virum, cuius festum celebratur, pag. 164. Precationes post missam, pag. 164. a terg. et seqq. Formula professionis fidei ab orientalibus emittenda, pag. 167. a terg. Is codex exaratus fuit in Aegypto die 24. mensis octobris, anno Domini 1711. manu humilis presbyteri Nahame ben-Chorsan, ut in epigraphe ad calcem posita adnotatur.

CCCCXXX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 145, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Institutiones arabicae linguae, cum adnotationibus interlinearibus. Id opus compositum fuit a Sceik Alamami Ali ben-Mohammed al-Hariri grammatico celeberrimo, uti in fronte legitur; transcriptus autem anno hegirae 852. (Christi 1448.) ut in epigraphe pag. 143. a terg. adnotatur.

CCCCXXXI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 221, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Vitae, gesta, ac miracula nonnullorum sanctorum, quorum nomina recensentur, pag. 4. a terg. Is codex fine mutilus, olim collegii Maronitarum, ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCXXXII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 69, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Martyrologium bevissimum Coptitarum; verum inter sanctos nonnulli hae-

retici adnumerantur. Is codex a Simone Assemano, Tripoleos in Syria archiepiscopo, collegio Maronitarum cuius fuerat alumnus dono relictus, ad XV. Christi saeculum referendus est.

CCCCXXXIII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 108, arabicis litteris et sermone nitide conscriptus; quo continentur

Epistolae B. Pauli apostoli; acta apostolorum, et epistolae canonicae. Is codex principio et fine mutilus; olim collegii Maronitarum, ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCXXXIV.

Codex in fol. bombyc. foliorum 218, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continentur.

Pag. 1. a terg. Confessio sanctorum Patrum; et sententia ecclesiae doctorum de Christi incarnatione ex Maria virgine in sua divinitate et humanitate, et de duabus Christi naturis. Pag. 71. a terg. Nestorii haeresis auctoritate SS. Patrum confutatur. Pag. 85. a terg. SS. Patrum confessio circa duas Christi operationes, divinam scilicet et humanam. Pag. 101. a terg. SS. Patrum confessio, quod Christi humanitas sit creata; et divinitas creatrix. Pag. 116. a terg. SS. Patrum testimonia, quod divina Christi natura cum humana sit coniuncta. Pag. 136. a terg. SS. Patrum sententia circa personam filii, quod scilicet Verbum divinum aliquando natura vocatum sit, et quod haec natura non ad tres personas in genere pertineat, sed sit in specie peculiaria filio Verbo divino. Pag. 147. a terg. SS. Patrum sententia, quod unio duarum naturarum, divinae scilicet et humanae, fuit in persona divina. Pag. 167. a terg. SS. Patrum sententia, quod unio duarum naturarum, divinae scilicet et humanae fuit simul permanens in uno Christo. Pag. 187. Brevis collectio sententiarum SS. Patrum, et aliorum virorum illustrium sanctitate et doctrina praestantissimorum. Pag. 209. Dicta SS. Patrum, et confessio quod spiritus sanctus procedit a patre et filio. Pag. 211. a terg. SS. Patrum sententia, quod trisagium peculiariter pertinet ad tres personas sanctas patrem et filium et spiritum sanctum. Pag. 213. a terg. Canones sanctorum 318. Patrum Nicaeae congregatorum. Pag. 214. a terg. Professio fidei S. Athanasii Alexandriae patriarchae. Is codex, collegii olim Maronitarum, XVI. Christi saeculo videtur exaratus.

CCCCXXXV.

Codex in fol. bombyc. foliorum 10, arabicis litteris et sermone nitide conscriptus; quo continentur.

Concilii nicaeni LXXXIV, canones. Is codex, olim collegii Maronitarum, XVI. Christi saeculo videtur conscriptus. Idem citatur a Fausto Naironi in suo opere inscripto *evoplia fidei*.

CCCCXXXVI.

Codex in fol. bombyc. foliorum 228, arabicis litteris et sermone eleganter conscriptus; quo continetur.

S. Iohannis damasceni dialectica in tres partes divisa. Parte I. continentur sex adfirmationes; videlicet I. de expositione fidei, eiusque explicatione. II. Confutatio Nestorianorum. III. De iconibus. IV. De theologia, et de Christi nativitate. V. Responsio ad Iacobitarum commenta. VI. Denique epistola S. Iohannis damasceni ad episcopum Cosimum eius socium. Pars II. pag. 56. complectitur S. Iohannis damasceni trecentas theologicas propositiones. Is codex, olim collegii Maronitarum, conscriptus fuit manu humilis presbyteri Davidis Bezii anno mundi 7089, ut in epigraphe ad calcem posita adnotatur (scilicet anno Christi 1583.)

CCCCXXXVII.

Codex in 8. chartac. foliorum 90, carsciunice conscriptus, hoc est arabica lingua, litteris tamen syriacis expositus; quo continentur.

Variae asceticae meditationes. Subnectuntur in fine variae preces ad Deiparam, aliosque sanctos. Is codex absolutus fuit manu humilis diaconi Iohannis cyprii, anno Domini 1711. Romae, ut in calce adnotatur.

CCCCXXXVIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 63, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Arabicae linguae elegantioris sermonis *grammatica*, auctore *Mahomete ben-Alkarim ben-Mahometis Almedlani*. Is codex ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCXXXIX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 112, arabicis litteris et sermone nitide exaratus; quo continentur.

1. Etymologiae verborum arabicorum. 2. Paradigma primae coniugationis verbi perfecti, cum explicatione modorum, numerorum, et personarum, quae omnia turcice sunt exposita. 3. Brevis explicatio 35. coniugatioonm arabicarum. 4. Ampla etymologiarum declaratio sub nomine *Zengiani*, et *requiei spirituum*. 5. Explicatio coniugationum et declinationum omnium verborum, et nominum sub nomine *tasrif*. 6. Denique omnium generum et verborum explicatio methodica et brevis sub nomine *Mashud*. Is codex exaratus fuit anno hegirae 991. (Christi 1583.) ut pag. 72. a terg. exponitur.

CCCCXL.

Codex in 8. chartac. foliorum 64, arabicis litteris et sermone conscriptus; qno continetur.

Divi Thomae aquinatis *summa aurea* adversus haereticorum errores. Is codex ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCXLI.

Codex in 8. chartac. foliorum 160; quo continetur.

Lexicon italo-arabicum, sed imperfectum. Is codex exaratus videtur saeculo Christi XVII.

CCCCXLII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 217, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentnr.

Varii tractatus; scilicet de purificatione, de oratione, de puritate, de ieiunio, de emptione et venditione, de pignore, cum variis dictis moralibus et superstitionibus sectae mahometanae: qui tractatus in LXIV. libros distribuuntur, quorum indicem prima pagina exhibet. Initium paginae 1. a terg. *liber purificationis*. Is codex exaratus fuit anno hegirae 985. (Christi 1577.) manu cuiusdam Hasin ben-Ali, ut in epigraphe ad calcem posita adnotatur.

CCCCXLIII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 184, arabicis litteris et sermone niti-

dissima manu conscriptus, quo continetur.

Opus inscriptum *liber horti solitarii, et consolationis monachi.* Duodecim habet capita. Praeit pag. 1. a terg. praefatio, cum indice capitum. Caput I. De creatione hominis, quem ad finem creatus sit, pag. 7. Caput II. De fide in unum Deum aeternum, sempiternum, pag. 18. Caput III. De timore Dei, pag. 40. a terg. Caput IV. De oratione sine intermissione, pag. 49. a terg. Cap. V. De religiositate, ieiuniis, et silentio, pag. 60. a terg. Cap. VI. De egregia patientia, et multa tolerantia, pag. 70. Cap. VIII. De continentia et castitate, et de adulteriorum ac fornicationis execratione, pag. 94. a terg. Cap. IX. De humilitate, obedientia, et fuga superbiae, pag. 103. a terg. Cap. X. Inimicis parcendum esse, nec mala malis retribuenda, pag. 114. Cap. XI. De continentia, et rerum humanarum contemptu, pag. 125. Cap. XII. Legem iustitiae atque aequitatis amplectendam esse, et laudabiles mores sequendos, pag. 135. Is codex, olim collegii Maronitarum, scriptus fuit manu cuiusdam presbyteri melchitae apamensis, et absolutus die 5. mensis martii, feria secunda, anno mundi 7154. (Christi 1646.) ut in epigraphe ad calcem posita adnotatur.

CCCCXLIV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 216, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continentur.

Turcarum opiniones plerumque ridiculae, ac narrationes fabulosae; scilicet pag. 2. de creatione aquarum. Ibid. De creatione ventorum. Ibid. a terg. Serpentis creatio, eiusque ridicula figura. Ibid. De creatione terrae et marium. Pag. 3. a terg. Creatio caelorum, solis et lunae, et nomina angelorum. Pag. 4. Gabrielis descriptio. Ibid. a terg. Seraphielis descriptio. Pag. 5. Mortis descriptio. Ibid. Creatio solis et lunae. Item de horto, et igne. Ibid. a terg. Gehennae descriptio. Pag. 6. De diabolis. Pag. 7. De Adamo. Pag. 8. De animatione Adami. Ibid. a terg. Quod angeli adorabant Adamum. Pag. 9. In Adamo linguarum multitudo. Ibid. Adami alloquutio. Pag. 10. De creatione Evae. Ibid. a terg. Adami fides. Pag. 11. a terg. Ingressus diaboli et serpentis in hortum. Pag. 13. a terg. Egressus Adami ex horto. Pag. 14. Evae sermo. Ibid. a terg. Historia angelorum Harut et Marut. Pag. 15. a terg. Interrogatio Adami. Pag. 16. Interrogatio Evae. Ibid. a terg. Ridicula narratio de aquila et pisce. Pag. 17. a terg. Paenitentia Adami. Pag. 18. a terg. Ablatio testamenti ab Adamo, et Mahometis laus. Pag. 21. a terg. Mysticum alphabetum Turcarum, quod Adamo datum est, ut erudiret suum filium Seth et exteros. Pag. 22. a terg. Historia Habil et Chabil (Abel et Cain.) Pag. 23. Chabil interfecit Habil. Item de mor-

te Adami. Pag. 24. Praeceptum Adami. Ibid. a terg. De morte diaboli. Pag. 25. a terg. Obitus Evae. Pag. 26. a terg. De Adris, qui prae se fert figuram Seth, cum nonnullis superstitionibus. Pag. 27. a terg. De Noë. Pag. 28. Missio Noë. Pag. 30. Historia arcae Noë. Ibid. a terg. De diluvio. Pag. 32. a terg. Imprecatio Noë contra filium Cham, et dialogus Noë cum diabolo, eiusque praeceptum datum filio Seth. Pag. 33. a terg. De Cham, Iaphet, et Sem. Ibid. a terg. De Hud propheta. Pag. 40. De Saleh propheta. Ibid. a terg. De idolis. Pag. 41. Saleh prophetae nativitas. Pag. 42. a terg. Missio Saleh prophetae. Pag. 43. a terg. De miraculis Saleh. Pag. 45. a terg. Egressus Nachae mulieris. Pag. 46. Mirabilia Saleh prophetae in egressu Nachae. Pag. 49. a terg. De lacu foetido. Pag. 56. a terg. Astrologia Abrahami. Pag. 64. a terg. De proiectione Abrahami in ignem. Pag. 65. a terg. De ascensione Nemrod in caelum. Pag. 66. a terg. De fuga Abrahami. Pag. 68. a terg. De Loth propheta. Pag. 69. a terg. De Gabriele, Michaële, Seraphiele, et Dardaiele. Pag. 70. a terg. Narratio de Abrahamo. Pag. 72. De Isaac filio Abrahami. Pag. 74. De morte Abrahami. Ibid. a terg. De filiis Abrahami. Pag. 75. a terg. De missione Iacobi in terram Chanaan. Pag. 76. a terg. Historia Iosephi. Pag. 100. a terg. Ingressus Iacobi ad Ioseph. Pag. 101. a terg. De obitu Iacobi. Pag. 102. a terg. De obitu Iosephi. Pag. 103. De Iob. Pag. 106. Gabrielis, et Michaëlis colloquium. Pag. 110. a terg. De Caphila propheta. Pag. 111. a terg. De Sciahib propheta. Pag. 112. a terg. De missione Sciahib prophetae. Pag. 115. De imperio Pharaonis, et historia Pharaonum. Pag. 117. De prodigiis, quae vidit Pharao ante ortum Moysis. Pag. 118. De nuptiis Pharaonis. Pag. 120. De nativitate Moysis. Pag. 122. Mirabilia Moysis. Pag. 125. a terg. De lupo et Moyse. Pag. 126. Egressus Moysis e terra Madian. Ibid. a terg. De Abrahamo, Ismaële, Iacobo, Iosepho, et Mahomete. Pag. 128. Historia Aaronis. Pag. 130. De virga Moysis. Pag. 131. De magis Pharaonis. Pag. 132. De diluvio, et de novem prodigiis. Pag. 133. Historia Nasatae, et quomodo eam interfecit Pharao. Ibid. a terg. De occisione Asiae. Pag. 134. De malis, quae provenerunt ex defectu inundationis Nili. Pag. 135. De quadam visione. Ibid. a terg. De Samri et Aaron. Pag. 142. De Hah filio Hanach. Pag. 144. De Moyse et Chottar. Pag. 146. Fabula ridicula de vacca. Pag. 146. Moyses cum diabolo. Ibid. a terg. De obitu Moysis. Pag. 149. a terg. De Iosue ben-Nun. Pag. 150. De nativitate Eliae. Pag. 153. a terg. De Samuele propheta, de Davide, et de Thalut et Gialut. Pag. 156. David quomodo interfecerit Gialut. Pag. 156. De Iona. Pag. 157. De Davide. Pag. 161. a terg. De nativitate Salomonis filii David. Pag. 162. De interitu Absalon filii David. Ibid a terg. De columba Salomonis. Item de vacca, et tauro. Pag. 166. De obitu Davidis. Ibid. a terg. de serpente Salomonis. Pag. 167. De aquila Salomonis, de corvo, de upupa, et de

gallo. Pag. 168. De anulo Salomonis. Pag. 169. De coquina Salomonis. Pag. 170. De aedificatione sanctuarii. Pag. 173. De valle formicarum. Pag. 175. De aquila. Pag. 176. a terg. De urbe Salcha, et de Balchis, et Salomone. Pag. 178. De nativitate Balchis. Pag. 179. a terg. De coniugio Salomonis cum regina Balchis. Pag. 182. a terg. De valle spirituum. Pag. 183. De palatio Balchis. Ibidem a terg. De corvo Salomonis. Pag. 185. Fabula de homine captivo in Indiis eodem prorsus tempore, quo Damasci morabatur. Ibid. a terg. Fabula de rege Naubera, eiusque filia. Pag. 186. De anulo magno Salomonis. Pag. 187 De figura serpentis et daemonum. Pag. 188. a terg. De obitu Balchis. Item de civitate magna. Pag. 189. De civitate quae est in oriente. Pag. 190. De obitu Salomonis. Pag. 192. a terg. De Isaia, et Sennacherib. Pag. 194. De Iona. Pag. 196. Iterum de Isaia Pag. 200. a terg. De Zaccharia, Iehia, et de Christo. Pag. 201. De nativitate Mariae. Pag. 204. Maria peperit Iesum. Pag. 205. De Iesu, de iudice, et de occisione servi. Pag. 206. De Iesu cum fullone. Item de Iesu cum caecis et claudis. Pag. 107. De apostolis. Item de Iona apostolo. Ibid a terg. De duabus vetulis et filiis Israël. Pag. 209. De miraculis post descensionem Iesu. Pag. 210. De constantinopolitana urbe. Pag. 211. De Bagog. et Magog etc. Is codex, olim collegii Maronitarum, scriptus fuit mense sceuval, anno hegirae 873. (Christi 1468.) ut pag. 216. adnotatur, manu cuiusdam Achmet ben-Abouter ben-Abd-Aluhab, ut in epigraphe ad calcem posita exponitur.

CCCCXLV.

Codex in fol. bombyc. foliorum 161, arabicis litteris et sermone nitidissima manu conscriptus; quo continentur.

Libri prophetarum maiorum et minorum; scilicet pag. 1. a terg. prophetia Isaiae prophetae, quae complectitur XXX. capita. Pag. 39. prophetia Hieremiae prophetae, complectens XXXVII. capita. Pag. 81. prophetia Ezechielis prophetae, complectens XXVIII. capita. Pag. 115. a terg. prophetia Danielis prophetae, complectens XII. visiones. Pag. 132. prophetia Oseae prophetae, continens V. capita. Pag. 136. a terg. prophetia Amos prophetae, complectens IV. capita. Pag. 140. a terg. prophetia Micheae prophetae, complectens III. capita. Pag. 143. a terg. prophetia Ioielis prophetae, complectens II. capita Pag. 143 a terg. prophetia Abdiae prophetae, complectens I. caput. Pag. 146. a terg. prophetia Ionae prophetae, complectens II. capita. Pag. 148. prophetia Nahum prophetae, complectens I. caput. Pag. 149. prophetia Abacuch prophetae, continens II. capita cum cantico. Pag. 151. prophetia Sophoniae prophetae, complectens II. capita. Pag. 151. a terg. prophetia Aggaei prophetae, complectens II. capita. Pag. 154. prophetia Zaccharia prophetae, complectens

VI. capita. Pag. 160. prophetia Malachiae prophetae, complectens II. capita. In calce codicis habetur sequens adnotatio. *Explicit liber prophetiarum transcriptus ex codice originali manu Georgii ebn-Alkas scripto; qui narrat, versionem hanc arabicam factam fuisse a quodam presbytero alexandrino ex vetustissimo codice graeco in membranis scripto; ipsum autem exemplar arabicum e graeco versum extare ait in bibliotheca ecclesiae sanctae Mariae virginis oppidi Zoailae, ex quo hic codex transcriptus est a Fadl-Allah presbytero dictae ecclesiae, et etiam ecclesiae S. Barbarae in Aegypto.* Is codex ad XV. Christi saeculum referendus est.

CCCCXLVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 140, arabicis litteris et sermone nitidissima accuratissimaque manu exaratus; quo continetur.

Clarissimi et eruditissimi viri Alscemsi commentarius pervulgatissimus in subtilem logicam. Is codex conscriptus fuit manu sultani Mamzid ben-Has Ali Moscihadi anno hegirae 965. (Christi 1557.) ut in calce pag. 140. innuitur.

CCCCXLVII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 117, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Egregium opus poëticum nobilissimi et vetustissimi poëtae Abi-Mohammed Abd-Algebbar ben-Hamedis Alsacli. Is codex exaratus fuit manu Abrahami ben-Ali anno hegirae 607. (Christi 1210.) ut in calce adnotatur.

CCCCXLVIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 212, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Pag. 1. Ecclesiastes. Pag. 21. Cantica canticorum. Pag. 59. Liber sapientiae. Pag. 89. Proverbia Salomonis. Pag. 142. Liber Tobiae. Pag. 159. Liber Esther. Pag. 170. Expositio orationis dominicae, auctore S. Iohanne chrysostomo. Pag. 181. Liber Iudith. Is codex ad XVIII. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCXLIX.

Codex in fol. bombyc. foliorum 184, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continentur.

Pag. 1. Liber Iosue. Pag. 30. Liber iudicum. Pag. 57. Liber Ruth. Pag. 61. a terg. Liber regum I. Pag. 98. Liber regum II. Pag. 122. Liber regum III. Pga. 147. a terg. Liber regum IV, ubi historia Heliae. Deest caput. XXI. Pag. 160. Elisaei historia. Haec arabica versio non congruit cum vulgata latina, vel capitum divisione, vel ipso interdum textu. Quidam Georgius ad huius codicis recensionem diu incubuit, ut adnotatur in calce paginae 168. Is codex, principio et fine mutilus, ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCL.

Codex in 8. chartac. foliorum 175, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Psalmi Davidis regis et prophetae. Additur pag. 169. a terg. psalmus extra numerum Davidi tributus; sicut etiam pag. 1. habetur psalmus B. M. V. *magnificat* etc.; eademque pag. a terg. psalmus Zachariae *benedictus* etc. Pag. 170. a terg. exponuntur variae utilitates, quae ex recitatione singulorum psalmorum proveniunt. Is codex fine mutilus, ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCLI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 419, arabicis litteris et sermone elegantissima ac nitidissima manu conscriptus; quo continetur.

Historia totius vitae mortisque cognatorum Mahometis, nec non filiae eius Phatimae ac filiorum Ali ben-Abi Thaleb, nepotum et successorum, usque ad decimam generationem, per 250. annos a morte Mahometis. Opus cognoscendae temporum rationi utile. Is codex Babylone conscriptus fuit ex alio vetustissimo codice iussu et cura Georgii Strachani Scoti anno 1618, ut in epigraphe fronti praeposita adnotatur. In calce vero scriptoris nomen habetur, scilicet Abrahami ben-Hasan, annusque hegirae 1027. (Christi 1617.)

CCCCLII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 376. arabicis litteris et sermone exaratus; quo continentur.

Sanctorum patrum Severi patriarchae, Ausonii (1) caesariensis, Iohannis chrysostomi, Epiphanii, Cyrilli, Titi, Gregorii, Clementis, Basilii, Didymi, et Eusebii, commentarii in quatuor domini nostri Iesu Christi evangelia; nec non homiliae variis anni festis diebus recitandae. Pag. 369. a terg. accedit index lectio-

(1) Num pro *Euzoii*?

num, quae apud Coptitas per anni circulum recitari solent. In hoc codice a pag. 187, ad paginam 197. folia perverso ordine sunt compacta. Is codex, fine mutilus, exaratus fuit anno martyrum 931. manu cuiusdam Iohannis Besrob, ut in calce adnotatur.

CCCCLIII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 189, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Divi Iohannis chrysostomi et aliorum, expositio in quatuor Iesu Christi evangelia. Is codex, fine mutilus, olim collegii Maronitarum, XV. Christi saeculo exaratus videtur.

CCCCLIV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 256, arabicis litteris et sermone nitidissima manu conscriptus; quo continetur.

Rituale iuxta ritum Graecorum melchitarum. Pag. 196. a terg. diversa recentiore manu subiicitur ritus unctionis infirmorum, cum variis precibus; nec non testamentum animae infirmi ante quam ex hoc mundo decedat. Pag. 220. recentiore pariter manu exhibetur ritus induendi habitum confraternitatis B. Mariae de monte Carmelo, cum variis precibus. Is codex XVIII. Christi saeculo exaratus videtur.

CCCCLV.

Codex in fol. chartac. foliorum 322, arabicis litteris et sermone nitidissima et elegantissima manu conscriptus; quo continetur.

Pag. 1. a terg. collectio omnium quae fieri debent a sacerdote in celebratione missae, desumpta ex epistolis S. Pauli sanctoque evangelio, et disposita secundum numerum dierum omnium, scilicet sabbathi, dominicae, et aliorum festorum dierum tam dominicorum, quam aliorum sanctorum apostolorum, martyrum, et confessorum. Pag. 194. missa S. Iohannis chrysostomi, cum eius imagine auro minioque ornata. Pag. 205. missa S. Basilii cum eius icone auro minioque fucata. Pag. 214. S. Gregorii progymnasmata, seu variae preces preparatoriae. Pag. 220. evangelia singulis mensibus per anni circulum diebus festis dicenda. Pag. 241. a terg. alia evangelia recitanda in commemoratione angelorum, prophetarum, apostolorum, archiepiscoporum, martyrum, et confessorum, nec non in impositione schematis tam monachi quam monialis, et in quacumque sacerdotis necessitate. Pag. 258. kalendarium sanctorum totius anni

ad usum Graecorum melchitarum dispositum. Pag. 293. epistolae recitandae diebus festis per totius anni circulum. Pag. 319. habetur diversa manu ritus ordinationis anagnostae et hypodiaconi. Pag. 317. a terg. ordinationis archidiaconi. Pag. 318. a terg. ordinationis sacerdotis. Pag. 319. ordinationis corepiscopi. Pag. 320. ordinationis archiepiscopi et episcopi. Is codex ad XVIII. Christi saeculum est referendus.

CCCCLVI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 269, arabicis litteris et sermone nitidissima manu conscriptus; quo continentur.

Epigrammata celeberrimi poëtae Abu-Nuas mahometani. Is codex exaratus videtur XV. Christi saeculo: a pagina tamen 88. ad paginam 97, folia sunt perverso ordine compacta.

CCCCLVII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 163, arabicis litteris et sermone elegantissima manu conscriptus; quo continetur.

Liber inscriptus *codex eximius*, in quo exponuntur variae Mahometanorum preces ineptis superstitionibus plerumque refertae, cum aliis fabulosis narrationibus, auctore Ali ben-Alhasin ben-Ali ben-Abi-Thaleb. Is codex scriptus fuit manu Abrahami ben-Hasan anno hegirae 1027. (Christi 1627.) ut in calce paginae 163. adnotatur.

CCCCLVIII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 47, arabicis litteris et sermone nitidissima manu conscriptus; quo continentur.

Davidis regis psalmi CL. Additur in fine psalmus extra numerum *parvulus eram inter fratres meos* etc. Is codex ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCLIX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 56, arabicis litteris et sermone eleganter conscriptus; quo continetur.

S. Iohannis apostoli et evangelistae apocalypsis cum commentariis. Is codex ab exemplari exarato manu episcopi Petri ben-Alchohbaz in Aethiopia concionatoris eximii, exscriptus fuit a monacho Isaac ben-Annagib, feria secunda

hebdomadae septimae ieiunii maioris, die 28. mensis barmahat, anno martyrum 1014. (Christi 1298.) ut in epigraphe ad calcem posita adnotatur.

CCCCLX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 180, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Epitomae vitarum SS. monachorum et eremitarum Antonii abbatis, Arsenii, Macarii, Pacomii, Zosimi, Danielis aschitensis, Andronici et Anastasiae eius coniugis, Anastasii abatis Tursinae, seu montis Sinai, Cassiani, et aliorum, collectae ex libro, cui titulus *hortus monachorum*. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCLXI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 175, arabicis litteris et sermone nitidissime conscriptus; quo continetur.

Opus *de vino mulcendo*, multis historiis, fabulis, facetiis, diversorumque Arabum poëticis lucubrationibus constans; in laudem scilicet vini et vitae lautioris; collectum a Sceik Nams-Addin Mohamed Alnuagi. Is codex absolutus fuit feria 4, die 18. mensis moharrami, anno hegirae 864. (Christi 1459.) manu cuiusdam Mahometis, filii Mahometis, ut pagina 171. a tergo adnotatur.

CCCCLXII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 85, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Pag. 1. a terg. fragmentum *libri quarti Esdrae*, capto initio a cap. III. Pag. 38. a terg. *liber ecclesiastici*. Numeri capitum non congruunt, ut etiam alibi passim fit, cum vulgata latina. Is codex ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCLXIII.

Codex in 8. bombyc. paginarum 184, arabicis litteris et sermone conscriptus, quo continentur.

Paraeneses et ascetica carmina S. doctoris Ephraem syri in arabicam linguam versa, et in LII. capita divisa. Accedit pag. 172. a terg. laudatio S. Gregorii nysseni archiepiscopi in sanctum Ephraem. Is codex exaratus fuit manu Abrahami ben-Iohannis antiocheni, qui illum ex graeco exemplari arabice red-

didit anno martyrum 1045. (Christi 1635.) ut in calce adnotatur.

CCCCLXIV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 168, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Grammatica arabica *kaphia* nuncupata, permultis adnotationibus interlinearibus et marginalibus illustrata, manu Isae ben-Mohammed anno hegirae 955. (Christi 1548.) ut pag. 165. a terg. adnotatur.

CCCCLXV.

Codex in fol. bombyc. foliorum 207, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Pentateuchus Moysis; sed a pag. 80. usque ad finem diversa et recentiore manu conscriptus. Is codex, olim collegii Maronitarum, XVII. Christi saeculo videtur exaratus; connectique debet cum alio tomo operto corio nigro libri Iosue, ut in calce latine adnotatur.

CCCCLXVI.

Codex in fol. bombyc. foliorum 37, arabicis litteris et sermone nitidissima manu conscriptus; quo continetur.

Commentarius in apocalypsim. Is codex, olim collegii Maronitarum, ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCLXVII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 114, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Quatuor domini nostri Iesu Christi evangelia. Singulis evangeliis praeit capitum index. Is codex *Venetiis conscriptus fuit, ut in bibliotheca nobilis viri Iohannis Baptistae reponeretur, quem Deus per illum diu sospitet, incolumemque servet*, ut in epigraphe in calce adnotatur: ad saeculum vero Christi XVII. videtur referendus.

CCCCLXVIII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 759, arabicis litteris et sermone nitidissima manu conscriptus; quo continetur.

Vetus testamentum sequenti ordine distributum. Genesis, fol. 1. Exodus, pag. 43. Leviticus, pag. 71. a terg. Numeri, pag. 91. Deuteronomium, pag. 118. Iosue, pag. 143. Indices, pag. 163. Ruth, pag. 183. Regum I, pag. 186. Regum II, pag. 212. a terg. Regum III, pag. 235. Regum IV, pag. 260. Paralipomenon I, pag. 285. Paralipomenon II, p. 307. a terg. Esdrae I, pag. 323. (secundum Latinos III. qui est extra seriem canonicorum librorum, quos s. tridentina synodus suscepit, et pro canonicis suscipiendos decrevit.) Esdrae II, pag. 335. (secundum Latinos I.) Nehemias, pag. 344. (secundum Latinos Esdrae II.) Tobias, pag. 355. Iudith, pag. 363. Esther, pag. 375. Iob, pag. 381. a terg. Praefatio in psalmos, pag. 400. Psalmi, pag. 402. Sapientia, pag. 447. a terg. Proverbiorum liber, pag. 459. a terg. Ecclesiastes, pag. 479. a terg. Cantica canticorum, pag. 486. a terg. Ecclesiasticus, pag. 490. a terg. Isaias, pag. 525. a terg. Ieremias, 568. a terg. Liber Baruch desideratur, ad quem supplendum inserta habentur nonnulla folia haud scripta, pag. 610. Ezechiel, pag. 617. Daniel, pag. 652. Oseas, pag. 668. a terg. Amos, pag. 673. a terg. Michaeas, pag. 677. a terg. Ioël, pag. 681. Abdias, pag. 683. Ionas, pag. 684. Nahum, pag. 685. a terg. Habacuch, pag. 686. a terg. Sophonias, pag. 688. Aggaeus, p. 689. a terg. Zacharias, pag. 691. Malachias, pag. 696. a terg. Maccabaeorum liber I, (secundum Latinos II) pag. 699. Maccabaeorum liber II. (secundum Latinos I.) pag. 718. a terg.

In fronte codicis legitur sequens epigraphe. *Vetus hoc testamentum iussu illmi, et rmi D. Antonii cardinalis Carafae Maronitarum patroni, a patribus societatis Iesu in prima ad eosdem Maronitas legatione, impensis sanctissimi domini nostri Gregorii XIII. emptum fuit anno Domini* 1579. Deinde diversa recentiore manu adiecta leguntur haec verba. *Pro collegio Maronitarum Romam latum fuit*. Deinde post ditionem pontificiam a Gallis occupatam die 2. februarii, anno Domini 1808, praedictum collegium dissolutum fuit, aedesque divenditae; hic autem codex una cum reliquis in bibliotheca dicti collegii existentibus, in vaticanam bibliothecam translatus fuit. Pag. 90. a terg. adnotatur. *Scripsit servus pauper per misericordiam Dei excelsi humillimus totius nationis Melchitarum David Bezi presbyter; cui Deus parcat, et omnibus baptismatis filiis, per intercessionem Virginis purissimae, matris lucis, omniumque sanctorum. Amen.* Pag. 399. a terg. haec leguntur. *Scripsit servus humilis per misericordiam Dei excelsi David presbyter botranensis tripolitanae dioeceseos, adsistente domino patre episcopo Dorotheo in urbe Tripoleos Syriae. Id autem contigit die sabbathi, prope finem mensis octobris, qui fuit ex mensibus anni patris nostri Adami* 7087, *qui congruit cum mense sciahabano, ex mensibus hegirae arabicae an.* 986. Ibidem in fine libri Iob legitur:

explicit ope Dei excelsi; et translatus fuit e syriaco in arabicum. Pag. 489. a terg. sequentia leguntur. *Explicit hic liber feria 2, die 9. februarii, ex mensibus anni patris nostri Adami 7087, per manus humilis servi peccatoris Davidis Bezi presbyteri filii Theodori, filii presbyteri Uehebe* (Donati, vel Adeodati) *ex oppido Botran tripolitanae dioeceseos.* Pag. 718. haec habentur. *Hic codex transcriptus est ab exemplari desumpto ab alio exemplari scripto in apostolica orientali urbe Antiochiae, anno patris nostri Adami* 6530. (Christi 1022). *Exemplar vero transcriptum ex dicto exemplari exaratum fuit die* 10. *mensis februarii, anno patris nostri Adami* 6746. (Christi 1238.) *Hoc autem exemplar transcriptum est e supradicto exemplari anno patris nostri Adami* 7087. (Christi 1579) *cui sit pax.* In hoc codice neque ordo capitum, neque arabica versio congruit cum vulgata, immo multa vel addita vel detracta conspiciuntur. In epigraphe ad calcem posita repetitur eadem aera, qua scriptus codex fuit, scilicet Adami 7087. (Christi 1579.)

CCCCLXIX.

Codex in fol. bombyc. foliorum 151, arabicis litteris et sermone conscriptus, quo continentur variae historicae narrationes haud raro commentitiae, scilicet.

Pag. 1. Quid fecerit Noë inclusus in arca. Pag. 2. Antequam Noë ex hac vita migraret, secreto praecepit filio suo Sem, ut educeret corpus Adae ex arca, et in alium sanctum locum deferret. Pag. 2. a terg. Dimensio altitudinis turris et civitatis Babel. Pag. 3. Quandonam coeperint homines immolare filios suos idolis et diabolis. Pag. 4. a terg. Turbo ventorum ad conterenda idola, eorumque fana diruenda. Pag. 5. Supputatio annorum ab Adam ad Abraham. Pag. 5. a terg. De aedificatione Hierosolymae, et de genealogia Melchisedech. Pag. 11. Computus annorum ab exitu Israëlitarum ex Aegypto. Pag. 14. De nece quam Abimelecho mulier intulit. Pag. 21. a terg. De morte Davidis, et de eius successore Salomone. Ibidem. Quandonam coeperint reges uti purpura. Pag. 34. De Sidrac, Misach, et Abdenago. Pag. 40. a terg. Simeon, qui ulnis excepit Christum, fuit interpres sacrae scripturae et prophetarum ex hebraico in graecum sermonem. Pag. 41. Post mortem Dionysii successit in imperio Cleopatra eius filia. Ibid. regnum Iudaeae defecit in stirpe David. Pag. 41. a terg. Herodis, Antipatro geniti, initia. Is obtinuit regnum magna pecuniae copia a Caesare Augusto. Pag. 42. Cleopatra se ipsam interemit applicito angue ad ubera, ne ab Augusto Caesare ignominiam stupri pateretur. Ibid. Nonnulla facinora Herodis recensentur. Pag. 32. a terg. Caesar Augustus iubet describi nomina omnium, qui erant in imperio suo. Ibid. Anno 42. imperii Caesaris Augusti, et 33. regni Herodis nascitur Christus. Pag. 47.

a terg. Vespasianus corona imperiali insignitur. Mandat expeditionem filio suo Domitiano ad expugnandos barbaros, Tito autem ad perdendos Iudaeos cum excidio Hierosolymae. Pag. 48. Christiani Hierosolymam revertuntur, templum exstruunt, et secundum episcopum constituunt Simeonem ben-Cleophae fratrem S. Iosephi Christi domini patris. Ibid. Anacletus papa eligitur, et post eum Clemens. Ibid. Moritur Vespasianus, et post eum imperat Titus, cui succedit in imperio Domitianus. Pag. 48. Secunda persecutio adversus Christianos post mortem Neronis. Pag. 48. a terg. Evaristus papa; Alexander papa. Ibid. Moritur Domitianus, cui succedit in imperio Nerva, dictus Barbastus (1) Caesar; quo defuncto, succedit Traianus imperator, dictus Hadrianus Caesar (2). Tertia persecutio adversus Christianos. Martyrium S. Ignatii Antiochiae patriarchae, et aliorum. S. Iohannes scribit evangelium in insula Patmos. Pag. 49. Xystus papa; Telesphorus papa. Ibid. Traianus bello occiditur, cui in imperio substituitur Aelius Hadrianus Caesar. Hierosolyma denuo aedificatur. Iudaei iterum sibi regem constituunt. Pag. 49. a terg. Secunda eversio Hierosolymae cum excidio Iudaeorum. Graeci habitantes Hierosolymam Aeliani, seu Caesarei, vocantur. Ad tollendam sepulchri memoriam templum Zoharae, seu Veneris, exstruunt Graeci. Ibid. Eugenius papa; et post eum Caius. Pag. 50. Moritur Aelius Hadrianus, cui succedit in imperio Antonius (3) Caesar. Anicetus papa; Soter papa. Pag. 50. a terg. Moritur Antonius, cui succedit in imperio Marcus dictus Aurelius Caesar. Quarta persecutio adversus Christianos. Eleutherius papa. Pag. 51. Moritur Marcus Aurelius, cui succedit in imperio Commodus. Galenus medicus. Democrates medicus. Pag. 52. Moritur Commodus, cui succedit Bartonicus (4) Caesar; postea Iulianus; deinde Severus. Quarta persecutio adversus Christianos. Caelestinus papa. Pag. 52. a terg. Moritur Severus Caesar, cui succedit Antonius Caracalla. Urbanus papa. Pag. 53. Moritur Antonius Caracalla, cui succedit Macrinus. Pontianus papa. Sic prosequitur historia imperatorum occidentis et orientis, legum diversarum orientis provinciarum, summorum Pontificum romanorum, patriarcharum, episcoporum variorum, locorumque; quae omnia saepe erroribus laborant. Is codex, principio et fine mutilus, ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCLXX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 186, arabicis litteris et sermone nitida manu conscriptus; quo continentur.

Variae Mahometanorum narrationes, ut plurimum asceticae, ex alcora-

(1) Num pro σεβαστός?

(2) Adhuc nugae.

(3) Ita Orientales scribere solent pro *Antoninus*.

(4) Pertinax.

no eiusque interpretibus depromptae : ubi etiam sermo fit de coniugio Mahometis cum Phatima. Is codex exaratus fuit anno hegirae 859. (Christi 1454.) ut in epigraphe ad calcem posita adnotatur.

CCCCLXXI.

Codex in fol. bombyc. foliorum 220, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Tractatus legales et theologici ad usum Mahometanorum, ubi Mahometis dictorum factorumque elogia ex alcorano deprompta referuntur. Is codex, in quo puncta diacritica ut plurimum desiderantur, ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCLXXII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 185, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Synaxarium seu menologium Sanctorum, a septembri mense anni primo, ad augustum anni ultimum; sed in fine nonnulla folia desiderantur. Ad calcem codicis pagina 185. a terg. habetur epigraphe scripta genere bustrophido, cum litteris arabicis sursum deorsum et ad latera deductis, et ornatum quemdam prae se ferentibus; quae epigraphe sic se habet. *Explicit synaxarium hoc benedictum feria tertia, die 9. mensis iunii, anno patris nostri Adami* 7141. (Christi 1633.) *per manus monachi Sabae, curante presbytero Iohanne tripolitanae dioeceseos, qui perpetuo illud addixit ecclesiae S. Mariae et S. Sisan praedictae dioeceseos. Quicumque illud abstulerit, rapserit, alienarit, vel pignori dederit, Iudae sortem habeat.*

CCCCLXXIII.

Codex in fol. p. chartac. foliorum 187, arabicis litteris et sermone nitidissima atque elegantissima manu conscriptus; quo continentur.

Epistolae et evangelia dominicis, ac festis diebus per anni circulum recitanda, iuxta consuetudinem et ritum Latinorum. Incipit pag. 1. a dominica prima adventus, et desinit pag. ultima a tergo, cum missa quotidiana pro defunctis. Is codex ad XVIII. Christi saeculum referendus est.

CCCCLXXIV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 302, arabicis litteris et sermone nitidissime conscriptus; quo continetur.

Liber inscriptus *scala virtutum*, auctore S. Iohanne Climaco abbate montis Sinai. Praeit praefatio cum indice operis, nec non vita eiusdem sancti. Is codex XVII. Christi saeculo videtur exaratus.

CCCCLXXV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 147, arabicis litteris et sermone nitidissime conscriptus; quo continetur.

Poëma nobilissimi poëtae Mothanebi, qui propter stili gravitatem, ingeniique in poësi miram sollertiam, nomen prophetizantis ab Arabibus meruit. Floruit sub chaliphis Babylonis circa annum Christi 950. Totum opus adnotationibus marginalibus et interlinearibus refertum est. Is codex ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCLXXVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 95, arabicis litteris et sermone nitide exaratus; quo continetur.

Pag. 1. a terg. Opusculum satis eloquens inscriptum *somnium*, auctore Bahaaddino Ali ben-Isa Alarbali. Pag. 28. Poëmata variorum in laudem eiusdem auctoris. Pag. 45. Opusculum, cui titulus *revolutio stellarum*, auctore al-Mardini. Pag. 51. Dialogus stilo politissimo, cuius titulus *incendium dolentis et lacrimae plorantis*, auctore Gemaleddino. Pag. 88. Sermo continens contentionem inter violam et rosam; quod est opusculum elegans et subtile, auctore ben-Masraf al-Mardini. Hic codex saeculo XV. videtur exaratus.

CCCCLXXVII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 201, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Miscellanea haud unâ manu conscripta, constitutiones et leges Mahometanorum complectentia. Is codex exaratus fuit a Mahomete ben-Haseni anno hegirae 770. (Christi 1368.) ut in epigraphe ad calcem posita adnotatur.

CCCCLXXVIII.

Codex in 8. bombyc. paginarum 572, arabicis litteris et sermone nitida manu conscriptus; quo continetur.

Alchimiae tractatus amplissimus eruditissimi mahometani Anonymi. Is codex exaratus fuit anno hegirae 1100 (Christi 1688.) per manus Abd-Alua-

hidi ben-Achmetis ben-Casem Aggizairi, ut in epigraphe ad calcem posita adnotatur.

CCCCLXXIX.

Codex in 16. bombyc. foliorum 121, arabicis litteris conscriptus; quo continentur.

Variae orationes et preces Mahometanorum, arabica et turcica lingua exaratae. Is codex superstitionibus redolens, ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCLXXX.

Codex in 16. bombyc. foliorum 111, arabicis litteris conscriptus; quo continentur.

Variae Mahometanorum preces, blasphemiae, superstitiones, veneficia, et haereses, arabice ac turcice conscriptae. Is codex ad XV. Christi saeculum referendus videtur.

CCCCLXXXI.

Codex in 16. bombyc. foliorum 200, arabicis litteris nitidissime conscriptus; quo continentur.

Preces Mahometanorum partim arabice partim turcice conscriptae, quas varia subsequuntur superstitiosa amuleta. Haec autem amuleta sunt praecipue confecta ob protegenda corpora a variis morbis, quibus saepe laborant aliquot Turcarum regiones; gestarique colligata brachiis aut collo solent. Hic codex ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCLXXXII.

Codex in 16. bombyc. foliorum 82, africano-arabicis litteris conscriptus; quo continetur.

Caput alcorani, cui titulus *Ioseph.* Sequuntur aliae paraeneses narrationesque fabulosae, quae scatent superstitionibus pro more Mahometanorum. Is codex ad XV. Christi saeculum referendus est.

CCCCLXXXIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 88, arabicis litteris et sermone nitidissime conscriptus; quo continetur.

S. Iohannis evangelium. Init. fol. 1. a terg. Is codex, olim collegii Maronitarum, ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCLXXXIV.

Codex in 8. chartac. foliorum 179, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Varia dicta ac sententiae. Quaedam initio latine, parum tamen feliciter, redduntur. Is codex Romae conscriptus fuit a quodam Iosepho aegyptio, anno Domini 1624, ut in calce legitur. Pertinuit olim ad coenobium urbanum S. Petri in monte aureo.

CCCCLXXXV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 63, arabicis litteris et sermone nitidissima manu conscriptus; quo continentur.

Varii SS. Patrum tractatus praecipue de Verbi Dei incarnatione. Is codex principio mutilus, olim collegii Maronitarum, ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCLXXXVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 141, arabicis litteris et sermone nitida manu conscriptus; quo continentur.

SS. Patrum et ecclesiae doctorum testimonia et sententiae de incarnatione Christi. Is codex, olim collegii Maronitarum, XVII. Christi saeculo videtur exaratus.

CCCCLXXXVII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 91, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Opus schismaticum, cui titulus *gladius acutus*, auctore Maximo presbytero peloponnesio, e graeca lingua in arabicam versum a Christodulo Gazae archiepiscopo, simulque a Tyri archiepiscopo, schismaticis: de quo opere iam dixi ad cod. CXXXI. Hic autem codex, collegio Maronitarum dono datus ab Andrea Scandar, exaratus fuit anno Christi 1666, ut ex fine praefationis cognoscitur.

CCCCLXXXVIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 168, arabicis litteris et sermone nitidissime conscriptus; quo continetur.

1. Liber cui titulus *sol intelligibilium*; opus cabalisticum, omnia in numeris et litteris ponens. 2. Pag. 113. Liber quaestionum cum suis responsionibus circa alcoranum, diverso tamen charactere conscriptus, auctore Gelaleddino Mahomete Adduani. Hic codex ad XVI. Christi saeculum referendus videtur.

CCCCLXXXIX.

Codex in 8. chartac. foliorum 117, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Historiae variae Mahometanorum auctorum de bellis in diversis orientis partibus gestis, fabulis passim refertae. Is codex principio ac fine mutilus, Romae conscriptus fuit in monasterio S. Petri in monte aureo anno Domini 1625, ut adnotatur in calce sequentis codicis, qui eadem manu Iosephi aegyptii exaratus cognoscitur.

CCCCXC.

Codex in 8. chartac. foliorum 121, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Variae Mahometanorum narrationes valde fabulosae ad confirmandam ipsorum sectam. Init. fol. 1. Is codex principio mutilus, scriptus fuit in coenobio S. Petri in monte aureo Romae anno Domini 1625, ut in calce arabice et graece adnotatur, a quodam Iosepho aegyptio; cum praeesset dicto coenobio Thomas a Novaria.

CCCCXCI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 182, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Demonstrationes et testimonia ex sacris litteris sanctorumque patrum sententiis ad catholicae religionis dogmata confirmanda. Hic codex principio mutilus, conscriptus fuit anno Christi 1243, absolutusque die veneris mensis novembris, ut in epigraphe pag. 162. posita adnotatur.

CCCCXCII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 225, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Collectio canonum, quae apud orientales maxime commendatur; auctore ben-Alesshali monophysita; quem citat Faustus Naironus in sua *fidei evoplia*. Is codex, olim collegii Maronitarum, exaratus fuit anno martyrum 1050. (Christi 1334.) ut in calce adnotatur.

CCCCXCIII.

Codex in 8. chartac. foliorum 417, arabicis litteris et chaldaicis exaratus; quo continetur.

Lexicon arabico-chaldaicum nulla methodo ordinatum; quod e syriaco in arabicum sermonem transtulit presbyter Chedr ninivita, conscripsitque Romae in collegio ecclesiastico apud pontem sixtinum anno Domini 1727, et collegio Maronitarum donavit, ut in calce adnotatur.

CCCCXCIV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 202, arabicis litteris et sermone diversa manu conscriptus; quo continentur.

1. Nonnullae controversiae forenses, cum earum solutione, pag. 1. 2. Tractatus de meridiano et de umbra, pag. 10. 3. Kalendarium Coptitarum in quo, praeter dies festos, denotantur etiam suo in loco quae contingere solent vel circa fructuum et herbarum geniturani, vel in rebus reliquis, pag. 15. 4. Tractatus astronomicus ex auctoribus arabibus et persis desumptus, cum tabulis astronomicis, et adnotationibus marginalibus, pag. 33. a terg. 5. Tractatus de masculino, et feminino genere, et de casibus, pag. 82. 6. Variae tabulae astronomicae cum figuris, pag. 90. 7. Tractatus de signis zodiaci, et de motu solis, pag. 101. a terg. 8. Tractatus de mensibus Graecorum, pag. 115. a terg. 9. Varia Mahometanorum commenta, pag. 120. a terg. 10. Sceik Alamami tractatus de lectione alcorani, et de visione Mahometis, pag. 130. 11. Moysis ben-Mohammad ben-Hotman dissertatio de tempore orationis, ut sit acceptabilis, desumpto ex solis gradibus; et de diversa positione, pag. 135. a terg. 12. Descriptio bonorum et malorum quae contingere finguntur singulis mensis diebus, pag. 148. a terg. 13. De cognitione planetarum, et de vario philosophorum systemate, cum figuris, pag. 151. a terg. 14. Sceik Alamami tractatus astronomicus diversa manu conscriptus, pag. 185. Notandum quod nonnulla folia a pag. 62. ad pagi-

nam 72. perverso ordine sunt compacta. Is codex ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCXCV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 137, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Prophetae maiores et minores. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCXCVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 295, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Commentarii in genesim arabicam, olim coenobii S. Petri in monte aureo; Absolutus fuit codex mense emscir anno martyrum 1113. (mense februario anno Domini 1424) ut in calce, diverso tamen charactere, adnotatur.

CCCCXCVII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 345, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo comprehenditur.

Pars prima synaxarii ad usum Coptitarum, quae incipit a mense toth (septembri) qui est apud Coptitas anni initium. Is codex, olim collegii Maronitarum, ad XV. Christi saeculum referendus videtur.

CCCCXCVIII.

Codex in 8. chart. foliorum 146, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Pag. 1. Expositio evangelii S. Lucae recitandi secunda dominica mensis toth ad vesperas. Pag. 5. Homilia S. Iacobi episcopi sarugensis de angelis, et bono latrone. Pag. 57. Homilia S. Cyriaci behensis episcopi dicenda ad nonam diei veneris hebdomadae maioris, de resurrectione Domini, et Pilati laboribus, paenitentia, et conversione, qui pro Christi fide in eadem Christi cruce confixus asseritur, et paradisi gloriam assequutus. Pag. 93. Homilia Severi patriarchae de passione Christi, et de ingressu latronis in paradisum. Hic codex ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCXCIX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 190, arabicis litteris et sermone nitidissime conscriptus; quo continentur.

Explanationes etymologiarum, et comparationes nonnullorum verborum arabicorum et persicorum iuxta alphabeti ordinem; scilicet quaelibet alphabeti littera constituit caput, et quodlibet caput complectitur tot articulos, quot sunt alphabeti litterae; auctore Sciamseddino. Is codex exaratus fuit feria 4. die 20. mensis sceuval (octobris) anno hegirae 971. (Christi 1573.) ut fol. 186. a terg. adnotatur.

D.

Codex in 8. bombyc. foliorum 192, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Alcoranus Mahometis, principio aliis in locis mutilus. Is codex ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

DI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 86, arabicis litteris et sermone nitidissima manu conscriptus; quo continetur.

Evangelium S. Iohannis.. Is codex, olim collegii Maronitarum, ad XVI. Christi saeculum referendus videtur.

DII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 171, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Complurium mahometanorum doctorum adnotationes et commentarii in Mahometis dicta, sententias, et revelationes. Is codex, olim collegii Maronitarum, exaratus fuit anno hegirae 868. (Christi 1463.) ut in epigraphe ad calcem posita adnotatur.

DIII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 190, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Libri XIII. prophetarum; scilicet pag. 1. liber Hieremiae prophetae. Pag. 94. a terg. Liber Oseae prophetae. Pag. 103. a terg. Liber Ioielis pro-

phetae. Pag. 108. Liber Amos prophetae. Pag. 117. Liber Abdiae prophetae. Pag. 119. Liber Ionae prophetae. Pag. 122. Liber Michaeae prophetae. Pag. 127. a terg. Liber Nahum prophetae. Pag. 130. Liber Habacuch prophetae. Pag. 133. a terg. Liber Sophoniae prophetae. Pag. 137. Liber Aggaei prophetae. Pag. 139. a terg. Liber Zachariae prophetae. Pag. 151. a terg. Liber Malachiae prophetae. Pag. 155. a terg. Liber Danielis prophetae. Is codex exaratus fuit anno martyrum 1170. (Christi 1454.) ut in epigrapho ad calcem posita adnotatur.

DIV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 52, arabicis litteris et sermone nitide conscriptus; quo continetur.

Dialogus inter monachum Georgium ex monasterio S. Simeonis, ac tres Mahometanos, circa fidem et dogmata christianae religionis. Is codex exaratus fuit anno Alexandri 1900. (Christi 1689) a quodam monacho Iohanne in monasterio S. Zacchaei, ut in calce adnotatur.

DV.

Codex in 12. oblongus bombyc. foliorum 252, arabicis litteris exaratus; quo continentur.

1. Epistola, de artificibus ingeniosis; persice conscripta, auctore Scerifo. 2. Eiusdem auctoris alia persica epistola continens responsa ad interrogationes imperatoris. 3. Eiusdem auctoris epistolae duae de logica. 4. Circulus seu catena mutationum, auctore Mohieaddino. 5. Epistola inscripta *res ligata*, de perfectione status religiosorum. 6. Epistola de intelligibilibus, auctore Sadraddino. 7. Opiniones diversarum sectarum de attributis divinis, auctore Nasiraddino Althusi. 8. Logicae explicatio brevis et nitida eiusdem Nasiraddini. Is codex exaratus fuit anno hegirae 656 (Christi 1258.) ut fol. 244. a tergo adnotatur. Pertinuit vero ad ben-Alhasen ben-Ali Alhasini georgiani, ut in fronte aureis litteris proditur.

DVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 37, arabicis litteris et sermone conscriptus, quo continetur.

Synopsis grammaticae turcico-arabice explicatae, seu collectio vocum diversorum verbi temporum modorumque, quorum index pagina 6. exhibetur. Opus ob faciliorem alcorani intelligentiam exaratum. Desinit autem cum

nonnullis Dei invocationibus, Turcarum more peragi solitis. Is codex ad XIV. Christi saeculum videtur referendus: exaratus autem fuit manu cuiusdam ben-Hanaddini Allechani, ut in calce adnotatur.

DVII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 48, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Compendium grammaticae arabicae quae *agrumia* nuncupatur, auctore Sceich Alamam doctore mahometano, cum adnotationibus marginalibus. Pagina 29. a terg. adnectitur diverso charactere synopsis grammaticae arabicae eiusdem auctoris. Pagina 41. a terg. aliud exemplar eiusdem synopseos recentiore manu nitidissime conscriptum. Is codex ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

DVIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 87, arabicis litteris et sermone nitidissime conscriptus; quo continetur.

Tractatus de perdiscenda elegantia arabicae linguae, locis plerumque ex alcorano depromptis; auctore Zeinaddino Abu-Iahia Zacharia, ben-Mohammed, ben-Ahmed, ben-Zacharia, ut in fronte adnotatur. Is codex exaratus fuit anno hegirae 882 (Christi 1477.)

DIX.

Codex in 8. chartaceus foliorum 402, quo continetur.

Lexicon latino-arabicum, quod exaratum videtur saeculo Christi XVII.

DX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 155, arabicis litteris et sermone nitidissima manu conscriptus; quo continetur.

Collectio diversasum rerum, seu variae narrationes Turcarum, ut plurimum fabulosae, doctorum eiusdem sectae dictis partim soluta partim ligata oratione comprobatae. Auctor huius collectionis est Scebabaddinus Ab-Alhebbas Ahmed ben-Scerafaddin Abu-Zacharia Iehia, cognitus sub nomine ben-Abi Hagile. Is codex ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

DXI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 90, africano-arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Expositiones doctrinae sectae mahometicae innumeris mendaciis et fabulis refertae. Adiiciuntur in fine pag. 71., diverso tamen charactere Dei attributa, et Mahometis varia dicta, atque eiusdem laudes. Is codex exaratus videtur saeculo Christi XIV, manu cuiusdam Mohammad ben-Mobarac ben-Mohammad, ut in epigraphe ad calcem posita adnotatur.

DXII.

Codex in 8. chartac. foliorum 148, arabicis litteris et sermone nitide exaratus; quo continentur.

Patris Francisci comensis, e franciscana familia, lectiones concionatoriae XXV, quibus declarantur duae partes doctrinae christianae, idest signum sanctae crucis, et symbolum apostolorum. Is codex Alepi scriptus, ad XVII. Christi saeculum referendus est.

DXIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 161, arabicis litteris et sermone nitide conscriptus; quo continentur.

Sancti Pauli apostoli epistolae omnes. Is codex ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

DXIV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 79, arabicis litteris, sermone vero tum arabico tum persico, conscriptus; quo continetur.

Lexicon arabico-persicum in duodecim classes distributum secundum ordine materiarum. Interlineares aliquot habentur latinae interpretationes. Is codex ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

DXV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 205, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Pars prima operis *de simplicibus et compositis medicamentis*, alphabetico ordine digesti, auctore Iehia ben-Giazle, usque ad litteram *ze* inclusive.

Is codex exaratus fuit anno hegirae 855. (Christi 1451.) et ad collegium Maronitarum olim pertinuit.

DXVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 323, arabicis litteris et sermone nitidissima manu conscriptus; quo continetur.

Opus inscriptum *iter eloquentiae*, quo continentur orationes, epistolae, sermones paraenetici, et declamationes pace belloque dictae ab-Ali ben-Abi-Thaleb patruele et genero Mahometis, elegante stilo arabico. Opus etiam apud Arabes rarissimum. Hunc codicem describi curavit Babylone ex antiquissimo exemplari Georgius Strachanus merniensis scotus, anno Christi 1618. ut in fronte adnotatur.

DXVII.

Codex in 8. chartac. paginarum 381, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

1. Epistolae B. Pauli apostoli, quibus praeit eiusdem vita. 2. Pag. 204 Epistola catholica S. Iacobi. 3. Pag. 213. Epistolae B. Petri apostoli. 4. Pag. 228. Epistolae S Iohannis. 5. Pag. 241. Epistola S. Iudae. 6. Liber actorum scriptus a divo Luca. 7. Apocalypsis. In fronte exhibetur index singularum epistolarum carsciunice exaratus. Is codex, olim collegii Maronitarum, ad XVII. Christi saeculum referendus videtur.

DXVIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 286, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

S. patris Iohannis senioris paraeneses, quarum index in fronte libri habetur. Is codex ad XVI. Christi saeculum referendus videtur.

DXIX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 93, arabicis litteris et sermone conscriptus, quo continetur.

1. Grammatica arabicae linguae, auctore Ahmed ben-Ali ben-Mashud, scripta anno hegirae 955. (Christi 1586.) ut pag. 80. a terg. adnotatur. 2. Eiusdem linguae grammatica pag. 83. a terg. cum versione la-

tina interlineari, auctore Sceik Alamam georgiano, quae exarata videtur saeculo Christi XVI.

DXX.

Codex in 4. chartac. foliorum 109, continens grammaticam arabico-latinam. Codex admodum recens, qui erat P. Pasqualis ab Uria anno Christi 1724, pertinuitque ad coenobium urbanum S. Petri monte aureo.

DXXI.

Codex in 12. chartac. foliorum 82, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Hippocratis aphorismi. Is codex scriptus manu cuiusdam Iosephi, ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

DXXII.

Codex in 12. chartac. foliorum 105, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Breves logicae institutiones ab auctore anonymo mahometano exaratae. Primae paginae sunt optime latinitate donatae. Is codex descriptus est anno hegirae 1028. (Christi 1618) ut in calce denotatur.

DXXIII.

Codex in 12. bombyc. foliorum 90, arabicis litteris et sermone nitidissima manu conscriptus; quo continetur.

Liber Aristoteli inscriptus, ubi de recto ducis seu imperatoris regimine agitur, et de eius moribus rite instituendis, in XXX. capita distributus. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

DXXIV.

Codex in 12. chartac. foliorum 56, carsciunice seu litteris syriacis, lingua tamen arabica, conscriptus; quo continetur.

Vita S. Iohannis cyprii eleemosynarii. Is codex exaratus videtur saeculo Christi XVIII, et ad collegium Maronitarum pertinuit.

DXXV.

Codex in 8. chartac. paginis constans 337, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Pars veteris testamenti; scilicet genesis, exodus, leviticus, numeri, et deuteronomium. Is codex exaratus videtur saeculo Christi XVII.

DXXVI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 190, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

1. Liber etymologiarum nobilissimi grammatici Sibauvoi, cum declarationibus et additamentis Abubequir andalutii. 2. Epigrammata quorumdam veterum grammaticorum arabum ad logicam et eloquentiam spectantia. 3. Libellus proverbiorum, ex alcorano aliisque Arabum scriptis desumptus, auctore Abi-al-Phadel al-Munkali, ordine alphabetico. 4. Compendium proverbiorum rariorum, quae in libris antiquorum Arabum reperiuntur, cum eorumdem explicationibus et causis. Liber arabismi studiosis perutilis. Emit hunc codicem Babylone anno Christi 1629. Georgius Strachanus merniensis scotus.

DXXVII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 507, arabicis litteris et sermone, sine diacriticis plerumque punctis exaratus; quo continentur.

Variae sententiae, sive responsa selecta de religionis mahometicae caerimoniis et ritibus, quae ex ipso Mahometis ore excepta credunt Arabes, ceterique illius sectae orientales. Is codex ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

DXXVIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 28, nitidissime arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Statera logicae, auctore Alchadi Mir-Hasin. Is codex exaratus fuit anno hegirae 955. (Christi 1548.) ut in calce legitur.

DXXIX.

Codex in 12. bombyc. foliorum 101, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Liber cui titulus *quadraginta eventus*, in quo tam Mahometis, quam aliorum Mahometanorum vanae narrationes proferuntur. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

DXXX.

Codex in 16. bombyc. foliorum 72, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Christianae fidei dogmata in sex capita divisa, et comprobata auctoritatibus ss. Patrum conciliorumque canonibus. Initium capitis V. pag. 40. desideratur, sicut etiam pag. 51. ubi agitur de primatu Papae avulsa sunt folia. Pag. 68. a terg. habetur, diversa tamen manu, brevis tractatus, quod in uno Christo sunt duae naturae unitae. Is codex exaratus videtur saeculo Christi XVII.

DXXXI.

Codex in 12. bombyc. foliorum 94, arabicis litteris conscriptus; quo continentur.

Miscellanea partim turcica partim arabica, quibus comprehenditur 1. Synopsis turcicae grammaticae. 2. De ritibus Turcarum, arabice 3. De variis Turcarum precibus. 4. Laudatio alcorani. 5. Fabulosa Turcarum narratio circa mundi et hominis creationem. 6. De Adae creatione. 7. De angelo mortis. 8. De diabolo. Is codex varia manu conscriptus, variis in locis mutilus conspicitur.

DXXXII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 86, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Peripateticorum opiniones de substantia, de ente, de anima, de praedicato, et de subiecto etc. Opus divisum in XXXIII. capita. Praeit epistola S. Iohannis damasceni ad episcopum Cosimum. Is codex exaratus videtur saeculo Christi XV.

DXXXIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 172, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

1. Opus mille sententiarum selectarum, plerumque moralium, distinctum

in praefationem, XVII. capita, et conclusionem; auctore Alchadi Abu-Abdallah Mohammed ben-Slamat ben-Giahfarin Ali Alchessahi aegyptio. 2. Poëma compositum a principe quodam babylonio Hamid Ildaula quum detineretur in arce Iscanuvana a chalipho Babylonis; non sine scholiis marginalibus et interlinearibus, quae loco commentarii esse possunt, pag. 48. a terg. 3. Poëma celeberrimi auctoris, poëtae antiqui ben-al-Warid, cuius initium *Ia Tzabiatan*, cum scholiis marginalibus, et in fine libri elegante commentario, pag. 57. a terg. 4. Varia poëmata pulcherrima de provincia Algiaziat, quae Meccam et Medinam continet, auctore Ilcadi Almousairi, pag. 76. a terg. 5. Poëma breve sed celebre inter Arabes doctos ob frequentes vocum similitudines in singulis versibus, et duplicem vocum sensum, sonique allusionem, cum commentario ad singula carmina, pag. 120. a terg. 6. Commentarius poëmatis ben-al-Warid, pag. 124. Is codex varia manu conscriptus est. In calce legitur. *Explicit hic liber manu Mohammed Chmal Robhan, anno hegirae propheticae* 763. (Christi 1371.)

DXXXIV.

Codex in 8. chartac. foliorum 103, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Logica multis adnotationibus interlinearibus ac marginalibus locupletata. Is codex exaratus fuit manu ben-Mustapha, anno hegirae 960, ut in epigraphe ad calcem posita adnotatur.

DXXXV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 331, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Epitome linguae arabicae, seu lexicon verborum alphabetico ordine digestum, auctore Ismahil ben-Alhemmad Algiauhri. Is codex exaratus videtur saeculo Christi XV.

DXXXVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 89, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Pag. 1. Homilia S. episcopi Severiani de martyrio apostolorum. Pag. 32. a terg. Homilia S. patris Iohannis patriarchae constantinopolitani de beata Virgine deipara. Pag. 36. a terg. Vita S. Zosimi. Pag. 56. De praedicatione S. Bartholomaei apostoli. Pag. 68. De praecepto diei dominicae, quod narratur

descendisse scriptum de caelo. Pag. 72. a terg. Vita S. Eustathii (Eustachii) eiusque uxoris et filiorum. Pag. 84. a terg. Epistola Iesu Christi, quae caelo Romam demissa dicitur in marmore porphyretico scripta. Is codex ab anonymo coptita exaratus videtur saeculo Christi XV.

DXXXVII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 119, arabicis litteris et sermone conscriptus, principio mutilus; quo continetur.

Ius civile Mahometanorum. Is codex exaratus fuit anno hegirae 943. (Christi 1536.) ut in calce legitur.

DXXXVIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 153, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Expositiones evangeliorum hebdomadae maioris, iuxta ritum Coptitarum. Is codex exaratus videtur saeculo Christi XV.

DXXXIX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 234, arabicis litteris et sermone nitidissime conscriptus; quo continetur.

Liber inscriptus *theriaca sanans ex veneno philadelphiensi*; quo catholicae fidei dogmata adversus Gabrielem Philadelphiae episcopum vindicantur. Is codex, olim collegii Maronitarum, exaratus videtur saeculo Christi XVII.

DXL.

Codex in 8. chartac. foliorum 195, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Explicatio nonnullarum difficultatum, quae in evangelio reperiuntur, quaeque per modum dialogi exponuntur. Is codex, olim collegii Maronitarum, conscriptus fuit celeri manu ab Isa Gemmati eiusdem collegii alumno anno 1733, ut pag. 71. a terg. adfirmatur.

DXLI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 58, arabicis litteris et sermone conscriptus; cui titulus.

Recreatio spirituum. Continet autem arabicae linguae praecepta. Is codex exaratus fuit anno begirae 1091. (Christi 1680.) ut in epigraphe ad calcem posita adnotatur.

DXLII.

Codex in 8. chartac. foliorum 68, arabico sermone, charactere vero africano conscriptus; quo continentur.

Variae Mahometanorum preces. Is codex ad XIII. Christi saeculum videtur referendus.

DXLIII.

Codex in 12. chartac. foliorum 143, africano-arabicis plerumque litteris conscriptus; quo continetur.

Collectio variarum superstitionum, cum signis et figuris. Is codex haud una manu scriptus, ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

DXLIV.

Codex in 12. bombyc. foliorum 99, arabicis litteris et sermone nitide conscriptus; quo continentur.

Sermones varii subtiles de secta traditionaria in lege mahometana; auctore Gelaleddino. Is codex ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

DXLV.

Codex in 8. bombyc. paginarum 590, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Expositio professionis fidei, cui titulus *margarita pretiosa*, in XIII. capita distributa. Is codex, olim collegii Maronitarum, est ex libris Iacobitarum, quoniam ibi dicitur in Christo una voluntas, una operatio etc.; exaratusque videtur saeculo Christi XV.

DXLVI.

Codex in 4. chartac. foliorum 144; quo continetur.

Lexicon italico-arabicum, auctore patre Antonio de Badulato. Pertinuit olim ad bibliothecam coenobii urbani Franciscanorum in monte aureo.

DXLVII.

Codex in 8. chartac. foliorum 189, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Miscellanea varia; scilicet pag. 1. logica, auctore Scemsi, scripta anno Domini 1625, ut pag. 79. adnotatur. Pag. 80. epistola S. Iohannis damasceni, cum eiusdem logica in 53. capita distributa. Pag. 184. exercitatio arabica super alcorani verba.

DXLVIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 21, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

1. Pag. 1. a terg. tertium caput alcorani. 2. Pag. 9. alcorani caput de familia Amrau. In utroque capite agitur de apostolis, de Iesu, de Maria, de Zacharia, de Abraham, de Israëlitis etc. Is codex saeculo Christi XV. videtur exaratus.

DXLIX.

Codex in 8. chartac. foliorum 29, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Isagoge in logicam, auctore Iehia inter Mahometanos celeberrimo. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

DL.

Codex in 8. bombyc. foliorum 79, arabicis litteris et sermone conscriptus, quo continetur.

Differentia, quae intercedit inter christianam religionem et moslemiticam: quarum prior comprobatur ex ipsis Turcarum dictis; cum responsione ad nonnullas eiusdem sectae doctorum obiectiones circa unicam substantiam, et trinitatem personarum. etc. Opus in duas partes distributum, cum conclusione in fine operis. Is codex absolutus fuit feria 3. mensis septembris, die festo sanctissimae crucis, anno hegirae 1063, manu diaconi Iohannis cognomento Bazi monachi, ut in calce legitur.

DLI.

Codex in 8. chartac. foliorum 231, arabicis litteris et sermone nitide

conscriptus ; quo continentur.

Elegantissima Mahometanorum adagia alphabetico ordine digesta; cum singulorum adagiorum interpretatione, et varia eorum significatione, iuxta sensum diversorum eiusdem sectae doctorum. Is codex principio, medio, ac fine mutilus, exaratus videtur saeculo Christi XVI.

DLII.

Codex in 4. chartac. paginarum 219, arabicis litteris et sermone conscriptus ; quo continentur.

Variae historiae spirituales, et salutaria monita, ex vitis SS. Patrum, praesertim vero ex prato spirituali Sophronii, deprompta. Is codex ad XVIII. Christi saeculum videtur referendus.

DLIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 218, arabicis litteris et sermone conscriptus ; quo continetur.

Opus inscriptum *collectio prodigiorum* ; quo 1. explicatur tabula geographica ab auctore mahometano variis coloribus delineata, quae innumeris redundat erroribus, praesertim ubi loquitur de globi terrestris positione. 2. Exponitur distantia, seu mensura locorum, cum descriptione urbium. Cum vero Roma describitur, ait auctor in ea esse ingens templum, cuius altare est e smaragdo compactum; habere centum portas, quarum decem auro coutectas, reliquas vero ex aere purissimo conflatas : urbis dominatum spectare ad regem, cui nomen Papa. Pag. 74. a terg. 3. De insulis, maribus, fluminibus, montibus, et vallibus, cum expositione illarum rerum, quae admiratione dignae existimantur. 4. De fructibus, et herbis, earumque virtutibus, et proprietatibus. 5. Tractatus de scacchiorum ludo. Is codex, olim collegii Maronitarum, exaratus fuit manu Mrad ben-Mustapha anno hegirae 1074. (Christi 1663.) ut in calce adnotatur.

DLIV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 231, arabicis litteris et sermone conscriptus ; quo continentur.

Variae Turcarum narrationes plerumque vanae. Is codex principio ac fine mutilus, conscriptus fuit ab Abd al-Chader ben-Ahmed Aldehan, et ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

DLV.

Codex in 8. chartac. paginarum 518, arabicis litteris et sermone nitidissime conscriptus; quo continentur.

Controversiae, cum explicatione doctrinae christianae, per modum dialogi. Is codex scriptus fuit Alepi a P. Francisco comensi franciscano, anno Domini 1643, ut in fronte exponitur; ubi etiam praeit index singulorum capitum.

DLVI.

Codex in 8. chartac. foliorum 281, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Pag. 1. S. Iohannis chrysostomi homilia de Christi baptismo. Pag. 11. Eiusdem homilia de expositione orationis dominicae. Pag. 21. Eiusdem homilia de arbore fici. Pag. 29. diversi auctoris homilia de Lazaro et epulone, dicenda feria 6. hebdomadae 7. ieiunii. Pag. 35. S. Ephraem syri homilia de caeco nato, dicenda dominica 6. ieiunii. Pag. 41. S. Iohannis chrysostomi homilia de paenitentia, recitanda feria 3. paschatis. Pag. 47. S. Ephraem de muliere peccatrice Magdalena, dicenda feria 6. ieiunii. Pag. 57. S. Iohannis chrysostomi homilia de feria 5. maioris hebdomadae, et lotione pedum a Christo apostolis facta. Pag. 63. S. Iohannis chrysostomi homilia de Iuda proditore, dicenda ad matutinum feriae 4. hebdomadae paschatis. Pag. 69. S. Iohannis chrysostomi homilia de resurrectione Lazari. Pag. 73. Eiusdem homilia de explicatione psalmi 6, dicenda 3. hebdomada ieiunii. Pag. 87. Eiusdem homilia de filio prodigo, dicenda dominica tertiae hebdomadae ieiunii. Pag. 107. Nonnullorum SS. patrum expositiones de claudo a Christo sanato. Pag. 122. Eorumdem de Samaritana, recitanda dominica 4. ieiunii. Pag. 128. S. Gregorii theologi homilia de tentatione Christi, dicenda dominica 2. ieiunii. Pag. 145. Lectio ex S. Iohanne chrysostomo in dominica 5. ieiunii. Pag. 172. Lectio ex S. Iohanne chrysostomo de decem virginibus, dicenda feria 3. paschatis. Pag. 173. Lectio ex S. Iohanne chrysostomo, in die palmarum. Pag. 188. Lectio ex S. Iohanne chrysostomo de resurrectione Lazari, ac de fratre eius, et de Elia propheta, recitanda vel die sabbati de Lazaro, vel dominica palmarum ad matutinum. Pag. 200. Lectio ex S. Iohanne chrysostomo de negatione Petri apostoli, dicenda hora 1. feriae 5. Pag. 208. Lectio ex S. Iohanne chrysostomo, dicenda feria 5. dominicae 1. ieiunii. Pag. 218. Lectio ex SS. patribus de egressu ab ecclesia ante missam, et de eo quod peragitur in ecclesia. Pag. 249. Paraenesis S. patriarchae Matatai collecta ex sanctis libris, de puritate. Pag. 260. Paraenesis ex dictis SS. patrum ecclesiae doctorum,

ad populum christianum in quibuslibet sanctis locis degentem. Pag. 269. Alia paraenesis ex SS. patribus collecta. Is codex exaratus videtur saeculo Christi XVI.

DLVII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 88, arabicis litteris et sermone nitidissime conscriptus; quo continetur.

Evangelium S. Iohannis apostoli et evangelistae. Is codex, olim collegii Maronitarum, exaratus videtur saeculo Christi XVII.

DLVIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 139, arabicis litteris et sermone nitidissime conscriptus; quo continetur.

Opus inscriptum *liber favillae ferri ignarii*, poëticum ingeniosissimum et eloquentissimum, in quo expromuntur omnes figurae stili poëtici, versuumque arabicorum differentiae. Auctor huius operis est Abi-Alhola Ahmed ben-Abdalla ben-Salaiman Almobarri. Is codex absolutus fuit die dominica prope finem mensis rabii posterioris, anno hegirae 1028. (Christi 1618.) Babylone, manu cuiusdam Nasr-Allah ben-Saleh, ut in epigraphe ad calcem posita adnotatur.

DLIX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 289, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Matthaei, Marci, Lucae, et Iohannis evangeliorum fragmenta, quae duorum exemplarium partes sunt.

DLX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 130, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Homiliae SS. Iohannis chrysostomi, Epiphanii, Isaaci, et aliorum SS. patrum. Is codex exaratus videtur saeculo Christi XVII.

DLXI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 71, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Grammatica arabica incerti auctoris innumeris scholiis marginalibus et interlinearibus locupletata, sed fine mutila. Is codex ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

DLXII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 208, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Grammatica arabica, auctore anonymo mahometano, quae XVI. Christi saeculo videtur adtribuenda. Sed notandum, folia a 1. ad 9. exclusive, perverso ordine fuisse colligata, ita ut ad codicis finem sint transferenda. Ultimum quoque folium 208, inverso ordine iacet. Codex initio et fine mutilus.

DLXIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 225, arabicis litteris et sermone conscriptus, quo continentur.

Sermones ascetici. Is codex principio, medio ac fine mutilus, exaratus videtur saeculo Christi XIV.

DLXIV.

Fragmentum codicis arabici foliorum 54, quo continetur.

Historia belli cuiusdam inter Mahometanos, Graecos, et Persas.

DLXV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 224, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Ismaëlis ben-Homad Algiauhari lexicon ordine alphabetico dispositum. Is codex exaratus fuit anno hegirae 894. (Christi 1488.) ut in calce legitur.

DLXVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 255, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Liber inscriptus *hortus sanctorum patrum monachorum*. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

DLXVII.

Codex in 12. bombyc. foliorum 276, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continentur.

1. Mohammedis al-Meki opuscula duo de observandis regulis in oratione praecepti, et praeter praeceptum. 2. Sceik Ali ampla orationis faciendae declaratio, ex praecedentibus opusculis desumpta. 3. Varii tractatus anonymi de aeternitate, et trinitate Dei, de mundi creatione, et de reliquis religionis mahometanae praecipuis fundamentis. Is codex exaratus fuit anno hegirae 1028. (Christi 1618.)

DLXVIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 176, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

B. Pauli apostoli epistolae. Is codex, principio mutilus, ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

DLXIX.

Codex in 12. bombyc. foliorum 223, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Explicatio somniorum cuiusvis generis, auctore ben-Sirin. Is codex exaratus videtur saeculo Christi XVI.

DLXX.

Codex in 8. oblong. chartac. foliorum 97, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continentur.

Capitula duo; quorum in priore habentur sententiae ex evangelio depromptae, viamque munientes ad ea quae in seq. cap. dicenda sunt. In posteriore capitulo sunt quaedam disputationes, sumpta occasione ex aliquot alcorani locis, quae christianam fidem confirmant. Opus fidei praeconibus in oriente non inutile.

DLXXI.

Codex in 12. bombyc. foliorum 243, arabicis litteris et sermone varia manu conscriptus; quo continetur.

Sceik Mohammedis al-Busri poëma nobilissimum, cui titulus *Chasidat Al-*

burde, cum perpetuo commentario. Eiusdem auctoris fabulae seu morales sermones. Pag. 25. a terg. Aliud simile poëma, auctore Abdallah Allazhari. Pag. 100. Recensentur prodigia in alcorano descripta. Pag. 167. a terg. Recensentur 40. fabulosi casus. Pag. 201. Narratio persice conscripta. Pag. 205. a terg. De nonnullis alphabeti litteris, vanaque ipsarum mystica declaratione. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

DLXXII.

Codex in 8. chartac. foliorum 81, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Mahometanorum preces, et alcorani laudatio, ubi etiam plures futiles vanaeque narrationes ponuntur. Is codex, medio et fine mutilus, ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

DLXXIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 103, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Liber *Sufi* complectens praecepta moralia Mahometanorum, et varia documenta ad eorum sectam confirmandam. Is codex scriptus fuit anno hegirae 873. (Christi 1468.) ut pag. 77. adfirmatur.

DLXXIV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 183, arabicis litteris et sermone nitidissime conscriptus; quo continentur.

1. Varia christianae fidei dogmata per parabolas designata. 2. Romanorum pontificum series usque ad Innocentium X. Is codex conscriptus fuit a patre Bonaventura cappuccino in urbe Beroea, seu Alepo (diversa tamen est quandoque manus) anno Domini 1651.

DLXXV.

Codex in 12. chartac. autographus, foliorum 316, quo continetur.

Liber Thomae a Kempis arabice conversus a P. Antonio hierosolymitano ex ordine S. Francisci. Accedunt in fine meditationes et preces ante et post confessionem sacramque synaxim. Is codex exaratus fuit anno Domini 1741, ut in calce adnotatur.

DLXXVI.

Codex in 12. chartac. foliorum 147, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Psalmi CL. Davidis prophetae, quibus subtexitur psalmus extra numerum. Accedunt in fine pag. 135. cantica prophetarum Moysis, Samuelis, Habacuc, Isaiae, trium puerorum, et Zachariae. Is codex ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

DLXXVII.

Codex in 12. chartac. foliorum 167, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Variae conciones cuiusdam missionarii. Is codex ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

DLXXVIII.

Codex in 12. chartac. foliorum 104, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo comprehenditur.

Tractatus de philosophia et logica, nec non de cognitione vocabulorum, auctore celebri Iohanne presbytero damasceno. Is codex ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

DLXXIX.

Codex in 12. bombyc. foliorum 261, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, quo continentur.

Meditationes et varia spiritualia exercitia ad mores componendos, pietatemque comparandam. Is codex, collegii olim Maronitarum, in IV. partes divisus, scriptus videtur saeculo Christi XVIII. Praeit singulorum capitum index.

DLXXX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 231, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continentur.

1. *Poëmatia septem* in laudem Mahometis et aliquot adseclarum eius, stilo venusto elucubrata, cum adiunctis commentariis. 2. *Monita* seu praecepta, quae fabulantur Ghiaei suum prophetam morientem tradidisse Ali ebn-Abi Tha-

leb patrueli et genero suo. 3. *Chutebet al-beian , sermo demonstrationis.* Sunt autem vanae quaedam adfirmationes de praerogativis excelsis Ali ebn-Abi Thaleb 4. Sermones vani XL. de virtutibus et excellentia praedicti Ali, quem Persae totaque secta Ghiaeorum legitimum Mahometis successorem adfirmant. Ita Georgius Strachanus codicis olim dominus.

DLXXXI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 192, arabicis litteris et sermone nitidissime conscriptus ; quo continentur.

1. Psalmi Davidis prophetae usque ad paginam 127. Titulus libri auro ornatuque varii coloris condecoratur, psalmorum numeri, aliarumque precum tituli, aureo charactere describuntur. In paginis 1. 2. et 171, figurae quaedam distinctis coloribus auro minioque affabre depictae conspiciuntur. 2. Pag. 27. et seqq. variae preces ad B. Virginem, aliaeque matutinae, vespertinae, et nocturnae ex variis prophetis desumptae, nec non aliae die veneris et dominicis recitandae. A pag 2. ad pag. 90. habetur in margine psalmorum expositio armeniace minutissimo ac nitidissimo charactere conscripta. A pag. vero 91. ad pag. 161. tam psalmi quam reliquae preces minutissimo aeque ac nitidissimo graeco charactere scriptae leguntur in margine. Is codex exaratus videtur saeculo Christi XV.

DLXXXII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 202, arabicis litteris et sermone nitide conscriptus; quo continentur.

Varii tractatus de recta pronunciatione arabicarum litterarum, de recta alcorani lectione, et de variis fabulis moralibus, desumpti ex auctoribus Hasen ben-Scieggiah Tuano, Abu-Abdallah ben-Ahmed etc. Is codex exaratus fuit anno hegirae 980. (Christi 1572.) ut in calce adnotatur.

DLXXXIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 74, arabicis litteris et sermone nitide descriptus; quo continentur.

1. Pag. 11. a terg. epigrammata poëtae Kahb ben-Zahir Abi-Salma. 2. Pag. 26. a terg. epigrammata Kartabi, quibus de arabicae linguae vocalibus disserit, adiectis notis interlinearibus. 3. Pag. 32. a terg. alia epigrammata Iosephi ben-Chalifat Aldegiaili cum notis interlinearibus. 4. Pag. 57. Sepha-Aldin variae eruditiones de arabica lingua cum scholiis interlinearibus. 5. Pag. 69. a terg.

epistola sultani Salomonis ad scerifum Kahabe, cum huius responsione. 6. Pag. 70. nonnulla dicta Mahometis. Is codex ad XVI. saeculum videtur referendus.

DLXXXIV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 238, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

1. Expositio versiculorum aliquot e psalmis, qui prophetice Christum praenuntiant. 2. Sequuntur 151. psalmi Davidi vulgo inscripti; qui tamen, ut in codice adfirmatur, non sunt omnes Davidis, sed variorum auctorum, qui item nominantur. 3. Inseruntur varia cantica, scilicet Moysis prophetae, Annae matris Samuelis prophetae, Habacuch prophetae, B. Mariae virginis, Zachariae sacerdotis, Simeonis sacerdotis, Ezechiae regis cum addidit ei Deus alios quindecim vitae annos, Manassis regis quum esset in ventre tauri aenei. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

DLXXXV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 89, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Liber inscriptus *clavis*, qui complectitur rhetoricam arabicam. Is codex ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

DLXXXVI.

Codex in 12. bombyc. foliorum 136, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Orationes diurnae et nocturnae ad usum Graecorum. Is codex fine mutilus, conscriptus fuit anno Christi 1542, ut pag. 109. a tergo, diversa tamen manu, adnotatum legitur.

DLXXXVII.

Codex in 12. bombyc. foliorum 188, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Grammatica arabica, ubi de sermonis elegantia. Is codex exaratus fuit anno hegirae 1023. (Christi 1614.) ut in calce legitur.

DLXXXVIII.

Codex in 16. chartac. foliorum 150, partim arabicis partim latinis litteris exaratus; quo continetur.

Arabica exercitatio, cum versione itala, ad erudiendos arabicae linguae studiosos. Is codex ad XVI. Christi seculum videtur referendus.

DLXXXIX.

Codex in 16. chartac. foliorum 241, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Tria evangelia Matthaei, Marci, et Iohannis, diverso tamen capitum ordine a latina vulgata. Is codex ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

DXC.

Codex in 16. bombyc. foliorum 138, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Septem orationes diurnae et nocturnae ad usum Coptitarum. Is codex ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

DXCI.

Codex in 16. chartac. foliorum 215, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Variae preces per anni circulum distributae. Is codex ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

DXCII.

Codex in 16. bombyc. foliorum 51, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Mahometani anonymi acris responsio contra illos, qui Mahometi non credunt, neque eius prodigiis. Is codex a Simonio Assemano collegio Maronitarum dono datus, exaratus fuit saeculo Christi XVI.

DXCIII.

Codex in 16. bombyc. foliorum 369, arabicis litteris et sermone nitide conscriptus; quo continetur.

Mahometis alcoranus. Is codex ad XIV. Christi seculum videtur referendus.

DXCIV.

Codex in 16. bombyc. foliorum 241, arabicis litteris et sermone varia manu conscriptus; quo continentur.

Miscellanea varia; scilicet, pag. 1. variae turcicae exercitationes. Pag. 4. arabicae exercitationes cum versione italica nonnullarum vocum. Pag. 100. exercitationes arabicae cum versione turcica et italica. Pag. 138. nonnullae fabulae diversa manu asiatico stilo affabre conscriptae. Is codex ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

DXCV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 21, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Varii Mahometanorum ascetici sermones. Codex mutilus; incipit enim a parte XXII; exaratusque videtur saeculo Christi XV.

DXCVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 44, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Introductio ad logicam tironibus accommodata. Is codex, olim collegii Maronitarum, ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

DXCVII.

Codex in 16. bombyc. foliorum 91, arabicis litteris et sermono conscriptus; quo continentur.

Panegyrici in aliquot Aegypti martyres ab Ariano praeside pro Christi fide interfectos, ubi eorum vita breviter exponitur ab auctore coptita. Pag. 48. Narratur conversio ad fidem ipsius Ariani, eiusque pro fide martyrium: tum pag. 52. dicitur Pontius Pilatus in Deum Christum credidisse, et martyrio fuisse coronatus. Is codex, olim collegii Maronitarum, scriptus fuit a diacono Absade filio Matthaei anno martyrum 1263. (Christi 1547.)

DXCVIII.

Codex in 16. bombyc. foliorum 316, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Alcoranus integer, aureis punctis ornatibusque distinctus.

DXCIX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 112, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Liber merah al-ruah fi tasrif; quae est *grammatica arabica*; auctore Ahmad ben-Ali, ben-Mashud. In fine coniugationum amanuensis sic. *Absolvi hunc* (librum), *mane diei sabbathi*, *mense hitab*, *ego pauper et prorsus indigens veniae Dei*, *Ali ben-Mustaphae*, *ben-Chaliphae*. *Sit misericordia Dei super omnes*; *glorificetque Deus eorum statum*, *illuminetque eorum corda*. *Anno hegirae* 968. (Christi 1690). Opus bonum rarumque.

DC.

Codex in 4. bombyc. foliorum 320, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continentur.

Regulae logices, seu commentarius in epistolam *sciemscie*, id est *solarem*. Opus mittitur ad emirum Ahmad.

DCI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 25, arabicis litteris et sermone conscriptus, recens; quo continentur.

Elementa linguae arabicae cum textu latino interlineari.

DCII.

Codex in 8. chartac. foliorum 295, arabicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Collectio vocabulorum instar lexici, quae partim italice quoque explicantur.

DCIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 189, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continentur.

Quatuor evangelia, praecedentibus canonibus eusebianis et summariis capitum evangelicorum. In calce scribit Marcus servus se emisse hunc codicem anno hegirae 749 (Christi 1371.) Hierosolymis. Sequitur narratio quaedam fabulosa.

DCIV.

Codex in 8. chartac. paginarum 629, carsciunicus, recens.

Psalmodia; id est horae diurnae et nocturnae, itemque officium B. Virginis, et defunctorum.

CODICES VATICANI ASSEMANIANI

CODICES ARABICI

VEL A CHRISTIANIS SCRIPTI VEL AD RELIGIONEM CHRISTIANAM SPECTANTES.

DCV. (ASSEMANIANUS 1.)

Codex in fol. maximo bombyc. foliorum 513, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Pentateuchus Mosis, in lectiones per annum iuxta ritum syrorum Maronitarum distributus; insertis passim scholiis ex sacris interpretibus. Versio haec arabica differt ab editis, estque identidem ad syriacam collata. Is codex absolutus fuit feria tertia, die 9. mensis sceuval, anno hegirae 869, Graecorum 1776, die 2. iulii (Christi 1464.) quemadmodum in calce, eadem qua totus codex scriptus est, manu adnotatur.

DCVI. (A. 2.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 295, arabicis litteris et sermone eleganter scriptus; quo continetur.

Pentateuchus Mosis, cum scholiis ex sacris interpretibus, in lectiones per annum iuxta ritum Coptitarum distributus. Is codex absolutus fuit feria tertia, die 19. mensis epiphi, anno SS. martyrum 1060. (Christi 1344.) uti in fine adnotatur.

DCVII. (A. 3.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 114, arabicis littoris et sermone elegantissime exaratus; quo continetur.

Psalterium Davidis, cum decem canticis ex vetere et novo testamento, in septem hebdomadae dies distributum. Is codex scriptus fuit a Iosue hierosolymitano syrorum Iacobitarum antistite, anno Christi 1682, ad usum Michaëlis, filii Iohannis, hierosolymitani; quemadmodum in fine adnotatur.

DCVIII. (A. 4.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 163, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continentur.

Psalmi Davidis, et decem cantica cum variis lectionibus ad marginem adnotatis. Is codex ad decimum sextum Christi saculum videtur referendus.

DCIX. (A. 5.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 44, arabico sermone et litteris minutissimis, sed multo nitidissimis, exaratus; quo continentur.

Psalmi Davidis cum decem canticis; item *quatuor evangelia*, cum indice lectionum evangelicarum per anni circulum in divinis officiis recitandarum, duabus laterculis disposita, iconibus Davidis regis, et quatuor evangelistarum, minio et auro adfabre pictis, exornata. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

DCX. (A. 6.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 257, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continentur.

Quatuor Iesu Christi evangelia; praemissis unicuique evangelio praefatiunculis incerti auctoris, una cum summa capitum evangelicorum. Accedit in calce kalendarium sanctorum, cum indice evangeliorum quae ad vesperas, matutinum, et missam, in festis ieiunii, sabbathis, dominicis, et feriis quarta et sexta per annum, iuxta ritum ecclesiae alexandrinae Coptitarum, leguntur. Is codex scriptus fuit Cahirae, anno martyrum 1007. (Christi 1291.) Pertinuit olim ad Abu-Isaac Benassali (qui fortasse auctor est praedictarum praefatiuncularum) quemadmodum in clausula adnotatur.

DCXI. (A. 7.)

Codex in fol. m. bombyc. foliorum 133, arabicis litteris et sermone elegantissime scriptus; quo continentur.

Quatuor Iesu Christi evangelia. Is codex exaratus fuit anno mundi 7212. (Christi 1714.) uti in fine adnotatur.

DCXII. (A. 8.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 330, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continentur.

Lectiones ex actibus apostolorum, epistolis divi Pauli, et septem catholicis, per anni circulum; adiectis earumdem expositionibus ex sacris interpretibus, iuxta ritum graecorum Melchitarum. Accedit kalendarium sanctorum, a mense septembri, a quo orientales anni initium auspicantur, ad finem augusti. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

DCXIII. (A. 9.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 252, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continetur.

Apocalypsis S. Iohannis apostoli et evangelistae, cum commentariis *Cornelii a Lapide*, ex latino in arabicum sermonem a *Iosepho de Georgiis* maronita alepensi conversis, et a *Gabriele Farahat* ex-monacho S. Antonii abbatis, alepensi archiepiscopo, ad arabicae linguae regulas emendatis. Praeit praefatio arabici interpretis, qui sub initium saeculi XVIII. hanc versionem ad umbilicum perduxit.

DCXIV. (A. 10.)

Codex in fol. chartac. foliorum 476, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continentur.

Cardinalis Roberti Bellarmini commentarii in psalmos Davidis, a quodam apostolico missionario (*Petro Fromagio*) e latino idiomate in arabicum conversi, et in tres tomos distributi. Tomus I, a psalmo I. ad psalmum XL, praemissa praefatione arabici interpretis, qui circa medium saeculum XVIII. in Syria decessit.

DCXV. (A. 11.)

Codex in fol. chartac. foliorum 459, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedens codex, manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *card. Bellarmini* commentariorum in psalmos Davidis tomus II, a psalmo XLI. ad psalmum CX.

DCXVI. (A. 12.)

Codex in fol. chartac. foliorum 441, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedentes duo codices, manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *card. Bellarmini* commentariorum in psalmos Davidis tomus III, a psalmo CXI. ad psalmum CL.

DCXVII. (A. 13.)

Codex in 8. bombyc. paginarum 627, carsciunice, seu arabice litteris syriacis, elegantissime exaratus; quo continentur.

1. Officium deiparae virginis Mariae. 2 Officium defunctorum, cum psalmis paenitentialibus et litaniis sanctorum. 3. Officium s. crucis. 4. Officium sancti Spiritus. 5. Preces variae. 6. Symbolum S. Athanasii; omnia ex latino in arabicum sermonem conversa ab anonymo collegii urbani Maronitarum alumno, anno Christi 1716, uti in fine adnotatur.

DCXVIII. (A. 14.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 357, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continetur.

Euchologium sive pontificale et rituale Graecorum e graeco arabicum redditum in usum Melchitarum, qui dogmata et ritus Graecorum profitentur, ab Euthymio apamensi, patriarcha antiocheno eorumdem Melchitarum, dum esset Alepi metropolita, collectum: approbatum item a Macario antiocheno Melchitarum patriarcha, qui Meletius appellabatur, dum alepensem ecclesiam metropolita regeret anno Christi 1643, hegirae 1043; et ab eodem missum ad papam Alexandrum VII. anno 1662. ut typis imprimeretur; quemadmodum ex supradicti patriarchae Macarii praefatione, eidem euchologio praefixa, liquet. Dividitur in capita CXVIII, quibus sacramentorum omnium administrationis ritus, nec non benedictiones et absolutiones diversae exhibentur, hoc ordine.

Caput 1. Ordinatio anagnostae, qui legit et psallit in ecclesia. Caput 2. Ordinatio suddiaconi, qui ministrat in ecclesia. Caput 3. Ordinatio dia-

coni evangelici (quem interpres vocat archidiaconum.) Cap. 4. Ordinatio sacerdotis, seu presbyteri. Cap. 5. Ordinatio chorepiscopi; quae graece non exstat. Cap. 6. Ordinatio summi sacerdotis, sive episcopus sit sive metropolita. Cap. 7. Ordinatio patriarchae. Cap. 8. Oratio super mulierem puerperam, post quadraginta a partu dies. Cap. 9. Impositio nominis puero, octava ab eius nativiiate die. Cap. 10. Mulieris post partum praesentatio in ecclesia. Cap. 11. Oratio super mulierem, cum abortum facit. Cap. 12. Quem oporteat ex haereticis rebaptizari, et quem secus? deque iis, qui ab haeresi ad ecclesiam revertuntur; aut quinam communione haereticorum polluantur, quinam secus. Cap. 13. Ordo sancti baptismi. Cap. 14. Oratio solutionis cinguli super baptizatum, die septima post baptismum. Cap. 15. Oratio in tonsura capitis. Cap. 16. Ordo sponsalium. Cap. 17. Ordo coronationis sponsorum in primis nuptiis. Cap. 18. Solutio coronae sponsorum die octava. Cap. 19. Ordo tertiarum quartarumque nuptiarum. Cap. 20. Ordo orationis sancti olei. Cap. 21. Ordo parvae benedictionis aquae. Cap. 22. Ordo benedictionis sollemnis aquae in die theophaniorum. Cap. 23. Ordo tirocinii monachorum, seu habitus novitiorum. Cap. 24. Ordo parvi habitus monachorum, et monialium. Cap. 25. Ordo magni habitus monachorum. Cap. 26. Oratio cum deponitur cucullus monasticus die septima.

Cap. 27. Ordo exequiarum in funere saecularium. Praemittitur Theodori patriarchae (nimirum Balsamonis) responsio an liceat sepelire mortuos in ecclesia? Cap. 28. Exequiae monachorum, et monialium, nec non sacerdotum religiosorum, ac pontificum. Cap. 30. Exequiae sacerdotum. Cap. 31. Oratio super puteum, in quem quid immundum ceciderit. Cap. 32. Oratio super vas vini, olei, mellis, aut similium, in quod quid immundum ceciderit. Cap. 33. Oratio super vas pollutum. Cap. 34. Oratio super frumentum, aut farinam, aut alia huiusmodi, in quae quid pollutum ceciderit. Cap. 35. Oratio in fundamento domus ponendo. Cap. 36. Oratio, cum quis domum novam ad habitandum ingressurus est. Cap. 37. Oratio in fundamento ecclesiae ponendo. Cap. 38. Oratio quum defigitur crux in fundamento ecclesiae novae ponendo. Cap. 39. Oratio super sanctam mensam, quae mota sit. Cap. 40. Oratio super ecclesiam ab haereticis pollutam. (Scriptum Tarasii patriarchae est.) Cap. 41. Oratio super ecclesiam a paganis pollutam. Cap. 42. Oratio super ecclesiam, in qua hominem repentina morte interire contigerit. Cap. 43. Ordo servandus in feria quinta maioris hebdomadae cum sancta mensa abluitur. Cap. 44. Oratio super sanctam mensam, quum eius apparatus renovatur. Cap. 45. Ordo sacri chrismatis. Cap. 46. Ordo benedictionis primae mensae. Cap. 47. Oratio super primitias oblationis horreorum. Cap. 48. Oratio super primitias fructuum. Cap. 49. Oratio super granum coctum, quod offertur in festis martyrum. Cap. 50. Oratio super eum, qui

se ipsum iureiurando adstrinxit. Cap. 51. Oratio dicenda ab eo, qui turpe somnium videns expergiscitur, antequam polluatur. Cap. 52. Oratio adversus tentationem fornicationis. Cap. 53. Oratio dicenda ab eo, qui fornicationis tentatione oppugnatur. Cap. 54. Oratio pro eo, qui falsum iusiurandum edidit. Cap. 55. Oratio pro eo, qui temere iuravit. Cap. 56. Oratio pro eo, qui immundum quid manducavit. Cap. 57. Oratio dicenda pro eo, qui turpibus cogitationibus oppugnatur. Cap. 58. Oratio dicenda pro peccatore paenitentiam agente. Cap. 59. Oratio dicenda pro peccatoribus paenitentiam agentibus.

Cap. 60. Oratio seu absolutio dicenda super paenitente defuncto. Cap. 61. Absolutio defuncti ab excommunicatione et maledicto. Cap. 62. Oratio pro quibusvis morbis et infirmitatibus. Cap. 63. Oratio in putei novi defossione. Cap. 64. Oratio in nova vinea plantanda. Cap. 65. Oratio pro vindemia. Cap. 66. Benedictio vini. Cap. 67. Oratio super agrum, vineam, sive hortum, si ab insectis, aut aliis animalibus noxiis devastari contigerit. Refertur heic historia S. Tryphonis martyris, qui Campsadum pagum dicitur precibus suis ab insectorum infestatione liberasse. Cap. 68. Oratio super sementem. Cap. 69. Benedictio retium. Cap. 70. Oratio ad compingendam navim. Cap. 71. Oratio SS. septem Puerorum, dicenda super aegrotum insomnem. Cap. 72. Oratio pro sale benedicendo. Cap. 73. Oratio ad pueri adoptionem perficiendam. Cap. 74. S. P. N. Iohannis chrysostomi archiepiscopi exhortatio in magna feria V. Cap. 75. Eiusdem exhortatio in magna dominica paschatis. Cap. 76. Oratio ad benedicendum carnium esum in sancto et magno die paschatis. Cap. 77. Oratio ad caseum, et ova benedicenda. Cap. 78. Oratio super domum a malis daemonibus infestatam. Cap. 79. Oratio ad fornacem benedicendam. Cap. 80. Oratio dicenda pro puero scholam ingrediente, ut lectionem sacrorum librorum discat. Cap. 81. Oratio pro puero hebetis ingenii. Cap. 82. Oratio pro infirmo a spiritibus immundis vexato. Cap. 83. Orationes seu exorcismi in obsessos a daemonibus, et in quamlibet infirmitatem; ac primo tres orationes Basilii magni, deinde Iohannis chrysostomi quatuor. Cap. 84. Oratio pro eo qui animam agit. Cap. 85. Oratio ad benedicendum gregem, et ovile. Cap. 86. Ordo divinae et sacrae lampadis in feria V. maiore. Cap. 87. Ordo adorationis, ad vesperas dominicae pentecostes. Cap. 88. Ordo ad vigilias, supplicationes, et litanias. Cap. 89. Ordo orationis in pluviae penuria. Inseruntur Callisti patriarchae CP. in pluviae penuria orationes octo.

Cap. 90. Canon in terraemotus periculo, auctore Iosepho abbate. Cap. 91. Canon ad sanctam, vivificam, consubstantialem, et indivisam trinitatem, et ad omnes sanctos in pestilentis morbi periculo. Cap. 92. Orationes ad Deum in calamitate famis et penuriae, auctore Callisto patriarcha constantinopolitano. Cap. 93. Oratio in fulguris et fulminis periculo. Cap. 94. O-

ratio adversus aëris intemperiem, et maris procellam. Cap. 95. Oratio et publica supplicatio in quavis calamitate, morbo, et flagello. Cap. 96. Officium in barbarorum adventu, et gentilium incursu. Cap. 97. Canon supplex ad sanctissimam Deiparam in rumore belli, auctore Iohanne abbate. Cap. 98. Oratio in gentilium incursu, auctore Macario Philadelphiae metropolita. Cap. 99. Oratio ob gentilium dispersionem. Cap. 100. Callisti patriarchae constantinopolitani in calamitate populi, et pro imperatore, orationes tres. Cap. 101. Eiusdem Callisti oratio pro populo christiano. Cap. 102. Eiusdem Callisti oratio pro imperatore, et eius exercitu. Cap. 103. Oratio in crucis elevatione. Cap. 104. Callisti patriarchae constantinopolitani orationes duae in sacri templi encaeniis. Cap. 105. Generalis supplicationis officium. Cap. 106. Ordo orationis in elevatione panis, panegia nuncupati, cum quis iter est aggressurus. Cap. 107. Oratio pro eo qui iter terra est suscepturus. Cap. 108. Oratio pro eo qui iter mari est suscepturus. Cap. 109. Canon supplex ad sanctam Deiparam in confessione peccatoris, auctore Euthymio monacho. Cap. 110. Ordo absolutionis illorum, qui fidem abnegarunt, secundum diversas personas ac aetates, et ad orthodoxam veramque fidem revertuntur; auctore Methodio patriarcha constantinopolitano. Cap. 111. Officium pro sacerdote qui turpi somnio polluitur. Cap. 112. Oratio dicenda post compositum inimicitiarum dissidium. Cap. 113. Officium ad fraternitatem spiritualem ineundam. Cap. 114. Oratio pro quovis dolore, et morbo insanabili, sacra lancea signando. Cap. 115. Oratio absolutoria, ex pontificis persona, quam Graeci synchoreticon appellant. Cap. 116. Oratio absolutoria a pontifice, vel confessario, aut sacerdote recitanda super paeniteutem, cum est sancta sacramenta suscepturus. Cap. 117. Oratio dicenda in benedictione ramorum olivarum et palmarum in dominica hosannarum. Cap. 118. Oratio ob benedictionem uvae in festo transfigurationis Domini.

Is codex scriptus fuit a Iosepho filio Antonii, anno mundi 7140. (Christi 1632.) ut in fine adnotatur.

DCXIX. (A. 15.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 88, partim arabicis partim chaldaicis literis exaratus; quo continetur.

Euchologii Melchitarum pars; videlicet benedictio puerperae; ingressus puerperae in templum; ordo baptismi; ordo brevior baptismi; reconciliatio haereticorum; ordo desponsationis; coronatio sponsorum; benedictio bigamorum; benedictio trigamorum. Is codex ad decimum quintum Christi saeculum videtur referendus.

DCXX. (A. 16.)

Codex in fol. bombyc, foliorum 264, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continetur.

1. *Ritualis Coptitarum pars* exhibens integrum ordinem baptismi, cum benedictione puerperae, et admonitione ad patrem et ad patrinum baptizati, post baptismum et susceptionem sacrorum mysteriorum legenda; auctore ebn-Assalo. 2. *Severi Mocaffaei episcopi Asmonaeorum* coptitae historia patriarcharum alexandrinorum bipartita; pars I. a S. Marco evangelista ad Beniaminum patriarcharum alexandrinorum trigesimum octavum; pars II. ab Agathone patriarcha trigesimo nono ad Iohannem septuagesimum quartum. Accedit appendix de iis quae acciderunt populo fideli in Aegypti provinciis, ab urbe Damiata ad urbem Asuan, post obitum praedicti Iohannis patriarchae; subiecta vita regis al-Kamel Mohammad, fil. regis al-Adel Abu-Bakr, ebn-Aiub, qui regnare coepit anno hegirae 615. (Christi 1218.) Accedit catalogus episcopalium sedium, quae subsunt alexandrino Coptitarum patriarchae. Is codex exaratus fuit Alexandriae apud ecclesiam patriarchalem S. Marci evangelistae; ut in clausula partis I. adnotatur; eius autem aetas ad decimum septimum Christi saeculum videtur revocanda.

DCXXI. (A. 17.)

Codex in fol. m. chartac. foliorum 163, carsciunice, seu arabice literis syriacis, eleganter exaratus; quo continetur.

Synaxarium, seu martyrologium ecclesiae antiochenae syrorum Maronitarum, duobus dispositum laterculis. Is codex absolutus fuit ab Elia Iammin ex pago Beth-Scebab die 20. nisan (aprilis) anno Christi 1709. Eundem Simeon Evodius archiepiscopus Damasci dono dedit Iosepho Simonio Assemano, procuratori Iacobi Evodii patriarchae antiocheni in romana urbe, anno Christi 1715; quemadmodum in fine manu eiusdem archiepiscopi adnotatur, et sigillo confirmatur.

DCXXII. (A. 18.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 84, arabicis litteris et sermone eleganter scriptus; quo continetur.

1. *Synaxarium Sanctorum patriarchatus antiocheni*, collectum a *Macario* antiocheno Melchitarum patriarcha. 2. Nomina episcoporum et patriarcharum antiochenae sedis, qui septem conciliis oecumenicis interfuerunt. 3. Nomina Sanctorum, qui in patriarchatu antiocheno claruerunt, neque sunt in synaxaria

descripti. Is codex decimo septimo Christi saeculo videtur exaratus.

DCXXIII. (A. 19.)

Codex in fol. m. bombyc. paginarum 482, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, quo continetur.

Abul-Barcati, *ben-Cabari*, *presbyteri coptitae*, liber inscriptus *lampas tenebrarum*, *et declaratio officiorum*, in praefationem, et capita XXIV. divisus, quorum I. de fide in trinitatem, et incarnationem Verbi; ubi sectam iacobiticam propugnat auctor, haeresumque catalogum recenset. II. Symboli nicaeni expositiones duae, altera auctoris; altera Severi Mocaffaei episcopi Asmonaeorum; una cum historia Dioscori, Severi, et Iacobi Baradaei, quorum errores a Mocaffaeo, et Abul-Barcato admittuntur. III. De oeconomia Domini ab incarnatione usque ad ascensionem in caelum; deque apostolorum electione, et ecclesiae fundatione. IV. De gestis duodecim apostolorum, et septuaginta discipulorum. V. Sylloge canonum apostolorum, et conciliorum generalium ac particularium; nec non canones patrum, et patriarcharum alexandrinorum, et statuta imperatorum. VI. De libris canonicis veteris ac novi testamenti; item canones Ammonii, et Eusebii in evangelia: et tractatus de veritate fidei christianae. VII. Catalogus scriptorum ecclesiasticorum. VIII. De ecclesia, eiusque dedicatione. IX. De chrismate, eiusque confectione et consecratione. X. De patriarchae alexandrini electione et consecratione. XI. De episcoporum electione et consecratione. XII. De presbyterorum ordinatione. XIII. De ordinatione diaconorum, hypodiaconorum, aliorumque inferiorum clericorum. XIV. De monachis, et monasteriorum regimine. XV. De baptismo. XVI. De horis diurnis et nocturnis. XVII. De liturgia, et eucharistia. XVIII. De quadragesimali ieiunio, et hebdomada passionis. XIX. De quinquagesimali tempore, a paschate resurrectionis, usque ad pentecosten. XX. De matrimonio. XXI. De exequiis defunctorum, et oleo infirmorum. XXII. Index lectionum ex vetere et novo testamento, per annum festosque dies, iuxta ritum Coptitarum. XXIII. Kalendarium Coptitarum. XXIV. De picturis et imaginibus; de tintinnabulis; de frequentatione eucharistiae; de ture et sandracha, de conventu in ecclesia; de zonis, seu cingulis; de candelis, et lampadibus: de crucis signo, quod unico digito a Coptitis formatur; de nudatione pedum in ecclesia; de tonsione capillorum; de tonsura clericorum; de cooperiendis amictu capitibus in ecclesia; de confessione auriculari; de conservatione eucharistiae, eiusque de loco in locum translatione; de fabarum et lupinorum usu: de salis commixtione cum eulogiis; de baculorum usu in ecclesia; de octo tonis, et cantu ecclesiastico; de aqua probationis; de benedictione calicis; nomina dignitatum, et officiorum ecclesiae alexandrinae Coptitarum; elenchus li-

brorum veteris ac novi testamenti, et quorumdam operum patrum, et doctorum virorum. Opus luce dignum, utpote quod alexandrinae Coptitarum ecclesiae dogmata, disciplinam, et ritus planissime exponit. Loci e pontificali et ex rituali, nec non e liturgiis, qui in eo passim afferuntur, copticis litteris et sermone describuntur. Is autem codex ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

DCXXIV. (A. 20.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 115, carsciunice, seu arabice litteris syriacis, eleganter exaratus; quo continetur.

Stephani Aldoënsis, antiocheni Maronitarum patriarchae, commentarius in pontificale suae gentis de sacris ordinationibus, in praefationem, et quatuor partes distributus; quarum prima constat capitibus XI, altera capp. VII, tertia capp. XI, quarta capp. V. Is codex scriptus fuit anno Christi 1693, uti in fine adnotatur.

DCXXV. (A 21.)

Codex chartac. in 4. foliorum 185, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continentur.

S. Ephremi syri sermones LII. e graeco sermone in arabicum translati ab Abrahamo filio Iohannis antiocheno; ut patet ex epigraphe in calce codicis bibliothecae romanae S. Petri in monte aureo, unde hocce exemplar desumptum, adposita; quae est huiusmodi. *Transtulit hunc librum ex graeco exemplari in arabicum sermonem Abraham Iohannis filius antiochenus protospatharius, scriptor melchita; qui lectores auditoresve enixe rogat, ut preces tum pro interprete, tum pro eo qui interpretationem procuravit, fundere dignentur. Amen.* Hunc autem in ordinem sermones sunt digesti. Sermo I. Epistola ad Iohannem monachum de patientia, et ut caveat ne decipiatur a cogitationibus in vitae anachoreticae studio; et de castitate. Sermo II. Reprehensio sui ipsius, et confessio. Sermo III. De eversione superbiae. Sermo IV. De paenitentia. Sermo V. asceticus, in quo multum consolationis et compunctionis est iis, qui salvari desiderant. Sermo VI. De imitatione exemplorum, et de timore Dei. Sermo VII. Paraenesis ad eorum directionem, qui flagitiose vivunt, et honores appetunt. Sermo VIII. Rursus reprehensio sui ipsius, et confessio. Sermo IX. De recordatione affectionum et commotionum animi, cum confessione et gratiarum actione. Sermo. X. Peculiaris de paenitentia. Sermo XI. complectitur gratiarum actionem Domino, cum magna compunctione agendam. Sermo XII. Paraeneticus. Sermo XIII. Complectitur multam compun-

ctionem. Sermo XIV. Threni in patres defunctos. Sermo XV. Item threni in patres defunctos. Sermo XVI. De anima, quae ab inimico tentatur, quomodo debeat assiduis cum lacrimis Deum interpellare. Sermo XVII. De iudicio, et animi compunctione. Sermo XVIII. De patientia, et de consummatione saeculi, deque Christi adventu, ac regno iustorum. Sermo XIX. Paraeneticus ad Eulogium. Sermo. XX. Quod non sit genio indulgendum, sed potius suspirandum, atque lugendum. Sermo XXI. De secundo Domini adventu. Sermo XXII. Beatitudines. Sermo XXIII. De virginitate. Sermo XXIV. Adloquutio ad eos, qui frequenter quidem peccant, raro autem paenitentiam agunt. Sermo XXV. Confessio et deprecatio. Sermo XXVI. Paraenesis ad pietatem et puritatem in via monastica. Sermo XXVII. De iis, qui audacter cadunt, et excusant se in peccatis. Sermo XXVIII. Epistola ad fratrem lapsum, et de paenitentia. Sermo XXIX. Ad fratrem quemdam sciscitantem, ad quemnam hoc dictum pertineat, *melius est nubere quam uri?* Sermo XXX. Paraenesis ad charitatem. Sermo XXXI. Ad monachum, qui instituti sui pertaesus dicebat, *relinquam monasterium, et ad saeculum revertar, ut in eo vitam meam transigam.* Sermo XXXII. De pravis moribus, et negligentia. Sermo XXXIII. De differentia vitae monasticae a seculari. Sermo XXXIV. De passione Domini nostri, cui gloria. Sermo XXXV. De iudicio, et resurrectione. Sermo XXXVI. De continentia ab athleta exercenda. Sermo XXXVII. De patientia, et compunctione. Sermo XXXVIII. Iterum de patientia, et compunctione. Sermo XXXIX. De resurrectione mortuorum, et responsione ad hoc dictum, *nudi ingressi sumus in hunc mundum, et nudi egrediemur ex eodem.* Sermo XL. De iis qui animas decipiunt, et in fornicationem atque impudicitiam inducunt, dicentes hoc nihil mali esse. Sermo XLI. Ad quemdam fratrem de Heli sacerdote contendentem. Sermo XLII. Capita centum complectentia narrationes, colloquia, doctrinas, et paraeneses; et quomodo humilitas comparanda. Sermo XLIII. de Iuliano monacho. Sermo XLIV. De recordatione mortis, deque virtute, et divitiis. Sermo XLV. Hypomnesticon in modum epistolae. Sermo XLVI. De virtutibus et vitiis, capita brevia XXIII. Sermo XLVII. Consilium de vita spirituali ad neophytum monachum. Sermo XLIII. Paraenesis divina. Sermo XLIX. De diversitate dormitationum. Sermo L. De patientia, et compunctione. Sermo LI. Paraenesis ad fratres, qui e loco in locum absque ulla firmitate vagabantur. Sermo LII. Quod oporteat eum, qui coram fratribus legit, laboris amore legere.

Is codex descriptus fuit a Clemente Caracciolo neophyto, Romae mense septembri anno Christi 1715, quemadmodum in epigraphe ad calcem posita ipse testatur.

DCXXVI. (A. 22.)

Codex in fol. m. chartac. foliorum 477, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continentur.

Concilia quinque, duobus tomis comprehensa; praeposita praefatione *Athanasii antiocheni Melchitarum patriarchae*, qui arabicam eorumdem conciliorum interpretationem ad graecam et latinam editionem contulit atque recognovit. Tomus I. complectitur quatuor concilia, videlicet nicaenum primum, sardicense, constantinopolitanum primum, et ephesinum.

DCXXVII. (A. 23.)

Codex in fol. m. chartac. foliorum 317, arabicis litteris et sermone, eadem, qua praecedens codex, manu exaratus; quo continetur.

Conciliorum tomus alter, exhibens integrum concilium chalcedonense.

DCXXVIII. (A. 24.)

Codex in 4. bombyc. paginarum 492, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continetur.

1. *Concilium tridentinum* oecumenicum, arabice ex latino versum a *Petro Oliva*, ecclesiae alepensis Maronitarum oeconomo. 2. Eiusdem *Olivae* historia praedicti concilii tridentini. 3. Eiusdem *Olivae* historia et canones synodi, quam in monte Libano celebrarunt antiocheni Maronitarum patriarchae *Sergius* et *Iosephus*, anno Christi 1596., praesente *P. Hieronymo Dandino* Clementis VIII. ablegato, qui in adiectis duobus foliis eandem synodum latinam fecit. Is codex scriptus fuit Alepi decimo septimo Christi saeculo exeunte.

DCXXIX. (A. 25.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 8, carsciunice sive arabice litteris syriacis, exaratus; quo continetur.

Iosephi Accurensis, *antiocheni Maronitarum patriarchae*, synodus celebrata in Kesroano Libani montis, die 5. decembris, anno Christi 1644.

DCXXX. (A. 26.)

Codex in fol. m. chartac. paginarum 283, carsciunice seu arabice litteris syriacis, nitidissime exaratus; quo continetur.

Synodus libanensis Maronitarum praeside *Iosepho Simonio Assemano* Clementis papae XII. ablegato apostolico, a *Iosepho Petro Gazeno* patriarcha antiocheno, eiusque archiepiscopis et episcopis, anno 1736. in ecclesia sanctae Mariae de Loaiza celebrata. Is codex scriptus fuit ab hypodiacono Iacobo Evodio hesronita in monasterio B. V. Mariae de Loaiza, eodem anno Christi 1736. inclinante; collatusque est ad archetypum, quocum consentire testantur tres eiusdem synodi patres, nempe Tobias archiepiscopus Cypri, Ignatius archiepiscopus Tyri, et Theodulus archiepiscopus Derbae, qui fidem suam datam die 30. ianuarii anno Christi 1737. sigillis propriis muniverunt.

DCXXXI. (A. 27.)

Codex in 4. chartac. foliorum 179, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continentur.

Canones conciliorum; videlicet nicaeni concilii canones I. II. III. et IV; sardicensis; ephesini; constantinopolitani III, et carthaginiensis, quod est minorum conciliorum septimum. Praeit *historia Constantini magni*, *eiusque matris Helenae*; ubi et de haereticorum sectis, quae celebrando concilio nicaeno I. occasionem dederunt.

DCXXXII. (A. 28.)

Codex in 4. chartac. foliorum 226, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedens codex, manu exaratus; quo continentur.

Canones et constitutiones apostolorum in hunc ordinem digesti. 1. Acta apostolorum, et canones eorumdem XXX. 2. Canones apostolorum per Clementem, LXXXII. 3. Constitutiones apostolorum de sacerdotio et ecclesia, VI. 4. Constitutiones apostolorum per Clementem, LXX. 5. Constitutiones aliae apostolorum per Clementem, LVI. 6. Didascalia, seu doctrina apostolorum, in capita XXXIX. divisa. 7. Clementis canones apostolorum, ex testamento vetere desumpti. 9. Testamentum D. N. Iesu Christi post eius resurrectionem, ipsiusque sermones ad apostolos. (Est liber primus Clementis.) Praeit index canonum ecclesiae alexandrinae, quos collegit et scripsit *Macarius presbyter et monachus coptita*, in monasterio S. Macarii magni in Scete, anno martyrum 940. (Christi 1372.), a *Iosepho Simonio Assemano* carsciunice descriptus.

DCXXXIII. (A. 29.)

Codex in 4. chartac. foliorum 132, arabicis litteris et sermone, eadem,

qua praecedens codex, manu exaratus, quo continentur.

Basilicorum, seu constitutionum imperialium, libri IV; quorum primus complectitur canones XL; secundus canones CXXX; tertius canones XXVII, quartus liber capita XI.

DCXXXIV. (A. 30.)

Codex in 4. chartac. foliorum 283, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedens codex, manu exaratus; quo continetur.

I. *Synodicon Iacobitarum et Coptitarum* hocce ordine dispositum. 1. Epiphanii patriarchae constantinopolitani canones XLV. 2. Iohannis chrysostomi canones XII. 3. Sanctorum patrum canones XXXI. 4. Gregorii nysseni canones IV. 5. Patriarcharum ordo et primatus. 6. Patrum canones XXI. 7. Patrum canones alii LXXXIII. 8. Athanasii patriarchae alexandrini canones CVII 9. Eiusdem symbolum. 10. Michaëlis episcopi Damiatae canones X. 11. Christoduli patriarchae alexandrini canones XXXI. 12. Cyrilli Laclaki patriarchae alexandrini canones XXXII. 13. Gabrielis patriarchae alexandrini canones XXXII. 14. Eiusdem canones alii X. 15. Eiusdem epitome statutorum de hereditatibus. 16. Cyrilli Laclaki canones alii XII. 17. Eiusdem canones alii VIII. 18. Cahirensis synodi, sub eodem Cyrillo Laclako patriarcha alexandrino, anno martyrum 955. (Christi 1239.) celebratae, canones XVIII. 19. Eiusdem Cahirensis synodi canones alii de legatis piis et eleemŏsynis, deque festis diebus. 20. Christoduli episcopi Damiatae, et Cyrilli Laclaki patriarchae alexandrini, interrogationes et responsiones canonicae X. 21. Abu-Solhi Ionae Ebn-Abdallae, cognomento al-Sadid Ebn-Iana, collectio canonum de diversis. 22. Epitome constitutionum de hereditatibus, et gradibus consanguinitatis, ex apographo manu episcopi melchitae, nuncupati Ebn-al-Hedah, exarato, descripta. 23. Abulpharagii Abdallae ben-Attibi presbyteri, tractatus de hereditate. II. Auctoritates patrum, a Cyrillo alexandrino usque ad Christodulum eiusdem sedis Coptitarum patriarcham. (Est pars 2. operis inscripti: *fides patrum de Verbi incarnatione*, collectore *Ebn-Regia coptita*); ubi praeter multa ex S. Cyrillo producta testimonia, sequentes epistolae et orationes ferme integrae proferuntur; videlicet 1. Theodosii alexandrini oratio de sancta Trinitate. 2. Eiusdem epistola ad clerum alexandrinum, e loco exilii missa. 3. Eiusdem epistola synodica, quam in assumptione sua ad sedem episcop. scripsit Severo patriarchae antiocheno. 4. Severi antiocheni professio fidei, missa ad imperatorem Anastasium. 5. Eiusdem oratio in illud, *Deus meus*, *Deus meus*, *ut quid dereliquisti me.* 7. Eiusdem oratio habita coram imperatore Anastasio. 8. Eiusdem epistola ad praedictum imperatorem. 9. Eiusdem epistola synodica ad Iohannem alexandrinum. 11. Ia-

cobi sarugensis Batnarum episcopi, oratio de nativitate Domini. 12. Eiusdem oratio de passione Domini. 13. Beniamini alexandrini adversus eos, qui dicunt divinitatem Verbi esse mortalem. 14. Iohannis alexandrini epistola synodica ad Cyriacum antiochenum. 15. Cyriaci antiocheni epistola synodica ad Marcum alexandrinum. 16. Theodosii antiocheni epistola synodica ad Marcum alexandrinum. 16. Theodosii antiocheni epistola ad Michaëlem alexandrinum. 17. Dionysii antiocheni epistola ad Michaëlem alexandrinum. 18. Michaëlis alexandrini epistola ad Iohannem antiochenum. 19. Cosmae alexandrini epistola ad Iohannem antiochenum. 20. Eiusdem Cosmae epistola responsiva ad Basilium antiochenum. 21. Basilii antiocheni epistola ad Cosmam alexandrinum. 22. Macarii alexandrini epistola ad Iohannem antiochenum. 23. Dionysii antiocheni epistola ad Mennam alexandrinum. 24. Mennae alexandrini epistola ad Iohannem antiochenum. 25. Dionysii alexandrini epistola synodica altera ad Mennam alexandrinum. 26. Iohannis antiocheni epistola synodica ad Mennam alexandrinum, cum Romaeorum imperator ipsum Iohannem vinctum Constantinopolim adduxit; ubi, eodem imperatore praesente, disputationem habuit cum patriarcha constantinopolitano. 27. Eiusdem Iohannis altera synodica ad Mennam alexandrinum. 2. S. Philothei alexandrini epistola synodica ad Dionysium antiochenum. 29. Eiusdem Philothei epistola responsiva ad Athanasium antiochenum. 30. Athanasii antiocheni epistola synodica ad Philotheum alexandrinum. 31. Iohannis antiocheni epistola ad Zachariam alexandrinum. 32. Eiusdem Iohannis epistola responsiva ad synodicam Zachariae alexandrini. 33. Zachariae sexagesimi quarti patriarchae alexandrini epistola synodica ad Iohannem antiochenum. 34. Eiusdem Zachariae ad Iohannem antiochenum epistola, data anno hegirae 403. (Christi 1012.) 35. Senuthii alexandrini responsiva ad Dionysium antiochenum, data anno martyrum 752. (Christi 1036.) 36. Eiusdem Senuthii responsiva ad epistolam Dionysii antiocheni dat. anno martyrum 751. (Christi 1035.) 37. Dionysii antiocheni epistola synodica ad Senuthium alexandrinum. 38. Iohannis antiocheni epistola synodica ad Christodulum alexandrinum. 39. Eiusdem altera synodica ad praedictum Christodulum alexandrinum. 40. Christoduli alexandrini synodica ad Iohannem antiochenum. 41. Eiusdem Christoduli encyclica ad universos Aegypti episcopos. 42. Iohannis antiocheni synodica ad Christodulum alexandrinum (quae lecta fuit in ecclesia B. V. Mariae et S. Sergii, anno martyrum 782. (Christi 1066.) 43. Gregorii thaumaturgi anathematismi XII. 44. Iulii papae anathematismi VI. 45. Vitaliani papae anathematismi V. 46. Gregorii nazianzeni anathematismi XII. 47. Cyrilli alexandrini anathematismi XII. 48. Theodosii alexandrini anathematismi V. 49. Iohannis brullensis episcopi anathematismi XIII. 50. Cyrilli alexandrini auctoritates de Verbi incarnatione.

DCXXXV. (A. 31.)

Codex in 4. chartac. foliorum 203, arabicis litteris et sermone, eadem, qua praecedens codex, manu exaratus, quo continetur.

Synodicon Chaldaeorum sive *Nestorianorum* in hunc ordinem digestum. 1. Hippolyti archiepiscopi Romae canones XXXVIII. iussu apostolorum conditi. 2. Basilii magni canones XIII. 3. Eiusdem canones alii CVI. 4. Synodus sub Isaaco catholico Seleuciae et Ctesiphontis, seu patriarcha Chaldaeorum, et Marutha episcopo Maipheractae, seu Martyropoleos; interprete e chaldaico Elia metropolita Damasci. 5. Synodus sub Iaballaha patriarcha, et Acacio episcopo Amidae, anno 21. Isdegerdis Persarum regis; eodem Elia interprete. 6. Synodus sub Dadiesu patriarcha, anno 4. Vararanis, filii Isdegerdis, eodem Elia interprete. 7. Synodus sub Acacio patriarcha, anno 3. Balasci Persarum regis. 8. Synodus sub Babaeo patriarcha. 9. Synodus sub Maraba patriarcha, regnante Chosroë Anusciruano Persarum rege. 10. Synodus sub Iosepho patriarcha. 11. Synodus sub Ezechiele patriarcha, anno 45. Chosrois Persarum regis. 12. Synodus Iesuiabi patriarchae, anno 8. Hormisdae filii Chosrois. 13. Eiusdem epistola canonica ad Iacobum episcopum. 14. Synodus sub Sabariesu patriarcha, anno 6. Chosrois filii Hormisdae. 15. Gregorii patriarchae synodus. 16. Gregorii patriarchae canones XIX. 17. Constantini et Leonis imperatorum statuta LXI. 18. Collectanea ex Abulpharagio Abdallah ben-Attibi de matrimonio, divortio, et repudio, de contractibus, deque hereditate. 19. Timothei catholici canones CXXX. 20. Iohannis bar-Abgari canones XXVIII. 21. Monita de ministerio altaris 22. Regulae xenodochii, et scholae. 23. Narsetis canones XXII. de schola nisibena. 24. Hanani canones XXI. de eadem schola nisibena. 25. Canones scholae monachorum coenobii superioris, quod sancti Gabrielis nuncupatur.

DCXXXVI. (A. 32.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 114, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

I. *Collectio canonum*, ex libro Gregorii Barhebraei episcopi tagritensis, qui inscribitur *liber directionum*; auctore *Daniele syro iacobita*. Complectitur autem capita 17, quorum 1. de ecclesia, 2. de baptismo, 3. de eucharistia, 4. de ieiuniis, festis, et orationibus, 5. de exequiis defunctorum, 6. de ordinibus sacerdotii, 7. de sponsalibus, et matrimonio, 8. de testamentis, 9. de divisione hereditatis, 10. de venditione, et emptione, 11. de pignore, 12. de societate, 13. de deposito, 14. de mutuo, et commodato, 15. de donationibus, 16. de legato, 17. de poenis. II. *Iohannis bar-Abgari*, pa-

triarchae antiocheni syrorum Iacobitarum, canones 26. de diversis, quibus praemittitur perbrevis praefatio *Davidis emeseni* iacobitae de collectoribus canonum illius gentis; subiecto stemmate consanguinitatis. 3. *Iesuiabi Malchonis filii*, archiepiscopi nisibeni, professio fidei, quae plane orthodoxa est. 4. Anonymi tractatus de Verbi incarnatione, alia manu exaratus, sed principio mutilus. Is codex scriptus fuit a Fr. Dominico germano, ord. min. de observantia, Alepi in Syria, anno Christi 1633, quemadmodum in inferiore ora frontis nomocanonis latine ab eodem calligrapho adnotatur.

DCXXXVII. (A. 33.)

Codex in 4. chartac. paginarum 195, carsciunice seu arabice litteris syriacis, elegantissime exaratus; quo continetur.

Simonis Evodii, archiepiscopi damasceni, deinde antiocheni Maronitarum patriarchae, liber de visitatione pastorali, tripartitus; subiecta appendice, quae formulas litterarum, et edictorum pontificis, seu parochi, ad diversa ecclesiastica negotia, complectitur. Is codex scriptus fuit ab hypodiacono Iacobo Evodio hesronita die 27. septembris, anno Christi 1737, uti in calce adnotatur.

DCXXXVIII. (A. 34.)

Codex in 8. chartac. paginarum 154, charactere arabico minutissimo et sermone eleganter exaratus; quo continentur.

Horae diurnae et nocturnae ad usum Orientalium, cum kalendario sanctorum, exeunte saeculo decimo septimo exaratae.

DCXXXIX. (A. 35.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 280, carsciunice seu arabice literis syriacis, eleganter exaratus; quo continetur.

Gabrielis Benclaii lephediensis, *Cypri archiepiscopi*, ius canonicum ecclesiae antiochenae Maronitarum, duobus dispositum laterculis. Dividitur in decem titulos, capita CIX. omnino complectentes, quorum series initio praefigitur. Ibi autem agitur; 1. De erroribus Patarenorum, aliorumque haereticorum. 2. Deum esse rerum omnium visibilium atque invisibilium auctorem. 3. De sacramento paenitentiae; ubi de satisfactione, de eleemosyna, de oratione, de ieiunio, de restitutione, de paenitentia, de potestate clavium, et de indulgentiis. 4. De extremi unctione. 5. De censuris ecclesiasticis, de peccatis capitalibus, de coemeteriis, de legatis romani Pontificis, de patriarchis,

metropolitanis, et episcopis. 6. De sacramento eucharistiae, et de missae sacrificio. 7. De sacramento baptismi. 8. De sacramento confirmationis. 9. De sponsalibus et matrimonio. 10. De sacramento ordinis. Adnectitur professio fidei *Sergii antiocheni Maronitarum* patriarchae ad Pium IV. P. M. an. 1566. missa. Is codex exaratus fuit a Sergio Samareno monacho et presbytero in monasterio S. Antonii de Cuzaia, die 18. martii 1574. ad usum fratrum suorum metropolitarum Ionae et Iosephi; iisque defunctis, ad usum monasterii SS. Georgii et Antonii in castro Botnensi, temporibus Gregorii papae XIII. et Michaëlis patriarchae antiocheni; uti in clausula indicis capitum et in fine tituli de censuris adnotatur.

DCXL. (A. 36.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 215, carscinnice seu arabice litteris syriacis eadem, qua praecedens codex, manu exaratus; quo continetur.

1. Eiusdem *Gabrielis Benclaii archiepiscopi Cypri*, liber de Maronitarum religione, eorumque in unione cum ecclesia Dei perseverantia, inscriptus *beatus Maro*; in quatuor partes distributus. Pars I. cui titulus, *director morum*, de Verbi incarnatione, et duabus Christi naturis ac voluntatibus; ubi syriace describuntur octo tractatus. Videlicet 1. *sermo Severiani Gabalorum episcopi.* 2. *epistola S. Cyrilli alexandrini ad Eulogium presbyterum.* 3. *S. Leonis papae* tomus ad Flavianum episcopum. 4. *Iacobi sarugensis* paraenesis. 5. *S. Ephraem syri* sermo de Deipara. 6. *S. Isaaci syri* de duabus Christi naturis adversus Nestorium et Eutychetem. 7. eiusdem de fide et de Verbi incarnatione. 8. *S. Ephraem syri* paraenesis. Testatur autem Benclaius, se descripsisse tractatus praedictos ex codice octingentorum annorum, exarato a Salomone episcopi Beharsaphae diacono in pago Behanes. Item *bullae romanorum Pontificum* ad antiochenos Maronitarum patriarchas, e latino in arabicum ab eodem Benclaio conversae. Videlicet 1. *Innocentii III.* ad patriarcham Hieremiam, dat. 2. nonas ianuarii, indictione 3, anno incarnationis 1215, pontificatus 18. II. *Alexandri IV.* ad Simeonem patriarcham, idibus febr. indictione 14. anno 1256. pontificatus 3. III. *Callisti III.* ad Petrum patriarcham, 14. kal. iun. an. 1455. pontificat. 1. IV. *Nicolai V.* ad Iacobum patriarcham, an. 1447. 14. kal. septemb. pontificat. 1. V. *Eugenii IV.* ad Iohannem Gigaeum patriarcham, an. 1441. 17. kal. iun. pontificat. anno 11. VI. eiusdem ad eundem Iohannem, an. 1439. non. iun. pontif. 9. VII. *Pauli II.* ad Iacobum hadetensem patriarcham an. 1469. non. aug. pontificat. 5. VIII. *Leonis X.* ad Petrum hadetensem patriarcham, anno 1515.

2. Pars II. inscripta *confirmatio veritatis*: ubi 1. catalogus exhibetur romanorum Pontificum a S. Petro ad Innocentium VIII. Subiunguntur alii Pontifices,

usque ad Gregorium XIII. 2. catalogus imperatorum romanorum, ab Octaviano Augusto ad Maximilianum V. Subiunguntur alii imperatores, usque ad annum 1563. Pars III. *proclamatio fidei*; ubi 1. de Verbi incarnatione et duabus Christi naturis, totidemque operationibus et voluntatibus. 2. de processione spiritus sancti a patre et filio, adversus Iacobitas. 3. catalogus haereticorum, a Simone mago ad Origenistas. Pars IV. *renovatio charitatis*; ubi 1. de synodis. 2. de libris canonicis. 3. de scriptoribus ecclesiasticis. 4. de libris apocryphis. 5. de sacramento ordinis, deque singulorum ordinum officiis.

3. Eiusdem *Gabrielis Benclaii* epistola ad Davidem metropolitam lephediensem de sacramentis, data Beryti die 23. decembris, anno Christi 1495. Eiusdem *Gabrielis Benclaii* sermo paraeneticus ad Maronitas, quos hortatur ut vitent Elisaeum hadetensem, Ebn-Sciohban hardinensem, et Samiam lephediensem, qui Iacobitarum errores inter Maronitas spargere nitebantur. Eiusdem *Gabrielis Benclaii* tractatus de extremo iudicio et de gehenna. Is codex scriptus fuit a Sergio Samareno in monasterio S. Antonii de Cuzaia ad usum fratrum suorum metropolitarum Ionae et Iosephi; iisque defunctis, ad usum monasterii SS. Lucii et Antonii, eorumque sociorum, in castro Botnensi, anno Christi 1575, ut in fine adnotatur.

DCXLI. (A. 37.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 389, carsciunice seu arabice litteris syriacis, eleganter exaratus; quo continentur.

Eiusdem *Gabrielis Benclaii archiepiscopi Cypri*, sacrae conciones quinquaginta, duobus dispositae laterculis, praemissa epistola ad Lephedienses de haereticis vitandis, data Beryti die 12. decembris 1493. Is codex scriptus fuit a Mose presbytero accurensi, filio fratris metropolitae Mosis Anaisii, die 7. decembris, anno Christi 1637, sub Georgio Amira patriarcha, et episcopis Iosepho accurensi, Abdallah, Isaaco, et Iosepho blauzensi; quemadmodum in fine adnotatur.

DCXLII. (A. 38.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 356, carsciunice seu arabice litteris syriacis, eleganter exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Gabrielis Benclaii archiepiscopi Cypri*, liber de septem sacramentis inscriptus *lex ecclesiae romanae*; duobus dispositus laterculis, quem e latino in arabicum sermonem a se versum fuisse, auctor in epigraphe titulo subiecta testatur. Is codex scriptus fuit ab Elia episcopo edenensi in mo-

nasterio S. Iacobi de Eden, die 11. iunii, anno Christi 1640, ut in fine adnotatur.

DCXLIII. (A. 39.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 144, carsciunice seu arabice litteris syriacis exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Gabrielis Benclaii archiepiscopi Cypri*, theologiae compendium, in sex libros distributum, qui in varia capita abeunt. Liber I. de Deo uno et trino, constat capp. 34. Liber II. in hexaemeron, capp. 33. Liber III. ab amanuensi praetermissus. Liber IV. de Verbi incarnatione, capp. 25. Liber V. de virtutibus et vitiis, capp. 70. Liber VI. de sacramentis, capp. 38. Is codex scriptus fuit die 11. novembris anno Christi 1576. a Sergio Samareno in monasterio S. Antonii de Cuzaia; qui refert, eo anno Sergium bacufensem, Maronitarum patriarcham, adversus ipsius amanuensis fratres metropolitas Ionam et Iosephum persecutionem excitasse; ac praeterea scripsisse contra eos ad principes Ebn-Essaf, et Ebn-Habais; qui tamen nullum eis damnum intulerunt; scripsisse demum ad tripolitanum praefectum, qui praedictos episcopos, eorumque propinquos poena ducentorum aureorum cypriorum multavit; ita ut coacti sint Tripoli Hierosolymam migrare, quemadmodum in adnotatione, capiti 38. de sacramentis adiecta, legitur; cui subnectitur eiusdem calligraphi carmen in laudem scientiae theologicae et Gabrielis Benclaii huiusce codicis auctoris.

DCXLIV. (A. 40.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 265, carsciunice seu arabice litteris syriacis, eadem qua praecedens codex, manu exaratus; quo continetur.

1. Eiusdem *Gabrielis Benclaii archiepiscopi Cypri*, liber de casibus sacerdoti occurrentibus in missae sacrificio, in capita CXI. distributus, in quibus etiam omnes missae rubricae exponuntur. 2. *S. Ephraem syri* sermones VII. 3. Eiusdem *Gabrielis Benclaii* de Nestorio, Eutychete, et Dioscoro, ex actis conciliorum ephesini et chalcedonensis; subiectis epistolis et auctoritatibus SS. Patrum adversus eosdem haeresiarchas. 4. Eiusdem *Gabrielis Benclaii*, *ex oppido Lephed*, *de familia senioris Mashud*, epistola ad fratres, propinquos, et amicos suos, quibus valedicit, et salutaria monita relinquit. 5. Eiusdem *Gabrielis Benclaii* catechesis de praecipuis christianae doctrinae fundamentis. 6. Epistola S. Hieronymi ad Eustochium, in arabicam linguam ab eodem Benclaio versa. 7. S. Anselmi dialogus de libero arbitrio, item arabicus ab eodem interprete factus. 8. G. *Benclaii* de septem urbis ecclesiis; de sibyllis; de patriarchis et prophetis ab Adamo ad Christum; de apostolis et

discipulis Domini; de mundi aetatibus usque ad Christi adventum. 9. Eiusdem epistola ad amicum hortatoria, ut res adversas aequo animo ferat. Is codex scriptus fuit a Sergio Samareno ad usum fratrum suorum Ionae et Iosephi episcoporum; ut idem in fronte adnotat.

DCXLV. (A. 41.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 58, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continetur.

1. *S. Athanasii alexandrini* liber adversus Iudaeos, ubi vaticinia prophetarum de adventu Christi, deque ceteris christianae religionis dogmatibus proferuntur. 2. *Eliae metropolitae nisibeni* ad dominum Abulolam, filium Saheli, scribam, sessiones septem, sive disputatio inter ipsum et vizirum Abulcasemum Hosainum ben-Ali, africanum, de trinitate et unitate Dei; de incarnatione Verbi; de veritate christianae religionis; de grammaticis quaestionibus; deque astronomia. Praedictus S. Athanasii liber exaratus fuit die 23. novembris, anno incarnationis 1243, uti in eius clausula habetur; Eliae vero disputatio, feria sexta, die 25. augusti, anno incarnationis 1242, a Theophilo metropolita damasceno, qui et praecedentem Athanasii librum exaravit; quemadmodum ipse in calce adnotat. Totus autem codex pertinuit olim ad Iohannem Scedid Abulphatahum, Salomonis filium, cognomento Sciubechi, anno Adae 6808, hegirae 700, i. e. Christi 1300: deinde ad Alexandrum eius filium, anno Adae 6818, hegirae 710. (Christi 1310.) uti in fine libri S. Athanasii, et in fronte disputationis Eliae nisibeni adnotatur.

DCXLVI. (A. 42.)

Codex in 4. chartac. foliorum 164, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Iohannis Claudii episcopi pictaviensis, galli, theologia scholastica, in novem partes, tribus comprehensas tomis, distributa, a *Iacobo Arutin* monacho antoniano congregationis montis Libani ad arabicum translata sermonem. Tomus I. complectitur quatuor priores partes. Singulorum tractatuum eorumque capitum series in calce ponitur. Pars I. de fide, constat tractatibus 5. II. de sacra scriptura seu de vetere et novo testamento, tract. 4. III. de ecclesia, tract. 4. IV. de Deo uno, eiusque attributis, tract. 6. Praeit auctoris praefatio generalis in scientiam theologicam. Is codex, uti et sequentes tres codices, manu praedicti interpretis arabici Iacobi Arutin exarati fuerunt.

DCXLVII. (A. 43.)

Codex in 4. chartac. foliorum 174, arabicis litteris et sermone, eadem, qua praecedens codex, manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Iohannis Claudii pictaviensis episcopi* theologiae scholasticae tomus II. complectens tres alias partes, nempe quintam, sextam, et septimam. Quinta de trinitate, constat tractatibus VIII. Sexta de incarnatione tractatibus VII. Septima de gratia Christi tractatibus V; quorum, itemque eorum capitum, series in calce ponitur.

DCXLVIII. (A. 44.)

Codex in 4. chartac. foliorum 169, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedentes duo codices, manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Iohannis Claudii episcopi pictaviensis* theologiae scholasticae tomus III. complectens postremas duas partes, nempe octavam et nonam. Earum una de iustitia, constat tractatibus V; altera id est ultima de praeceptis divinae legis, et de peccatis, et actibus humanis, tractatibus XXII. Subiicitur, uti in praecedentibus duobus tomis, series tractatuum, et capitum quibus singuli tractatus constant.

DCXLIX. (A. 45.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 154, carseiunice seu arabice litteris syriacis, elegantissime exaratus; quo continetur.

Iosephi Simonii archiepiscopi Tripoleos Syriae (qui Iosephi Simonii Assemani patruus fuit) theologia moralis autographa, in quinque partes divisa, quarum index in calce ponitur. Earum prima de septem ecclesiae sacramentis, constat capitibus 13. II. de decem praeceptis per Mosem a Deo datis, capp. 12. III. de praeceptis ecclesiae catholicae, capp. 9. IV. de septem peccatis capitalibus, et de peccatis contra spiritum sanctum, capp. 8. V. de dogmatibus fidei catholicae, eiusque fundamentis orthodoxis, capp. 5; quorum 1. de indulgentiis; 2. de excommunicatione; 3. de suspensione et interdicto; 4. de septem horis canonicis; 5. de ordine monastico. Indici subest auctoris vitae compendium, usque ad annum Christi 1675, quo archiepiscopus Tripoleos a Stephano Aldoënsi antiocheno Maronitarum patriarcha consecratus fuit; item autographum.

DCL. (A. 46.)

Codex in fol. chartac. foliorum 220, carsciunice seu arabice litteris syriacis, eleganter exaratus; quo continetur.

Simonis Evodii archiepiscopi damasceni (deinde antiocheni Maronitarum patriarchae) liber de septem ecclesiae sacramentis, inscriptus *thesaurus mysteriorum, et candelabrum septem luminarium*, in praefationem, et septem tractatus divisus; quorum index praefationi subiungitur. Porro tractatus primus de sacramento baptismi, cui praefigitur commentarius unicus de sacramentis in genere, constat capitibus 11; secundus de sacramento chrismatis, sive confirmationis, capp. 5; tertius de sacramento eucharistiae, capp. 15; quartus de sacramento paenitentiae, capp. 25; quintus de sacramento extremae unctionis, capp. 6; sextus de sacramento ordinis, capp. 5; septimus denique tractatus de sacramento matrimonii, capp. 16. Is codex autographus est, cui auctor Simon Evodius postremam manum imposuit Romae in collegio Maronitarum die 6. octobris, anno Christi 1706, sub Clemente papa XI, et Iacobo Evodio patriarcha antiocheno, qui eundem auctorem ad archiepiscopatum damascenum, et dioecesim sciuphensem promovit, die 28. ianuarii, anno incarnationis 1714, ceu ipse ad marginem frontis adnotavit; et in adnotationis confirmationem sigillum suum apposuit.

DCLI. (A. 47.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 35, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continentur.

Testimonia de duabus in Christo naturis, voluntatibus, et operationibus; ex ecclesiasticis potissimum Coptitarum libris deprompta. Collectoris nomen desideratur. Is codex decimo septimo Christi saeculo videtur descriptus.

DCLII. (A. 48.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 148, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Maximi monachi peloponnesii, discipuli Meletii alexandrini Graecorum patriarchae, liber schismaticus inscriptus *gladius acutus*, in capita XXXV. distributus. (Recole codd. in CXXXI. et CCCCLXXXVII.) Consequitur eiusdem alius liber item adversus Latinos, in sectiones sex divisus, ubi totidem propugnantur Graecorum errores circa processionem spiritus sancti, purgatorium, panem azymum, communionem Latinorum sub unica specie, formam consecrationis mysteriorum quam non perfici credunt nisi in invocatione spiritus

sancti, et beatitudinem sanctorum post iudicium universale. Is codex scriptus fuit kalendis augusti anno Adami 7215. (Christi 1707.) quemadmodum in fine legitur. [Nimirum hic graeculus heterodoxorum occidentalium scrinia saepe compilavit; refutatasque apud nos iamdiu et obsoletas explosasque calumnias, in oriente venditavit. Sumatur autem antidotum ex panoplia Lequinii. ED.]

DCLIII. (A. 49.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 33, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continetur.

Gabrielis philadelphiensis, Graecorum Venetiis commorantium archiepiscopi, *discordia ecclesiae orientalis graecanicae ab ecclesia latina occidentali* in rebus fidei et disciplinae; sive tractatus iniquus adversus romanum Pontificem, eiusque primatum, cum apologia doctrinae Graecorum.

DCLIV. (A. 50.)

Codex in 4. chartae. foliorum 341, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Abdallae Zacheri, melchitae catholici alepini, liber inscriptus *antidotum sanans a veneno Gabrielis philadelphiensis*; sive confutatio errorum Graecorum schismaticorum, a praedicto Gabriele philadelphiensi adversus romanam ecclesiam propugnatorum, in libro quem *discordia ecclesiae orientalis graecanicae ab ecclesia latina occidentali*, inscripsit. Is codex absolutus fuit a Cheder Hormisda presbytero chaldaeo, die 8. aprilis 1726, uti in fine idem adnotavit. [Recole cod. DXXXIX.]

DCLV. (A. 51.)

Codex in 4. chartac. foliorum 201, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Abdallae Zacheri*, alepini melchitae, confutatio amplissima epistolae synodicae conciliabuli constantinopolitani ad omnes orthodoxos (ut aiunt) datae mense augusto, anno incarnationis 1722, et in capita XVII. distributae, quae ipsa epistola (recole cod. CLXI.) initio praefigitur. Porro ea confutatio in praefationem, tres disquisitiones variis absolutas sectionibus, et conclusionem dividitur, quarum series praefationi adnectitur, in qua reprehenduntur pastores, qui suis perversis doctrinis errandi gregi Christi occasionem praebuerunt. Disquisitione I. confutatur pars prima praedictae epistolae, in qua schismatici negant primatum S. Petri, eiusque successorum romano-

rum Pontificum, constat sectionibus XVII. Disquisitione 2. confutatur pars 2. eiusdem epistolae, in qua negant processionem spiritus sancti a patre filioque, sect. VI. Disquisitione 3. confutantur partes 3, 4, et 5, eiusdem epistolae, in quibus scilicet negant, licere oblationem divini sacrificii in pane azymo, existentiam purgatorii, sanctorumque animas beatitudine caelesti ante iudicium universale perfrui inficias eunt: item confutantur reliquae eorum adfirmationes, quibus docent, ecclesiam romanam recessisse a traditionibus apostolicis, sect. IV. Conclusio, quod reiicere et damnare debemus istas schismaticorum doctrinas, quarum ne vestigium quidem reperitur apud sanctos patres sanctasque synodos; et quod sit ambulandum in via sanctorum patrum nostrorum, quae est via unionis cum ecclesia romana matre omnium fidelium. Opus luce publica et latina interpretatione dignissimum.

DCLVI. (A. 52.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 124, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Confutatio epistolae synodicae, quae a conciliabulo constantinopolitano Graecorum schismaticorum, anno incarnationis 1722. habito, ad Christianos antiocheni patriarchatus missa fuit; per modum dialogi inter Theophilum, et Demetrium monachos concinnata. Dividitur in praefationem, dialogos octo, et conclusionem. Praefatio est de doctrina proposita a Theophilo et Demetrio, deque erroribus praesulum praedicti conciliabuli. Dialogo I. expenditur, an illud concilium sit sanctum, sicut concilia septem orthodoxa; et an epistola inde ad patriarchatum antiochenum directa, conformis sit doctrinae catholicae; probatur etiam concilium florentinum esse admittendum. Dialogus II. est de romani pontificis primatu. Dialogus III. de eiusdem potestate, et infallibilitate in rebus fidei ac disciplinae. Dialogus IV. de processione spiritus sancti a patre et filio. Dialogus V. de existentia purgatorii, et quod romanus Pontifex vere auctoritatem habet concedendi indulgentias pro vivis et defunctis. Dialogus VI. de beatitudine haud dilata sanctorum. Dialogus VII. oblationem sacrificii divini in azymo licere aeque ac in fermentato. Dialogus VIII. de ceteris, quae Graeci contra romanam ecclesiam opponunt; videlicet de communione parvulorum, de communione sub utraque specie, de suffocatis, de baptismo a Latinis collato, de baptismo sine sacramento confirmationis, de repudio, de quartis nuptiis, de presbyterorum coniugio, de lumine sabbathi sancti, de invocatione spiritus sancti. Conclusio, quod verba Christi in mysterio oblationis, non vero verba hominum, sunt efficientia et consecratoria. Opus aeque ac praecedens luce publica dignissimum. Auctoris nomen latet; qui tamen est *Nicolaus Saieghi* hieromonachus basilianus congregationis S. Iohannis de Soairo in monte Libano.

DCLVII. (A. 53.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 90, partim arabicis partim syriacis et chaldaicis litteris ac sermone exaratus ; quo continentur.

1. *Eliae Giauhari* hierosolymitani Nestorianorum metropolitae, liber de concordia fidei inter Syros, qui Nestoriani, Melchitae, et Iacobitae appellantur ; quos in substantia fidei inter se congruere, et modo loquendi dumtaxat differre, contendit ; arabice litteris chaldaicis exaratus a Cheder Hormisdae filio, mense maio, an. Graecorum 2003, hoc est Christi 1692. Vide Assem. bibl. orient. tom. III. part. I. a pag. 513, ubi auctoris aetas et integra huius libri synopsis exhibentur. Praeunt cantus sacri, ex breviario Nestorianorum, chaldaice ab eodem Cheder descripti. 2. *Iohannis bar-Zubi*, sermo de baptismo, et de fermentato, chaldaice ab eodem Cheder exaratus. 3. Regulae monachorum S. Antonii abbatis congregationis montis Libani ; carsciunice seu arabice litteris syriacis scriptae, anno Christi 1726. 4. Vita S. Ephraem syri, arabice eleganter exarata. 5. Catalogus patriarcharum antiochenorum, a S. Petro apostolorum principe usque ad Seraphinum, qui, assumpto nomine Cyrilli, patriarcha Melchitarum catholicorum Phoenices montanae incolarum, consecratus est die 20. septembris an. 1724. 6. *Sionis filii Mansoris al-Ghannami* coptitae, professio fidei catholicae, missa ex urbe Achmim Aegypti superioris ad Clementem papam XI. anno Christi 1720.

DCLVIII. (A. 54.)

Codex in 4. chartac. foliorum 92, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus ; quo continetur.

Leondii Salem alepini melchitae, tractatus adversus errores Michaëlis coptitae, episcopi Damiatae, circa sacramentum paenitentiae, et confessionem auricularem, ab eodem Michaëlo abrogatam ; in duplicem praefationem, et XII. sectiones, et conclusionem divisus ; quibus praemittitur eiusdem Leondii epistola ad Coptitas de occasione elucubrati ab se huiusce tractatus. Is codex autographus est.

DCLIX. (A. 55.)

Volumen in fol. bombyc., longum pedes 15, latum pedem unum et pollices tres, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratum ; et aureis ornamentis conspicuum ; quo continetur.

Magistri Iohannis Abu-Iusti al-Ghannami coptitae, professio fidei catholicae, autographa, data Cahirae feria quarta, die 10. mesori (augusti)

anno Christi 1720, et ab eodem Iohanne ad Clementem papam undecimum missa.

DCLX. (A. 56.)

Volumen in 8. bombyc., longum pedes quinque et pollices sex, latum pollices octo; arabicis litteris et sermone nitidissime exaratum; quo continetur.

Matthaei saidensis, alexandrini Coptitarum patriarchae nonagesimi, epistola pastoralis ad clerum et populum sui patriarchatus, quos certiores reddit de sua electione et consecratione in patriarcham alexandrinum; eosque hortatur, ut christianam fidem, et praecepta Dei et ecclesiae, nec non disciplinam ritusque sacros ad unguem observent, data die 2. mensis toth anno martyrum 1718. (Christi 1434.)

DCLXI. (A. 57.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 65, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Critica in librum Bonacinae de septem sacramentis, latine composita ab anonymo anglo heterodoxo (qui tamen est Charmel, minister Anglorum et mercator in urbe Alepo); arabica autem facta a Iosepho Banesio, impensis eiusdem ministri angli. Dividitur in capita XXIV.

DCLXII. (A. 58.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 58, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continentur.

Constitutiones monachorum aegyptiorum S. Antonii abbatis, collectae a Iohanne alexandrino Coptitarum patriarcha nonagesimo quarto, ex tribus pervetustis conciliorum exemplaribus quae in eremo S. Macarii, h. e. in deserto scetensi, seu Scihat, exstabant. Sunt omnino canones XXVI. Subiungitur 1. benedictio mensae, iuxta ritum monasterii S. Macarii; 2. monita ascetica ad S. Macarium, deiparae virgini Mariae falso inscriptae; 3. historia Prosodori monachi, ut dicitur, ex Palladio. Is codex descriptus est ex autographo memorati Iohannis patriarchae XCIV. a Neemetallah, filio presbyteri Thomae, scriba alepino, die 12. decembris, anno Christi 1704, quemadmodum in fine adnotatur.

DCLXIII. (A. 59.)

Codex in 8. chartac. paginarum 76, carsciunice seu arabice litteris

syriacis, eleganter exaratus; quo continentur.

Constitutiones monachorum aegyptiorum S. Antonii abbatis, collectae a Iohanne alexandrino Coptitarum patriarcha XCIV, ex praecedente codice transcriptae, subiunctis, ut ibidem, benedictione mensae iuxta ritum monasterii S. Macarii; monitis asceticis, quae a Deipara Virgine Maria tradita fuisse S. Macario in monte Scihat, in titulo dicuntur; et historia Prosodori monachi, ex Palladio. Is codex scriptus fuit ab hypodiacono Iacobo Evodio, die 10. decembris, anno Christi 1735, uti in calce adnotatur.

DCLXIV. (A. 60.)

Codex in 4. chartac. foliorum 104, carsciunice, seu arabice litteris syriacis elegantissime exaratus; quo continentur.

Regulae et constitutiones monachorum maronitarum ordinis S. Antonii abbatis, congregationis S. Isaiae in Syria; in quinque partes distributae, quarum prima capita XVIII. complectitur, secunda capita XIV, tertia capita XX, quarta capita VII, quinta capita XV. Is codex scriptus fuit ab hypodiacono Georgio alepino die 2. aprilis, anno Christi 1733, quemadmodum in calce adnotatur.

DCLXV. (A. 61.)

Codex in fol. m. chartac. foliorum 49, carsciunice seu arabice literis syriacis, exaratus, quo continentur.

1. *Regulae, et constitutiones monialium visitationis Deiparae*, a Iosepho Simonio Assemano in arabicum versae, et ad usum monialium gentis Maronitarum accommodatae. Sunt canones XXVII. a S. Augustino compositi. Constitutiones vero quinquaginta a S. Francisco Salesio traditae. Adnectitur liber monitorum ad praedictas moniales circa res spirituales, sectionibus XVI. absolutus, arabicus factus a Iosepho Simonio Assemano, et ad usum monialium gentis Maronitarum ab eodem accommodatus, die 5. octobris, anno Christi 1737. in monasterio B. V. Mariae de Loaiza, in monte Libano; uti idem manu propria in fine adnotavit. 2. *Gabrielis Farahat*, abbatis generalis monachorum libanensium, deinde archiepiscopi Alepi, constitutiones devotarum mulierum saecularium, sive nuptarum sive innuptarum. Sunt canones XX. 3. *Regulae et constitutiones monialium S. Antonii abbatis*, a Iosepho Simonio Assemano ablegato apostolico compositae, die 2. novembris anno Christi 1736. in monasterio Loaizae ditionis Chesroani; consentiente archiepiscopo Abdallah; qui eas a monialibus monasterii Haras servandas esse decrevit. Dividuntur in tres partes; quarum prima de statutis generalibus, constat capitibus XXII; se-

cunda de monastĕrio monialium, earumque muniis, capp. XX; tertia pars de culpis et poenis, capp. XXI.

DCLXVI. (A. 62.)

Codex in fol. m. chartac. foliorum 76, arabice et syriace exaratus; quo continentur.

1. *Constitutiones canonicorum*, seu capitulorum ecclesiarum cathedralium Maronitarum, a Iosepho Simonio Assemano ablegato apostolico in monasterio Loaizae, die 17. ianuarii, anno Christi 1737. compositae, et manu eiusdem carsciunice exaratae. Dividuntur in tria capita; quorum primum de numero diaconorum et sacerdotum, deque eorum nominibus et muniis; eius sectiones XXI. Secundum de vita et moribus eorundem canonicorum, sectiones XXIV. Tertium de ministeriis ecclesiasticis, sectiones XX. 2. *Regulae et constitutiones monachorum gentis Maronitarum*, quas Iosephus Simonius Assemanus apostolicus ablegatus in monasterio Loaizae die 5. novembris anno 1736. composuit, et in capita XII. digessit, annuente et adprobante Iosepho Petro Gazeno patriarcha antiocheno; iuxta decreta synodi libanensis; praemissa eiusdem Assemani praefatione de origine monachorum S. Antonii Maronitarum, eorumque propagatione; deque causa compositionis harum regularum et constitutionum, carsciunice. 3. *Liber precum septem nocturnarum et diurnarum*, ad usum monialium sancti Antonii abbatis, a praedicto Iosepho Simonio Assemano compositus, carsciunice. 4. *Regulae collegii missionis Maronitarum in Syria*, duobus laterculis dispositae (quorum in primo textus arabicus, in altero latina versio exhibetur) ab eodem Iosepho Simonio Assemano approbatae, die 6. octobris 1736. arabice.

DCLXVII. (A. 63.)

Codex in fol. chartac. foliorum 40, carsciunice et syriace exaratus; quo continetur.

1. *Liturgia ferialis*, cum ordine missae, a Iosepho Simonio Assemano recognita, et in breviorem formam redacta, carsciunice. 2. *Liber ministerii missae*, sive diaconale, continens eas missae partes, quae a diacono sacerdoti celebranti ministrante dicuntur, in duplici laterculo; quorum primum textum syriacum, alterum versionem arabicam, litteris tamen syriacis scriptam, exhibet ab eodem Iosepho Simonio Assemano recognitus. 4. *Liber chirotoniarum*, sive impositionum manus, i. e. sacrarum ordinationum, a praedicto Iosepho Simonio Assemano recognitus, et in accuratiorem brevioremque formam redactus, syriace. Videlicet 1. chirotonia signati, sive primo tonsu-

randi. 2. Chirotonia anagnostae, et exorcistae. 3. Chirotonia acolythi, et hypodiaconi. 4. Chirotonia diaconi. 5. Chirotonia archidiaconi. 6. Chirotonia presbyteri. 7. Chirotonia archipresbyteri, et periodeutae. 8. Chirotonia chorepiscopi. 9. Chirotonia principis sacerdotum, sive episcopus fuerit, sive metropolita. 10. Chirotonia patriarchae. 11. Ordo excipiendi pallii, ad patriarcham a summo Pontifice romano missi. 12. Ordo chirotoniae abbatis monachorum. 13. Ordo chirotoniae matris abbatissae et diaconissae.

DCLXVIII. (A. 64.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 103, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continetur.

Commentarius de sodalitate sanctissimi cordis Iesu, deque indulgentiis eiusdem sodalibus a summis romanis Pontificibus concessis; in praefationem et sectiones XIII. distributus; auctore anonymo missionario e soc. Iesu, qui hocce opusculum Alepi se elucubrasse anno Christi 1724, in praefatione scribit. Subiungitur alia manu in sex foliis solutis conscripta *epitome annalium* praedictae sodalitatis sanctissimi cordis Iesu, institutae Alepi in cathedrali ecclesia S. Eliae Maronitarum, ab anno Christi 1731. ad 1737, inserto Clementis papae XII. decreto confirmationis eiusdem sodalitatis et indulgentiarum ad sodales, dat. die 3. octobris 1735. Item *regulae sodalitii conformationis divinae voluntati*, Damasci in cathedrali ecclesia Maronitarum die 3. octobris 1735. instituti; in capita VIII. divisae, aliaque manu in sex foliis solutis exaratae.

DCLXIX. (A. 65.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 34, carsciunice seu arabice litteris syriacis, nitidissime exaratus; quo continentur.

Constitutiones sodalitatis virorum devotorum unanimiter cum charitate coniunctorum ad ferendam opem proximo, eumque diligendum, ac docendum fundamenta fidei et salutis; quae sodalitas sub patrocinio sancti Iohannis evangelistae Alepi instituta est. Praeit Gabrielis Hausceb archiepiscopi alepini approbatio praedictarum constitutionum, una cum confirmatione eiusdem sodalitatis, data 1. septembris anno Christi 1737, autographa, eiusque sigillo munita.

DCLXX. (A. 66.)

Codex in 4. chartac. foliorum 74, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

S. Iohannis chrysostomi archiepiscopi Constantinopoleos liber de probatione in calamitatibus, quibus probatus est Iob iustus; e graeca lingua in arabicam versus a *Petro Fromagio* missionario apostolico in Syria. Accedunt eiusdem *S. Iohannis chrysostomi* homiliae IV. in Iobum, ab *Antonio* missionario apostolico in Syria arabice e graeco redditae. Subiungitur homilia inscripta quinta, complectens complura eiusdem *Chrysostomi* dicta de Iobo, ex variis eiusdem operibus excerpta.

DCLXXI. (A. 67.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 140, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

S. Iohannis damasceni liber inscriptus *paradisus intellectualis, et declaratio plantarum, quas Deus in eo plantavit.* Est allegorica paradisi terrestris expositio; ubi de virtutibus et vitiis potissimum agitur. Is codex absolutus fuit a diacono Christodulo ben-Isaac, ben-Christoduli, cognomento ben-al-Mogiarrach, die 17. mensis tybi, anno martyrum 959. (Christi 1243.) ex apographo exarato ab Eusebio ben-al-Mogiarrach episcopo Phuae coptita, die 5. mensis chiach, an. martyrum 951. (Christi 1235.) qui ad marginem prohoemii adnotat, se a Paulo presbytero, monasterii Ahmar oeconomo, praesentibus Arsenio episcopo Simbatae, magistro Matthaeo, et Michaële presbytero, audivisse graecum huiusce libri exemplar sancto Iohanni damasceno fuisse inscriptum.

DCLXXII. (A. 68.)

Codex in fol. chartac. paginarum 863, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continentur.

1. *S. Iohannis climaci*, abbatis montis Sinai, *scala virtutum*; in triginta gradus, seu sermones distributa; quibus adnectitur sermo eiusdem *Climaci* de superioribus inscriptus XXXI, estque eiusdem epistola ultima ad abbatem Iohannem pastorem. 2. *Iohannis monachi* cognomento *Sabae*, i. e. *senis*, sermones ascetici XXIX., e syriaca in arabicam linguam conversi. 3. Eiusdem epistolae asceticae XLVIII. 4. Eiusdem capita gnostica III. 5. *Iohannis damasceni* liber de paradiso intellectuali, ex praecedente codice descriptus a Clemente Caracciolo neophyto anno 1719, qui et totum hunc codicem exaravit.

DCLXXIII. (A. 69.)

Codex in 12. chartac. foliorum 114, carsciunice sive arabice syriacis litteris, eleganter exaratus; quo continetur.

S. Iohannis climaci, abbatis montis Sinai, *scala virtutum*, seu sermones XXXI, de quibus in praecedente codice, in compendium redacti; atque exarati a Iosaphat al-Bascontavi, anno Christi 1720. die 18. augusti, quemadmodum idem in calce adnotavit.

DCLXXIV. (A. 70.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 32, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Doctrina christiana brevis, ex italica Roberti card. Bellarmini, cuius nomen praetermittitur, arabice reddita, et a Georgio filio Mocdasi Sciocrallah ben-Simeonis descripta.

DCLXXV. (A. 71.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 300, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continetur.

Catechismus christianus a quodam parocho parisiensi gallice compositus, et a *Petro Fromagio* missionario apostolico Tripoli Syriae anno Christi 1735. arabice redditus; ceu ipse in praefatiuncula, eidem cathechismo praefixa, scribit. Dividitur in quatuor partes, varias sectiones et propositiones complectentes; ubi de articulis fidei, de septem sacramentis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus, de praeceptis Dei et ecclesiae, et de peccatis, disseritur.

DCLXXVI. (A. 72.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 45, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

1. *Catechesis compendiaria* ad eos, qui cupiunt sanctificari per sumptionem sacrosanctae eucharistiae; in modum interrogationis et responsionis digesta. 2. *Eruditio compendiaria* ad confessionem sacramentalem, sive de modo bene confitendi peccata. 3. *Commentarius de sodalitate habitus S. Mariae de monte Carmelo*, et de indulgentiis eiusdem sodalibus a summis Pontificibus concessis; subiecto nonnullorum sanctorum et festorum kalendario, iuxta ritum Syrorum. In calce haec, alia manu, apposita est epi-

graphe. *Anno Graecorum* 1979. (Christi 1668.) *ingens pestilentia contigit in urbe Alepo , plurimique homines migrarunt ad misericordiam Dei excelsi.*

DCLXXVII. (A. 73.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 34, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Iosephi missionarii apostolici in urbe Alepo, liber compendiose complectens *adorationem sanctissimi Sacramenti*; in modum interrogationis et responsionis. Eiusdem auctoris *glorificatio perpetua sanctissimi Sacramenti*, in septem laudes, sive horas, distributa.

DCLXXVIII. (A. 74.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 295, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus ; quo continetur.

Gabrielis Farahat, abbatis generalis monachorum antonianorum libanensium , deinde archiepiscopi alepini, *paradisus ecclesiastico-monasticus*, in duas portas, variis absolutas sectionibus, distributus, quarum series unicuique portae praefigitur , ubi prolatis variis dictis atque narrationibus ex Sophronii patriarchae hierosolymitani paradiso patrum, de honesta vivendi ratione clericorum deque perfectione monachorum disseritur . Subiunguntur narrationes XXXI. utiles , quas Paulus episcopus Monaphasiae retulit.

DCLXXIX. (A. 75.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 82, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Gabrielis Farahat*, abbatis generalis monachorum antonianorum congregationis montis Libani, epistola inscripta *compendium perfectionis christianae*; sive in statuta perfectionis expositio, sectionibus XX. absoluta, quarum series initio praefigitur.

DCLXXX. (A. 76.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 139, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Gabrielis Farahat* liber de arte concionatoria inscriptus *discretio locutionis*, in praefationem, partes quatuor, et conclusionem divisus. Praefatio, tribus constans sectionibus, agit de qualitate sacrae concionis, eius-

que necessitate, deque praestantia concionatoris. Pars I. de iis quae ad concionem requiruntur; eius sectiones 4. Pars II. de conditionibus concionatoris, sectiones 10. Pars III. de instrumentis concionatoris, sectiones 9. Pars IV. de compositione concionis, sectiones 7. Conclusio de modo audiendae concionis.

DCLXXXI. (A. 77.)

Codex in fol. chartac. foliorum 218, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Isaaci Gebairi, *syrorum Iacobitarum amidensis maphriani*, (qui catholicam fidem professus, vitandae persecutionis ergo a Iacobitis adversus populares suos catholicos commotae, Romam se contulit; ubi diem supremum obiit, ineunte saeculo decimo octavo) *liber causarum ad expulsionem taediorum*; sive *semita meditationum et directionis*; ubi centum et quinquaginta novem sacrae meditationes (iuxta totidem evangelicas sectiones) ad annum Syrorum accommodatae exhibentur; adiectis decem meditationibus ad decem exercitiorum spiritualium dies; nec non triginta aliis ad totidem mensis dies; una cum canticis veteris ac novi testamenti. Is codex descriptus fuit ex autographo a Clemente Caracciolo neophyto, et absolutus feria tertia, die 25. septembris, anno Christi 1714, quemadmodum in calce adnotatur.

DCLXXXII. (A. 78.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 118, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continentur.

Hezari, *Marci*, *Abdallae*, *Iohannis*, *Davidis*, *Iacobi*, *ben-Scedadi*, *et Abu-Mocaitef*, poëtarum syrorum iacobitarum, *cantus* in B. V. Mariam, in sanctos, et de paenitentia, diversis tonis ac metris, quae apud Syros in divinis officiis vigent, compositi. Sunt omnino XLI, quorum primus initio caret. Is codex scriptus fuit a presbytero Abrahamo hesinensi anno Graecorum 1868. (Christi 1557.) uti in fine adnotatur.

DCLXXXIII. (A. 79.)

Codex in fol. m. bombyc. paginarum 238, carsciunice i. e. arabice litteris syriacis, eleganter exaratus; quo continetur.

Stephani Aldoënsis, patriarchae antiocheni, *chronicon gentis Maronitarum*, et rerum in Syria gestarum, ab anno Christi 1069. ad 1700. Is codex scriptus fuit ab hypodiacono Iosepho ben-Habacuc ex oppido Besciolch, die 9. aprilis, an. 1710, temporibus Iacobi Evodii patriarchae antiocheni, praedicti

patriarchae Stephani successoris; dono autem datus Iosepho Simonio Assemano a Simeone Evodio archiepiscopo Damasci, mense septembri, anno Christi 1711, quemadmodum in fine adnotatur.

DCLXXXIV. (A. 80.)

Codex in fol. p. chartac. foliorum 150, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continentur.

Eiusdem *Stephani Aldoënsis*, antiocheni patriarchae, *vindiciae gentis Maronitarum* in tres libros, duobus comprehensos tomis, divisae. Tom. I. liber primus praefationem generalem et undecim capita complectitur; quorum 1. De opinionibus auctorum, qui de origine ac nomine Maronitarum scripserunt. 2. De voce *Marun*, seu *Maro*, eiusque etymologia et significatione; deque locis, et praestantibus viris, qui hoc nomine insigniti sunt. 3. De S. Marone abbate eremitarum inclusorum et monachorum coenobitarum in regione Cyrrhestica Syriac. 4. De discipulis S. Maronis abbatis, et iis qui sanctam eiusdem vitam imitati sunt. 5. De altaribus et monasteriis S. Maroni dicatis, et de diebus quibus eiusdem memoria recolitur. 6. De monasterio S. Maronis ad Orontem fluvium, et de propagatione ipsius monachorum, eorumque certaminibus pro sanctis oecumenicis conciliis. 7. De persecutione concitata adversus monachos monasterii S. Maronis, concilii quarti causa ab iisdem propugnati. 8. De S. Iohanne Sirimensi, qui cognominatus est Maro; deque eiusdem prosapia, studiis, vita, et promotione eiusdem ad episcopatum botryensem. 9. De eiusdem S. Iohannis Maronis electione et consecratione in patriarcham antiochenum. 10. De profectione eiusdem S. Iohannis ex urbe Antiochia ad montem Libanum. 11. De eiusdem cura pastorali cum omnigena sanctitate, ad extremam usque vitam.

Liber secundus continet responsiones ad futiles calumnias, quibus nonnulli historici Maronitas criminati sunt; in praefationem et XVIII. capita distributas. Cap. 1. De assertione Eutychii patricidae, quod Maro monachus laeserit religionem orthodoxam, tempore Mauricii imperatoris Romaeorum (id est Graecorum); sexto Christi saeculo exeunte, et quod ipse auctor fuerit in monothelitica haeresi. 2. De assertione eiusdem Eutychii, quod Cyrus anno Christi 630. creatus patriarcha alexandrinus, fuerit maronita, uti quod etiam Sergius ac Pyrrhus patriarchae constantinopolitani, et Macedonius ac Macarius patriarchae antiocheni, fuerint maronitae, unius scilicet voluntatis et operationis in Christo assertores. 3. De assertione eiusdem Eutychii, quod Heraclius imperator fuerit maronita, atque idcirco a ducibus copiarum suarum fuerit trucidatus. 4. De eiusdem Eutychii assertione, quod Honorius papa Romae, fuerit maronita, et quod Iohannes eius successor illum vindicaverit, maledixeritque

Maroni et Maronitis, anno 640. 5. De assertione eiusdem Eutychii eiusque adseclarum, quod concilium generale sextum coactum fuerit adversus Maronem et Maronitas. 6. Responsio ad assertionem Thomae caphartahensis archiepiscopi, quod anno Christi 1089. Maronitae unam tantum Christo domino inesse voluntatem profiterentur. 7. Responsio ad assertionem Guillelmi franci episcopi Tyri, quod Maronitae ad ecclesiae romanae communionem per Hymericum francum, antiochenum patriarcham, anno Christi 880. redierint. 8. Responsio ad assertionem Villelmi galli, quod Maronitae catholicam romanam fidem amplexi fuerint in concilio romano, habito in Laterano, anno Christi 1215. 9. Responsio ad assertionem Gabrielis Beneluii, quod Lucas patriarcha Maronitarum, haeresim Apollinarii professus fuerit, circa annum Christi 1300. 10. Responsio ad assertionem Arnoldi Albertini, quod Maronitae post concilium lateranense ab ecclesia romana separati fuerint; atque ideo in concilio Constantiae anno 1414. habito, anathematizati. 11. Responsio ad assertionem Caroli Ginocholini, quod Maronitae unionem cum ecclesia romana iniverint sub Eugenio IV. in concilio Florentiae anno 1439. habito. 12. Responsio ad assertionem Horatii Iustiniani, quod Marooitae reversi sint ad obedientiam ecclesiae romanae in concilio lateranensi, quod Eugenius IV. ex urbe Florentia Romam transtulit anno 1442. 13. Responsio ad assertionem fratris Marci de Ulysippone ord. S. Francisci de observantia, quod frater Grypho eiusdem ord. converterit Maronitas ad obedientiam romanae ecclesiae an. Christi 1450. 14. Responsio ad eos qui asseruerunt, Gabrielem Beoclaium reduxisse Maronitas ad obedientiam ecclesiae romanae, anno Christi 1494. 15. Responsio ad Arnoldum Albertinum, qui asseruit Maronitas suo aevo, nempe anno 1515. fuisse haereticos. 16. Responsio ad eos, qui asseruerunt Iohannem Baptistam Aelianum iesuitam convertisse Maronitas ad unionem cum ecclesia romana, an. 1580. 17. Responsio ad assertionem Camilli Fanutii, quod suo aevo, nempe anno Christi 1600. ineunte, Maronitae fuerint haeretici. 18. Responsio ad assertionem Villelmi Galli, quod Maronitae ad ecclesiae romanae communionem redierint per Georgium Amiram eorum patriarcham, anno Christi 1633.

DCLXXXV. (A. 81.)

Codex in fol. p. chartac. foliorum 209, eadem, qua praecedens codex; manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Stephani Aldoënsis*, patriarchae antiocheni, *vindiciarum gentis Maronitarum* liber tertius, adversus Thomam a Iesu carmelitam excalceatum, Ioh. Baptistam Aelianum et Petavium iesuitas, aliosque scriptores, qui varios errores et haereses Maronitis falso adscripserunt; in praefationem, et XII. capita divisus, quibus totidem falsae et haereticae propositiones, Maro-

nitis imputatae, planissime refelluntur, quae in praedicti Thomae libro de conversione gentium exhibentur; ubi tamen idem Thomas ingenue fatetur, eas Iacobitarum esse, non vero Maronitarum, qui de iisdem ab Aeliano iesuita, qui eas ex libris Iacobitarum excerpserat, apud S. Sedem accusati, sese perspicue purgarunt. Accedit eiusdem *Stephani Aldoënsis* scriptura facti et iuris, carsciunica, quinque foliis solutis constans, adversus fratrem Raphaëlem franciscanum, praefecti terrae sanctae vicarium, qui anno Christi 1685. Maronitas terrae sanctae incolas ad nomen suum propriosque ritus deserendos, et latinum nomen ritusque amplectendos, compellere studuit.

DCLXXXVI. (A. 82.)

Codex in fol. m. bombyc. foliorum 236, arabicis litteris et sermone eleganti ssime exaratus; quo continetur.

Severi Mocaffaei, *Asmonaeorum episcopi*, coptitae, *historia patriarcharum alexandrinorum*, a S. Marco evangelista ad Iohannem patriarcham septuagesimum quartum. Sequitur supplementum eiusdem historiae, a Cyrillo, Laclaki filio, patriarcha septuagesimo quinto, usque ad Iohannem patriarcham centesimum quintum, qui anno Christi 1740. vivebat. Accedit eiusdem *Severi* historia conciliorum oecumenicorum, nicaeni I, constantinopolitani I, ephesini I. et II, chalcedonensis, constantinopolitani II. et III, et nicaeni II. Is codex scriptus fuit ad usum diaconi Banobi, filii Iosephi Zeftavi, dominica 7. mensis mesori, anno SS. martyrum 1458, qui incidit in diem 14. mensis rabii posterioris, an. hegirae 1150. (h. e. Christi 1737.) quemadmodum in calce adnotatur.

DCLXXXVII. (A. 83.)

Codex in fol. p. chartac. foliorum 63, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Maris, *Salomonis filii*, nestoriani *libri turris* partis quintae fundamentum I. de Christo domino, et XII. apostolis nonnullisque discipulis; ubi per capita XIX. gesta breviter texuntur Christi, Simonis Petri, Andreae, Iacobi Zebedaei, Iohannis evangelistae, Philippi, Nathanaëlis, Bartholomaei, Matthaei, Thomae, Iacobi, Alphaei, Iudae, Iacobi, Simonis chananaei, Iudae iscariotae, Matthiae, Pauli, Marci, Adaei, et Maris. Eiusdem partis quintae fundamentum II. de catholicis, seu patriarchis orientis, nempe Chaldaeorum, eorumque gestis, usque ad Ebediesum Barsaumae successorem, qui obiit die 25. novembris an. Christi 1147. Continuat eandem historiam Amrus Matthaei filius, a Iesuiabo baladensi, Ebediesu successore, usque ad Iaballaham III. Timothei secundi successosorem, qui obiit die 31. ianuarii, an. Christi 1222. Subiicitur in calce ca-

talogus metropolitanarum et episcopalium sedium, quae patriarchae orientis obtemperant.

DCLXXXVIII. (A. 84.)

Codex in fol. p. chartac. foliorum 112, arabicis litteris et sermone eadem qua praecedens codex, manu exaratus; quo continetur.

Historia patriarcharum Chaldaeorum, sive *Nestorianorum*, ab Adaeo et Mari, Christi domini discipulis, ad Iaballaham III. Kaiumae filium, Nestorianorum patriarcham septuagesimum septimum; auctore *Amro fil. Matthaei nestoriano.* Haec autem historia longe fusior est atque accuratior illâ, quam Mares filius Salomonis conscripsit; de qua in praecedente codice.

DCLXXXIX. (A. 85.)

Codex in 4. chartac. foliorum 203, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continentur.

Macarii al-Zaimi, alepini, patriarchae antiocheni graecorum Melchitarum, symmicta ex sacris libris et chronicis ab eo excerpta, cum idem eleemosynas a fidelibus quaesiturus, ab urbe Alepo in Colchidem (Georgiam) profectus est, ut patriarchalem sedem aere alieno levaret. Dividuntur in L. capita, quorum series initio praefigitur. Videlicet, cap. 1. Dissertatio utilis de cantibus et precibus cunctorum anni dierum. Cap. 2. Nomina patriarcharum antiochenorum a S. Petro ad Euthymium, auctoris antecessorem, qui obiit die 11. octobris anno mundi 7156. (Christi 1648.) Cap. 3. Nomina patriarcharum alexandrinorum, a S. Marco evangelista ad Paisium. Cap. 4. Nomina episcoporum et patriarcharum hierosolymitanorum, a S. Iacobo apostolo ad Hemetem episcopum, et a Macario primo patriarcha ad Nectarium. Cap. 5. Nomina episcoporum et patriarcharum constantinopolitanorum, ab Andrea apostolo ad Probum episcopum, et a Metrophane primo patriarcha usque ad Dionysium III. Cap. 6. De synaxariis ab Euthymio patriarcha antiocheno arabice e graeco redditis. Cap. 7. Notitia nonnullorum saeculorum. Cap. 8. De polychronio, seu elogio ab episcopis et patriarchis in vigilia nativitatis Domini, et epiphaniae, et feria sexta in parasceve dicendo. Cap. 9. Quomodo signum crucis in fronte formandum sit. Cap. 10. Sermo complectens aliquot narrationes de Constantino magno imperatore, et de concilio nicaeno CCCXVIII. patrum. Cap. 11. Acta S. Neophyti martyris a Simeone metaphraste conscripta, arabice e graeco ab eodem Macario patriarcha reddita.

Cap. 12. Narratio brevis de nonnullis patriarchis antiochenis posterio-

ribus, qui aetate auctoris floruerunt, deque episcopis qui eorumdem tempore vixerunt; et quot episcopatus antiochenae sedi antiquitus paruerint, et quaenam eorum nomina. Cap. 13. Explicatio nonnullarum notarum compendiosarum, seu litterarum graecarum quas in fine epistolae Christi domini ad Abgarum regem, et in postica parte iconis antiquae inscriptas auctor invenit. Cap. 15. Notitia de septem maribus. Cap. 16. Dicta Clementis papae Romae, discipuli S. Pauli apostoli, de baptismo, et de chirotonia, sive sacris ordinationibus. Cap. 17. Interpretatio nominum aliquot sanctorum graecorum, qui in synaxariis memorantur. Cap. 18. De variis nominibus, quibus sacerdos graeco appellatur. Cap. 19. Expositio compositionis digitorum episcopi, vel sacerdotis, cum benedicit populo. Cap. 20. Expositio demonstrans, angelorum novem esse ordines, et ex iis quatuor archangelos nomina sua hominibus patefecisse. Cap. 21. Explicatio antiphonae *aita scharuim*. Cap. 22. Epitome historiae Iobi iusti, arabice e graeco. Cap. 23. Historia S. Petri episcopi Huran, urbis Syriae inter Palmyram et Damascum. Cap. 24. Synaxaria menaeorum, arabice e graeco reddita. Cap. 25. Narratio de terraemotu horribili, qui accidit in Georgia die 29. martii, anno mundi 7173. (Christi 1665.) Cap. 26. Explicatio illorum verborum alcorani, *in nomine Dei misericordis miseratoris*. Cap. 27. Series chronologica patriarcharum antiochenorum, a S. Petro apostolo usque ad auctorem Macarium, qui anno Christi 1665. vivebat.

Cap. 28. De conversione Georgianorum ad fidem christianam, et quomodo sub obedientia patriarchae antiocheni primum fuerint, deinde vero sibi catholicum constituentes, ab illius iurisdictione sese exemerint. Cap. 29. Narrationes de regione Georgianorum, deque eorum benefactis et malefactis. Cap. 30. De Georgianorum probitate et virtutibus, deque praestantioribus eorumdem operibus. Cap. 31. Georgianos magnam fidem habere in S. Georgium martyrem, cuius tria heic miracula apud eosdem patrata, auctor refert. Cap. 32. Historia brevis S. Sisois magni. Cap. 33. De quatuor verbis divinis, hebraice de caelo missis, quae interpretes LXX. graece interpretari non potuerunt, nimirum *sabaoth*, *adonai*, *eloi*, *et alleluia*. Cap. 34. De sacerdote quodam georgiano, qui altera manu a nativitate mancus erat. Cap. 35. De insulis magnis, quae in mari sitae sunt. Cap. 36. De nominibus variis dominae nostrae B. V. Mariae adtributis. Cap. 37. De inventoribus alphabeti graeci. Cap. 38. De vi numerali litterarum alphabeti arabici. Cap. 39. De vi numerali litterarum alphabeti graeci. Cap 40. De natura sirenae, quam in oceano reperiri, auctor affirmat. Cap. 41. De natura pelicani. Cap. 42. De natura corvi. Cap. 43. Expositio brevis in psalmum CVIII. Cap. 44. Notitia ordinis et dignitatis patriciorum. Cap. 45. De meritis eorum, qui offerunt in ecclesiis candelas, oleum, et

alia huiusmodi; deque natura struthiocamelorum, et quare eorum ova in ecclesiis appendi soleant. Cap. 46. Doctrina rationis constituendorum festorum, per anni circulum. Cap. 47. Expositio litterarum alphabeti arabici ex psalmis, absoluta ab auctore Macario patriarcha, anno Christi 1665; ut in eius clausula idem adnotavit. Cap. 48. Expositio litterarum alphabeti arabici ex evangelio. Cap. 49. De septuaginta Christi domini discipulis; ubi de eorum vitis, et quanam in regione praedicaverint; et quaenam ipsorum nomina, sedes, ac dies eorum sacrae commemorationis. Cap. 50. Sanctorum nomina, quae in canone Theodori studitae hymnographi leguntur.

Is codex descriptus fuit a Leondio Salem alepino presbytero melchita, anno Christi 1757, ut in calce adnotatur.

DCXC. (A. 86.)

Codex in 8. chartac. foliorum 35, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Synopsis chronici Gregorii Barhebraei, *cognomento Abulpharagii*, maphriani seu primatis orientis, secundum annorum seriem digesta. Accedit catalogus codicum MSS. orientalium, quos Andreas Scandar, sumptibus Clementis papae XI, ad usum bibliothecae vaticanae comparavit; subiectis alia manu nonnullis arcanis, quae tamen superstitionem redolent.

DCXCI. (A. 87.)

Codex in 4. chartac. foliorum 53, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Diarium ablegationis apostolicae Iosephi Simonii Assemani ad Maronitas, a die 17. iunii 1736. quo Berytum pervenit, usque ad diem 24. februarii 1737. quo Romam redux ingressus est.

DCXCII. (A. 88.)

Codex in fol. m. bombyc. foliorum 148, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continetur.

Historia SS. Barlaam et Iosaphat, iconibus quadraginta novem minio et auro pictis, varios eorumdem sanctorum actus repraesentantibus, venuste exornata. Is codex ad decimum quintum Christi saeculum videtur referendus.

DCXCIII. (A. 89.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 163, arabicis litteris, et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Iosippi, seu *Iosephi*, *filii Carionis*, liber primus Hebraeorum, inscriptus *liber Maccabaeorum*, arabice ex hebraico conversus, et in partes octo divisus; in quo describitur historia iudaicae gentis, eiusque regum, rerumque quae sub ipsis regibus acciderunt, ab instauratione templi hierosolymitani, temporibus Esdrae post captivitatem babylonicam, usque ad excidium Hierosolymae sub Vespasiano et Tito eius filio romanis imperatoribus. Subiungitur in calce adnotatio, qua monemur, librum hunc fuisse a praedicto Iosepho graece conscriptum, et in eo historiam nativitatis Iesu Christi, eiusque miraculorum, crucifixionis, resurrectionis, et ascensionis in caelum, ab eodem Iosippo scriptam reperiri; quam tamen a Iudaeis improbe praetermissam fuisse, cum supradictum librum e graeco in hebraicum sermonem converterunt. Is autem codex descriptus fuit a Leondio Salem presbytero melchita, mense iulio, anno Christi 1740.

DCXCIV. (A. 90.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 161, arabicis litteris et sermone eleganter exararatus; quo continentur.

Periodi apostolorum, quarum tituli qui sequuntur, atramento rubro distincti sunt. Videlicet 1. Miracula a S. Petro apostolo patrata erga Clementem romanum, eiusque fratrem, filios Iusti, quos S. Petrus apostolus iterum atque iterum dicitur ad vitam revocasse. Deest primum folium. 2. Martyrium S. Petri apostolorum principis, die 29. iunii consummatum. 3. Martyrium S. Pauli apostoli, die item 29. iunii consummatum. 4. Praedicatio S. Andreae apostoli in civitatibus Charduan. 5. Acta SS. Andreae et Bartholomaei apostolorum in civitate Barnos. 6. Martyrium S. Andreae apostoli, consummatum die 30. novembris. 7. Acta S. Iacobi, filii Zebedaei, fratris S. Iohannis evangelistae; eiusque praedicatio in India. 8. Martyrium S. Iacobi filii Zebedaei apostoli, consummatum die 30. aprilis. 9. Acta S. Iohannis filii Zebedaei evangelistae, scripta a S. Prochoro eius discipulo. 10. Requies S. Iohannis evangelistae, in insula Patmos, die 26. septembris. 11. Praedicationes apostolorum in diversis, ad quas abierunt, regionibus. 12. Martyrium S. Philippi apostoli, die 24. novembris. 13. Praedicatio S. Philippi apostoli in civitate Suah. 14. Martyrium S. Bartholomaei apostoli, die 21. iunii. 16. Praedicatio S. Thomae apostoli in India. 16. Martyrium S. Thomae apostoli, die 6. octobris. 17. Acta S. Matthaei evangelistae in civitate sacerdotum. 18. Martyrium S. Matthaei evangelistae, die 16. decembris. 19. Martyrium S. Ia-

cobi filii Cleophae, die 9. octobris 20. Praedicatio S. Simeonis, filii Cleophae, apostoli, qui fuit episcopus Hierusalem post S. Iacobum fratrem Domini. 21. Martyrium S. Simeonis, filii Cleophae, apostoli, die 11. aprilis. 22. Praedicatio S. Iudae apostoli in Syria, eiusque martyrium consummatum die 22. iunii. 23. Praedicatio S. Matthiae apostoli in civitate, cuius incolae humanas carnes vorabant. 24. Martyrium S. Matthiae apostoli, die 9. augusti. 25. Praedicatio S. Iacobi fratris Domini, in urbe Hierusalem. 26. Martyrium S. Iacobi fratris Domini, die 23. octobris. 27. Martyrium S. Marci evangelistae, Alexandriae anno trigesimo a passione Christi, die 25. aprilis consummatum. 28. Martyrium S. Lucae evangelistae, die 18. octobris. Is codex decimo quarto Christi saeculo videtur exaratus.

DCXCV. (A. 91.)

Codex in fol. p. chartac. foliorum 196, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

1. *Vita S. Epiphanii episcopi Cypri*, auctore *Iohanne presbytero constantiensi*. 2. Vita S. Euphemii abbatis, fundatoris laurae in Palaestina, in capita LIII. distributa. 3. Vita S. Sabae abbatis, auctore *Cyrillo scythopolitano*. 4. *Anastasii abbatis montis Sinai* homilia de paenitentia in psalmum sextum. 5. Vita Xenophontis, eiusque coniugis Marinae, et filiorum Iohannis et Arcadii. 6. *Cassiani abbatis* ad Leontium de patribus scetensibus. 7. *Nili abbatis* paraenesis ad Thomam monachum. 8. Eiusdem *Nili abbatis* sermo de pravis consuetudinibus. 9. *Isaiae abbatis* monita iis, qui mundo valedicunt, et monasticam vitam amplectuntur. 10. *Patrum monachorum* dicta et gesta. 11. *Macarii abbatis* sermo de oratione. 12. Eiusdem epistola paraenetica ad monachos. 13. *Stephani thebaei* de instituto monastico. 14. Testamentum cuiusdem monachi ad suum discipulum. Is codex transcriptus fuit ex codice membranaceo ab Isaaco monacho ad usum monasterii montis Sinai mense rabio priore, anno hegirae 272. (Christi 885.) exarato, qui in vaticana bibliotheca adservatur.

DCXCVI. (A. 92.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 180, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continentur.

I. *Vitae sanctorum*. Videlicet 1. SS. Barbarae, et Iulianae VV. et MM. 2. S. Georgii M. 3. S. Zosimi monachi. 4. Historia nativitatis B. V. Mariae, quae S. Iacobo adelphotheo tribuitur. 5. Vita S. Archelidis romani. 6. SS. Cypriani, et Iustinae. 7. S. Catharinae V. et M. 8. S. Mosis monachi. 9. S.

Martiniani monachi. 10. SS. Cyriaci, et Iulittae. II. *Iohannis chrysostomi* homilia de decem virginibus, legenda feria tertia maioris hebdomadae. III. Eiusdem homilia de peccatrice, legenda feria quarta maioris hebdomadae. IV. *Iohannis damasceni archiepiscopi* homilia de eucharistia. V. *S. Iohannis chrysostomi* homilia de feria quinta mysteriorum, sive in caena Domini. VI. Adnectitur alia manu *testamentum Salomonis sapientis*; et in calce *compositio cuiusdam emplastri*, quod ulceribus tumoribusque sanandis utile dicitur. Is codex scriptus fuit ad usum Demetrii filii Safar al-Mogharbel, anno hegirae 1131. (Christi 1718.) quemadmodum in fine homiliae S. Iohannis chrysostomi de feria quinta mysteriorum adnotatur.

DCXCVII. (A. 93.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 146, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continentur.

1. Vita et martyrium S. Febroniae V. 2. Vita Xenophontis, eiusque coniugis Marinae, et filiorum Iohannis et Arcadii. 3. Historia Iohannis anachoretae mosulensis, et miraculorum ab eo patratorum. 4. *Cosmae patricii* de translatione corporis S. Iohannis chrysostomi, archiepiscopi constantinopolitani, ex civitate Caramania in regiam urbem. 5. *S. Iohannis chrysostomi* homilia in illud Domini, *pater si possibile est, ut transeat a me calix iste* etc. legenda feria 6. in parasceve, ad horam primam. Is codex scriptus fuit feria quarta, die 27. novembris, anno mundi 6837. (Christi 1329.) uti in calce martyrii S. Febroniae adnotatur.

DCXCVIII. (A. 94.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 201, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continentur.

1. *Barsaumae archimandritae* vita et miracula, auctoribus abbate et presbytero *Daniele ben-Abisai achmimensi*, et *Motamedo Iohanne Asaadi filio*. 2. *Theophili Landrae episcopi* sermo de translatione corporis B. V. Mariae in caelum, legendus die 16. mensis mesori. 3. *Historia dormitionis Deiparae*, sancto Iohanni evangelistae tributa. 4. *Theophili patriarchae alexandrini* sermo de adventu in Aegyptum B. V. Mariae, pueri Iesu, et Iosephi, deque eorum mora in loco qui monasterium Moharrac dicitur; habitus cum Theophilus una cum decem episcopis ex Thebaide illac transiret et a CCC. eiusdem monasterii monachis invitatus fuisset, tridno ante festum Deiparae, quae dies incidit in diem 21. mensis tybi, ut ibi festum celebraret. 3. *Andreae cretensis archiepiscopi* sermo de ingressu Deiparae in templum, le-

gendus die 21. tesri prioris (novembris) qui congruit cum die 3. mensis chiach Coptitarum. 6. *S. Basilii Caesareae in Cappadocia episcopi* sermo de B. V. Maria. 7. *Cyrilli hierosolymitani episcopi* sermo de S. Matthia apostolo, deque miraculis per B. V. Mariam patratis. 8. *Historia nativitatis B. V. Mariae*, S. Iacobo adelphotheo apostolo inscripta. Is codex scriptus fuit mense bescensio, anno martyrum 1087. (Christi 1371.) uti in fine vitae Barsaumae adnotatur.

DCXCIX. (A. 95.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 45, carsciunice seu arabice litteris syriacis, elegantissime exaratus; quo continetur.

Petri Olivae tullensis, ecclesiae alepinae Maronitarum oeconomi, liber primus philosophiae, sive isagoge in dialecticam, cui auctor summam manum imposuit anno Christi 1688, die 16. septembris, uti in titulo legitur.

DCC. (A. 96.)

Codex in 4. chartac. foliorum 134, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Petri Olivae* liber secundus philosophiae, sive logica, in XVIII. investigationes, variis constantes sectionibus, quarum series initio praeponitur, distributa. Is codex scriptus fuit a Leondio Salem presbytero melchita, anno Christi 1750, quemadmodum in calce adnotatur.

DCCI. (A. 97.)

Codex in fol. m. chartac. foliorum 236, arabicis litteris et sermone, eadem, qua praecedens codex, manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Petri Olivae* liber tertius philosophiae, sive physica, in quatuor tractatus, variis investigationibus et sectionibus constantes, quarum series initio praefigitur, divisa.

DCCII. (A. 98.)

Codex in 4. chartac. foliorum 95, arabicis litteris et sermone eadem, qua praecedentes duo codices, manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Petri Olivae* liber quartus philosophiae, sive metaphysica, in decem investigationes, variis constantes sectionibus divisa, quarum series praefationi subnectitur.

DCCIII. (A. 99.)

Codex in fol. cha tac. foliorum 111, carsciunice, seu arabice litteris syriacis, in duplici laterculo exaratus; quo continetur.

1. *Iosephi Simonii Assemani* isagoge in dialecticam, in tres tractatus, variis constantes sectionibus, distributa; viginti septem diebus ab auctore composita, et absoluta die 27. ianuarii, anno Christi 1708, quemadmodum in eius fine adnotatur. 2. Eiusdem compendium isagoges, compositum quatuor diebus, et absolutum die 31. ianuarii 1708. 3. Eiusdem dialectica, in quatuor tractatus, variis constantes sectionibus, divisa, diebus duodecim composita. 4. Eiusdem compendium dialecticae; compositum horis sex, et absolutum die 18. aprilis, anno Christi 1708, temporibus Iacobi Evodii patriarchae Antiochiae et totius orientis, anno eius patriarchatus tertio; uti in calce adnotatur. Is codex autographus est.

DCCIV. (A. 100.)

Codex in fol. m. bombyc. foliorum 334, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continetur.

Gabrielis Farahat, abbatis generalis monachorum antonianorum congregationis montis Libani, deinde archiepiscopi Alepi, *ianua arabismi*, sive lexicon arabicum verborum et vocum ab iis derivantium, alphabetico ordine dispositum; ubi de varia eorum syntaxi, significatione, paraphrasi, et scribendi modis, laudatis praestantiorum grammaticorum, rhetorum, et poëtarum arabum auctoritatibus, eruditissime aeque ac elegantissime agitur. Opus arabibus christianis atque mahometanis probatissimum.

DCCV. (A. 101.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 96, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Gabrielis Farahat* grammatica arabica, inscripta *investigatio quaestionum, et incitatio disputantis de scientia grammaticali*; omnium quae hactenus prodierunt, accuratissima; ab auctore composita et absoluta in monasterio S. Elisaei prophetae, sito in valle sancta montis Libani, kalendis ianuarii, anno Christi 1708, ceu ipse in clausula adnotavit. Is autem codex descriptus fuit ex autographo, quod in bibliotheca vaticana adservatur, a Clemente Caracciolo neophyto, et absolutus vespere diei dominicae 9. augusti, anno Christi 1711, quemadmodum liquet ex epigraphe ad calcem apposita.

DCCVI. (A. 102.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 133, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Nicolai Saieghi alepini, abbatis generalis monachorum melchitarum basilianorum congregationis S. Iohannis Baptistae in Soairo, *divan*, sive poëmata varia elegantissima, pleraque sacra, ab anno Christi 1711. ad annum 1732. ab eo composita.

DCCVII. (A. 103.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 147, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Nicolai Saieghi*, *divan*, sive poëmata varia, auctiora, pleraque sacra, quae idem composuit ab anno Christi 1711. ad annum 1756, quo diem supremum obiit. Is codex exaratus fuit ab Andrea monacho basiliano congregationis S. Iohannis Baptistae in Soairo, die 16. decembris, anno Christi 1758, quemadmodum ipse in calce adnotavit.

CODICES ARABICI A MAHOMETANIS SCRIPTI.

DCCVIII. (A. 104.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 494, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continetur.

Alcoranus, i. e. Mahometis pseudo-prophetae liber, quem tamquam delapsam e caelo legem venerantur eius adseclae; titulis capitum, et commatum mysticis distinctionibus aureis perspicuus. Is codex decimo quinto Christi saeculo videtur exaratus.

DCCIX. (A. 105.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 413, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continetur.

Alcoranus, nulli pulchritudine secundus: tituli capitum et notae vocales, rubrae; commatum vero mysticae distinctiones, aureae. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

DCCX. (A. 106.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 170, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continetur.

Alcoranus, in quo tituli capitum cuphicis ex auro litteris maioribusque scribuntur, varii insuper in margine arabici ornatus pinguntur. Avulso uno folio, tria postrema capita desiderantur. Is codex ad XIII. Christi saeculum videtur referendus.

DCCXI. (A. 107.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 269, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continetur.

Alcoranus litterarum pulchritudine insignis, sed capitibus 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 80. 81. et 102. usque ad finem avulsis, nonnullisque hac illac foliis deficiens. Is codex decimo tertio Christi saeculo videtur exaratus.

DCCXII. (A. 108.)

Codex in 12. bombyc. foliorum 163, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Alcorani fragmentum, complectens octo capita, nempe a capite XVIII. ad caput XXV. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur descriptus.

DCCXIII. (A. 109.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 80, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Alcorani pars posterior, complectens capita XLVIII, nempe a capite LXVI. ad caput CXIV, quod est alcorani postremum. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

DCCXIV. (A. 110.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 102, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continentur.

Alcorani capita XLII, quae inter orandum legi a Mahometanis solent; subiunctis variis precibus ad Deum, et in laudem pseudo-prophetae Mahometis, arabice et turcice. Frontes capitum alcorani, eorumque commatum mysticae distinctiones, aureae sunt. Is autem codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

DCCXV. (A. 111.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 179, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continentur.

Alcorani capita quinquaginta, adiectis variis precibus arabicis et turcicis, ad usum Mahometanorum. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

DCCXV. (A. 112.)

Codex in 12. bombyc. foliorum 197, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continentur.

Preces ex alcorano et praecipuis Mahometanornm antistitibus decerptae, quarum nonnullae, arcanis notis conscriptae, superstitionem redolent.

DCCXVII. (A. 113.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 203, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Hasani, *Mohammedis filii*, *saganensis*, liber de traditionibus theologicis, inscriptus *fulgores luminum*, in capita XII. divisus; ubi doctorum de Mahometis pseudo-prophetae dictis et factis traditiones referuntur. Ad marginem et inter lineas anonymi commentarius in eumdem librum recentiore manu additus est. Is autem codex scriptus fuit a Iosepho filio Salehi anno hegirae 786. (Christi 1384.) uti in calce adnotatur.

DCCXVIII. (A. 114.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 129, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Maraei filii Iosephi, *filii Abu-Bakri*, imami sive antistitis hierosolymitani, liber inscriptus *iudicium petentis ad obtinendas petitiones*; sive iurisprudentia, iuxta doctrinam scholae hanbaliticae, cuius auctor fuit Ahmed Abu-Abdallah, fil. Mohammedis, fil. Hanbali. Is codex scriptus fuit ab Hamado hanbalita, feria tertia, die 3. mensis ramadhani, anno hegirae 1097, (Christi 1685.) uti in calce adnotatur.

DCCXIX. (A. 115.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 65, arabico-africanis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Omari Abu-Abdallah, *filii Solymani*, liber de praestantia et attributis Mahometis pseudo-prophetae, quae usque ad 101. numerantur; nec non de figura eius tumuli, et quomodo sit invocandus. Is codex ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

DCCXX. (A. 116.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 122, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

I. Anonymi liber inscriptus *splendor perspicuus de cognitione animi*, sive iurisprudentia, iuxta sectam Persarum mahometanorum, qui Sonnitis adversantur, in capita IX. distributa; quorum 1. de purificatione. 2. de oratione 3. de decimis. 4. de primitiis. 5. de quintae partis reditus bonorum solutione. 6. de ieiunio mensis ramadhani. 7. de peregrinatione meccana. 8. de certamine adversus infideles suscipiendo. 9. de bono sectando, et malo fugiendo. II. *Mohammad Abu-Abdallah*, *fil. Mohammad*, *ben-Naamani*, liber de veneris usu, iuxta mentem Persarum mahometanorum, qui Alim sequuntur. III. Eiusdem de Mahometis, Hasani filii, pontificatu; ubi anathematizantur Abu-Bakrus, Omarus, et Othmanus, tamquam obtrusi et usurpatores. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

DCCXXI. (A. 117.)

Codex in fol. p. chartac. foliorum 65, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Drusorum lex, sive doctrina, per epistolas XXV. tradita; in qua reiectis Hebraeis, Christianis, Mahometanis, et Nazaraeis, nova quaedam secta statuitur ab *Hamzeh ben-Ali*, *ben-Ahmedis*, qui toto libro nugatur, *al-Hachemum Bamr-allah* (is Saracenis in Agypto imperavit circa annum hegirae 400. (Christi 1009.) non hominem esse, sed Deum, qui in mortali carne apparuerit, et mox in caelum sese receperit, eumque solum adorandum. Tanti hunc librum faciunt Drusi, quanti alcoranum Mahometani; quin et summa eumdem diligentia custodiunt atque occultant, nec ab aliis nisi a suis sapientibus contrectari permittunt. Idem opus exstat etiam in cod. vat. arab. CCCLXXIX.

DCCXXII. (A. 118.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 78, arabicis litteris et sermone exaratus, quo continetur.

Liber testamenti, seu foederis; qui est unus ex libris doctrinae Drusorum. Is codex, aeque ac praecedens, rarissimus est.

DCCXXIII. (A. 119.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 168, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Scriptura Mosis, sive historiae patriarcharum et prophetarum, ab Adamo ad Isam (Iesum) filium Mariae inclusive; praeposita praefatione de opere sex dierum, et de daemonis lapsu; ex hebraica lingua in arabicam ab *Abu-Isaac Ahmede, fil. Abrahami*, cognomento *Thaalabi*, conversa. Sed hae pleraeque historiae sunt commentitiae, et cum alcorano consentientes. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

DCCXXIV. (A. 120.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 349, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Takieddini Ahmedis, fil. Ali, fil. Abdalcader, fil. Mohammedis, cognomento *Macrizi*, topographica et historica totius Aegypti, ac praesertim urbis Cahirae, descriptio accuratissima. Is codex decimo quinto Christi saeculo videtur exaratus.

DCCXXV. (A. 121.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 266, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Macrizi* historia chalipharum, et virorum fortitudine ac doctrina clarorum, ab anno hegirae 754. ad annum 800, i. e. ab anno Christi 1353. ad annum 1397. Is codex scriptus fuit ab Ali filio Abu-Bakri, Marzuco sciaphcita, die 8. mensis regebi, anno hegirae 804. (Christi 1401.) quemadmodum in fine adnotatur.

DCCXXVI. (A. 122.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 287, arabicis litteris et sermone exaratus, quo continetur.

Ebn-Farat chronicon chalipharum et regum, ab anno hegirae 633. ad annum 659. (i. e. Christi 1235. ad 1260) accuratissimum. Is codex autographus est, cui Macrizius praestantissimus et ipse historicus, hanc manu sua adnotationem ad calcem apposuit. *Hunc librum legit, et pro eius domino precatur Ahmed ben-Ali Macrizius, mense rabio priore, anno hegirae* 818. (Christi 1415.)

DCCXXVII. (A. 123.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 238, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Gemaleddini Novairi (*alepini* , cognomento *tagel-moluch*. i. e. *corona regum*) historia, cuius titulus homeritico charactere scriptus, *musaeum nobilium de excellentia regum et chalipharum* , ab anno hegirae 848. ad an. 872. (i. e. Christi 1444. ad 1467. Is codex autographus est.

[In alio etiam huius catalogi exemplari ms. ait Assemanus : *titulus libri est charactere arabico homeritico exaratus*. Sed enim hunc titulum , itemque codicis asseman. 155, non esse homeriticum (seu hamyariticum) sed lusum potius fraudemque scribae arabis , qui phantasticas litteras commentus sit, censet bisque adfirmat vir horum studiorum linguarumque peritissimus Iosephus Hammerus , in notitia codicum arabicorum a se observatorum , quam in ephemeride , cui titulus *bibliotheca italica* , vulgavit anno 1827. april. p. 33 , et anno 1829. april. p. 26. Profecto ipse Assemanus sibimet contradicere videtur , qui in codice CCXCIII. ait inesse scripturam homeriticam , ex qua huiusce palaeographiae alphabetum crui possit . Etenim siquis duas insolitas epigraphas codicum asseman. 123. et 155 , cum illis litteris sive arcanis sive hamyariticis (si credere dignum est) codicum vatt. CCXCIII. et CCXCII. conferet , diversa prorsus elementa esse comperiet. EDITOR.]

DCCXXVIII. (A. 124.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 66, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continentur.

Abdal-Baseti , *ben-Chalili* , *hanephitae* , historia regum , et diarium temporum, ab anno hegirae 844. ad an. 850. (i. e. Christi 1440. ad 1446.) Est autem diarium rerum gestarum in Aegypto et Syria atque Assyria , sub chaliphis et regibus mahometanis; et catalogus virorum illustrium , qui per septem illos annos floruerunt. Is codex scriptus fuit a Gemaleddino Sciohneh, qui anno hegirae 850. (Christi 1446.) vivebat.

DCCXXIX. (A. 125.)

Codex in fol. bombyc. 260 , arabicis litteris et sermone exaratus ; quo continetur.

Eiusdem *Abdal-Baseti* , *ben-Chalili* , *hanephitae* , historia ab anno hegirae 865. ad an. 874. (i. e. ab anno Christi 1466. ad 1469.) cuius titulus : *hortus deliciarum de rebus gestis per singulos aetatis dies* ; deque laudibus virorum illustrium. Is codex scriptus fuit ab auctore , atque absolutus feria secunda , die 18. rabii prioris , anno hegirae 890. (Christi 1485.) quemadmodum idem in calce adnotavit.

DCCXXX. (A. 126.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 264, arabicis litteris et sermone ele-

gantissime exaratus; quo continetur.

Topographica et historica Syriae descriptio, nuncupata regi Aegypti et Syriae Recneddino Abilfathao Bibarso, auctore *Mohammede filio Ali, fil. Abrahimi, fil. Scedadi, fil. Chaliphae, fil. Abrahimi, fil. Scedadi*, cognomento *Iacuto alepino*. Dividitur in praefationem, et tres partes. Praefatio agit de Syriae nomine et finibus, quae distributa dicitur a Mahometanis chaliphis in sex provincias, quarum 1. Kennesrin; 2. Amasena; 3. Emesena; 4. Damascena; 5. Iordanica; 6. Palaestina. Pars 1. de Alepo, habet capita 17. Pars 2. de provincia Kennesrin, Amasena, et Emesena, deque rebus in Syria gestis a chaliphis mahometanis, ab anno hegirae 20. ad annum 586. (i. e. Christi 640, ad 1112.) habet capita 7. Pars 3. series regum, qui in Syria regnarunt, usque ad auctoris aetatem, idest ad annum hegirae 576. Is codex autographus est.

DCCXXXI. (A. 127.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 225, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Tarik al-camel, sive *chronicon mahometanum cumulate perfectum*, ab anno hegirae 812. ad annum 850. (i. e. Christi 1409. ad 1446.) Auctoris nomen desideratur. Is codex descriptus fuit ex autographo auctoris, anno hegirae 976. (Christi 1568.) uti in calce adnotatur.

DCCXXXII. (A. 128.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 73, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continetur.

Historia Aegypti, cum primum a chalipha Omar, aliisque Mahometis sociis expugnata fuit, ex chronicis Wakidi, isaacitae, aliorumque historicorum mahometanorum deprompta. Is codex scriptus fuit dominica, die 12. mensis Ramadhani, anno hegirae 1104. (Christi 1692.) uti in eius clausula adnotatur. [Accusat hoc loco Assemanum Hammerus loc. cit. april. p. 36. quasi is dixerit auctorem huius historiae Wakidum; quum tamen Assemanus historiam hanc dicat derivatam ex Wakido, aliisque. EDITOR.]

DCCXXXIII. (A. 129.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 160, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Mohammedis, filii Abdal-Mooti, ben-Alphath, isaacitae, sciapheitae, historia Aegypti, cui titulus: *liber rerum egregie gestarum; de re-*

gibus et praefectis Aegypti, ab anno hegirae 1. ad annum 1031. (i. e. Christi 622. ad 1621.) in praefationem, et capita decem distributa; ubi primo agitur de praestantia regni aegyptiaci; deinde de primis eius chaliphis, et subsequentibus regibus ommiadis, abbassidis, phatemitis, iobitis, turcomannis, circassis, et othomanitis imperatoribus, eorumque bassis, seu praefectis, qui Aegypto praefuere.

DCCXXXIV. (A. 130.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 142, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Sciamseddini Mohammedis, *ben-Abul-Serur*, *ben-Mohammedis*, *al-Bakri*, *al-Tsaddic*, liber inscriptus: *hortus illustris*, *de praefectis Aegypti et Cahirae consolatricis*; ubi praeposita praefatione generali de regno Aegypti, exhibetur chronologica series eiusdem regum ante mahometismum, nec non eorum qui Aegypto praefuerunt, ab anno hegirae 20. ad annum 1063. (i. e. Christi 640. ad 1682. Subiungitur, alia recentiore manu, series chronologica bassarum, seu praefectorum, ab anno hegirae 1066. ad annum 1092. (Christi 1655. ad 1681.) Item series chronologica sultanorum othomanorum ab anno hegirae 699. ad an. 1130. (Christi 1299. ad 1717); eorumque qui ipsorum nomine Aegypto praefuerunt, ab anno hegirae 923. ad praedictum annum 1130. (Christi 1517. ad 1717, alia elegantiore manu exarata.

DCCXXXV. (A. 131.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 169, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continetur.

Mohammedis ben-Sciaker fil. Mohammedis, cognomento *al-Cotbi*, *sciapheitae*, *annalium fontes*; sive commentarius chronologicus de rebus gestis chalipharum, deque viris fortitudine bellica, et doctrinae atque sanctitatis laude insignibus, in duos tomos divisus. Tomus I. ab anno hegirae 251. ad annum 296. (Christi 865. ad 908.) Is codex ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

DCCXXXVI. (A. 132.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 234, eadem qua praecedens codex, manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Mohammedis ben-Sciaker al-Cotbi*, annalium fontes; tomus II. ab anno hegirae 600. ad annum 644. (Christi 1203. ad 1246).

DCCXXXVII. (A. 133.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 139, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Phaiedi, filii Mobarachi, abiaritae, antistitis azharensis, hanephitae, selectus tractatus de viris praestantibus; cui auctor postremam manum imposuit die 1. dilcadeh, anno hegirae 1082. (Christi 1671.) Dividitur in quinque capita. 1. Mahometis pseudo-prophetae vita. 2. de quatuor primis chaliphis. 3. de decem Mahometis sociis. 3. de quatuor antistitibus, nempe Abu-Hanipha, Malecho, Sciaphaeo, et Hanbalo, qui sunt duces scholarum, hanephiticae, malechiticae, sciapheiticae, et hanbaliticae, quae apud Mahometanos vigent. 5. Historia doctorum, qui auctoris tempore Cahirae in schola azharensi claruerunt. Is codex scriptus fuit ab Ali Gilano die 6. rabii posterioris, anno hegirae 1084, (Christi 1673.) quemadmodum in calce adnotatur.

DCCXXXVIII. (A. 134.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 132, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continetur.

Novairi, qui pleno nomine dicitur *Scehabeddin Ahmed, fil. Abdaluehabi, fil. Abdalcharimi, bacritae, taimitae, corasitae*; historiarum libri, quibus titulus: *finis sapientium, circa institutionem et disciplinam morum.* Pars I. de imperio Abbassidarum, ab anno hegirae 100. ad an. 289. (Christi 718. ad 901.); estque pars vigesima historiarum. Is codex descriptus fuit ex autographo Novairi ab Abrahamo filio Mohammedis fil. Nahedi, alepino, feria quinta, die 17. mensis regebi, anno hegirae 739. (Christi 1338.) uti in calce adnotatur.

DCCXXXIX. (A. 135.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 138, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Novairi* historiarum pars II. de imperio Abbassidarum, ab anno hegirae 289. ad an. 701. (Christi 901. ad 1301. Dicitur pars XI. historiarum. Item eiusdem *Novairi* historia regum saracenorum in Andalutia, diciturque esse caput quintum partis quintae, et pars XI. historiarum, ab anno hegirae 138. ad annum 484. (Christi 755. ad 1091.) Is codex descriptus fuit ex autographo Novairi ab Abrahamo alepino, sabbato, die 17. sciaabani, anno hegirae 739. (Christi 1338.) uno scilicet post exaratum ab eo praecedentem codicem mense; quemadmodum in calce adnotatur.

DCCXL. (A. 136.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 144, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Novairi* historiarum pars III, ab anno hegirae 65. ad 132. (Christi 684. ad 749.) Is codex descriptus fuit ex autographo Novairi a praedicto Abrahamo alepino feria 1, die 11. gemmadi posterioris, anno hegirae 739. (Christi 1338.) uti in fine adnotatur.

DCCXLI. (A. 137.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 119, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Novairi* historiarum pars IV, ab anno hegirae 700. ad an. 720. (Christi 1300. ad 1320.) Is codex descriptus fuit ex autographo Novairi ab eodem Abrahamo alepino, kalendis sepher, anno hegirae 740. (Christi 1339.) quemadmodum in calce adnotatur.

DCCXLII. (A. 138.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 229, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Ahmedis ben-Arabsciah, historia Tamerlani inscripta, *miracula fati in narrationibus de Timur, qui cognominatur flagellum mundi*: auctior ea, quam Petrus le Vattier arabice et gallice iamdiu Lugduni Batavorum typis vulgavit. Is codex ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

DCCXLIII. (A. 139.)

Codex in fol. chartac. foliorum 130, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Abdarrahamani Gelaleddini asiutensis, historia Aegypti et Cahirae, in quatuor tomos distributa; ubi de Aegypti finibus ex alcorano, de Adami posteria imperii aegyptiaci primis auctoribus, de regibus qui post diluvium imperarunt, de pyramidibus, aliisque Aegypti miraculis, de illius a Mahometanis expugnatione, de eorum chaliphis, ducibus, iudicibus, viris illustribus, poëtis, usque ad annum hegirae 886. (Christi 1481.); de variis olerum, florum, et fructuum generibus, quae ibi proveniunt; de Nilo, et eius canalibus, de collegiis, mesquitis, et balneis, agitur. Tomus I.

DCCXLIV. (A. 140.)

Codex in fol. chartac. foliorum 142, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Asiutensis*, historiae Aegypti et Cahirae tomus II.

DCCXLV. (A. 141.)

Codex in fol. chartac. foliorum 96, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Asiutensis*, historiae Aegypti et Cahirae tomus III.

DCCXLVI. (A. 142.)

Codex in fol. chartac. foliorum 153, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedentes tres codices manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Asiutensis* historiae Aegypti et Cahirae tomus IV. et ultimus.

DCCXLVII. (A. 143.)

Codex in fol. chartac. foliorum 141, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Hamzeh ben-Ahmedis, *ben-Esbat*, *africani*, chronicon ab anno hegirae 527. ad annum 926. (Christi 1132. ad 1519) in undecim capita, duobus comprehensa tomis, distributum; ubi Mahometanorum et Christianorum res gestae in Arabia, Syria, Assyria, Aegypto, ac Thracia accurate describuntur. Tomus I. a capite 1. ad caput 8. inclusive, nimirum ab anno hegirae 527. ad 700. (Christi 1132. ad 1300.)

DCCXLVIII. (A. 144.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 128, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Hamzeh*, chronici tomus II. a capite 9. ad caput 11. et ultimum, nimirum ab anno hegirae 571. ad an. 926. (Christi 1175. ad 1519.)

DCCXLIX. (A. 145.)

Codex in fol. chartac. foliorum 112, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Mouhebeddini Abdarrahmani Olaimi, antistitis hierosolymitani, historia Hierosolymorum et civitatis Alchalili, sive Hebronis, totiusque Palaestinae, ab orbe condito ad annum hegirae 900. (Christi 1494.) in quatuor tomos divisa. Tomus I. ab orbe condito, usque ad tertiam aedificationem templi Salomonis.

DCCL. (A. 146.)

Codex in fol. chartac. foliorum 153, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Olaimi* historiae Hierosolymorum et Hebronis tomus II, a nativitate Mahometis ad annum hegirae 656. (Christi 1258.)

DCCLI. (A. 147.)

Codex in fol. chartac. foliorum 176, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Olaimi* historiae Hierosolymorum et Hebronis tomus III, complectens topographicam descriptionem templi Salomonis, ac templi resurrectionis, aliorumque insigniorum Hierosolymorum, Hebronis, ac totius Palaestinae locorum, mesquitarum, ecclesiarum, monasteriorum; nec non seriem regum, imamorum, iudicum, doctorum, scholarum, et gubernatorum hierosolymitanorum, ab anno hegirae 657. ad an. 860. (Christi 1259. ad 1455.)

DCCLII. (A. 148.)

Codex in fol. chartac. foliorum 65, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedentes tres codices manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Olaimi* historiae Hierosolymorum et Hebronis tomus IV. et ultimus, ab anno hegirae 860 ad annum 900. (Christi 1455. ad 1494.)

DCCLIII. (A. 149.)

Codex in fol. chartac. foliorum 112, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Ismaëlis ben-Ali Mahmud, ben-Mohammad, ben-Omar, ben-Sciahin-sciah, ben-Aiub, vulgo *Abulphedae*, sultani Apameae, auctoris geographiae universalis, *chronicon gentium* ab Adamo ad annum hegirae 487. (Christi 1094.) in praefationem et partes V. distributum, quarum 1. de patriarchis, prophetis, et regibus, ab Adamo usque ad excidium templi Salomonis sub Tito.

2. de regibus Persarum, Chaldaeorum, Aegyptiorum, Graecorum, ante et post exortam mahometanam sectam, Francorum, Syrorum, Indorum, Sinensium, et Arabum. 3. de diversis gentium sectis. 4. historia Arabum, eorumque genealogia. 5. historia Moslemanorum, h. e. Mahometanorum, a Mahomete pseudopropheta, usque ad Mostadaherum filium Moctadhi, vigesimum septimum ex familia Abbassidarum chalipham, qui imperium inivit anno hegirae 487. (Christi 1094.) Totum opus sex tomis comprehenditur. Tomus I. a creatione mundi ad annum hegirae 264. (Christi 877.)

DCCLIV. (A. 150.)

Codex in chartac. foliorum 91, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *sultani Ismaëlis* chronici gentium tomus II, de regibus Arabum etc. ante mahometanismum, a Cahtau primo rege usque ad Mahometem pseudo-prophetam.

DCCLV. (A. 151.)

Codex in fol. chartac. foliorum 77, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Ismaëlis* chronici gentium tomus III. ab ortu Mahometis pseudo-prophetae usque ad eius interitum.

DCCLVI. (A. 152.)

Codex in fol. chartac. foliorum 87, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Ismaëlis* chronici gentium tomus IV. de chaliphis post Mahometem, ab Abu-Bakro usque ad Mansorem, secundum e domo Abbassidarum chalipham, nempe ab anno hegirae 11. ad annum 138. (Christi 632. ad 755.)

DCCLVII. (A. 153.)

Codex in fol. chartac. foliorum 122, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Ismaëlis* chronici gentium tomus V. de chaliphis ommiadis, qui regnarunt in Andalutia, seu Vandalitia, ab Abdarrahmano ben-Moaviae, usque ad Saiphaddauleh regem Alepi et Emesae; nimirum ab anno hegirae 139. ad 333. (Christi 756. ad 944.)

DCCLVIII. (A. 154.)

Codex in fol. chartac. foliorum 103, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedentes quinque codices manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Ismaëlis* chronici gentium tomus VI. ab obitu Toronis, Bagdadi emiri seu ducis, et a chaliphatu Moëzaddiauleh, fil. Boviae, usque ad chaliphatum Mostadaheri; nimirum ab anno hegirae 334. ad an. 487. (Christi 945. ad 1095.) Integrum Abulphedae chronicon gentium producitur usque ad annum hegirae 692, ac proinde desiderantur ducenti et quinque circiter anni, nempe ab anno hegirae 487. ad an. 692. (Christi 1095. ad 1292.)

DCCLIX. (A. 155.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 231, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continetur.

Abu-Mohammad al-Casem, *filii Ali*, *fil. Mohammedis*, cognomento *al-Hariri*; auctoris libri consessuum, de quo infra, chronicon ab anno hegirae 704. ad an. 752. (Christi 1304. ad 1351.) Is codex, qui rarissimus est, exeunte decimo quarto Christi saeculo videtur exaratus. [Non esse huius chronici auctorem Haririum, satis inde legenti cuique palam fit, quod multo ante annum hegirae 704. mortuus est Haririus. Est ergo scribae alicuius error vel potius fraus, qui celebre id codici nomen obtrusit, itemque aliam epigraphem phantasticam; ut censet cl. Hammerus; de qua postrema re diximus ad cod. asseman. 123.]

DCCLX. (A. 156.)

Codex in fol. m. chartac. foliorum 157, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continetur.

Abulphedae Ismaëlis, *ben-Abi-Hasan Ali*, *ben-Mahmudis*, *ben-Mohammedis*, *ben-Omar*, *ben-Sciahinsciah*, *ben-Aiub*, *sultani Apameae*; liber *directionis regionum*, sive geographia universalis in climata XXVIII. distributa, cui auctor postremam manum imposuit, mense sciaabano, anno hegirae 721. (Christi 1321.) uti idem in clausula adnotavit.

DCCLXI. (A. 157.)

Codex in fol. m. bombyc. foliorum 189, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continentur.

Tabulae astronomicae, quibus titulus *zig paruum Sangiari*, auctore *Abu-Mansur Abdarrahmano Gazenio*; qui iussu Abulharati Sangiari, filii

Malechsciah, sexti e domo Sedencidarum chaliphae, hocce opus composuit; ubi praeter tabulas astronomicas, sunt etiam tabulae chronologicae patriarcharum, iudicum, regum Chaldaeorum, Persarum, Graecorum, Aegyptiorum, Syrorum, et Romanorum imperatorum; praeterea Arabum et Saracenorum, usque ad annum hegirae 532. (Christi 1137.) quo auctor vivebat; praeposito tractatu de epochis variarum gentium. Is codex autographus est.

DCCLXII. (A. 158.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 209, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Astronomia et *astrologia* iudiciaria; una cum kalendariis Christianorum, et Mahometanorum, nec non libro *Hermetis Hermetum*, qui alias *Edris*, et *Mercurius Trismegistus* appellatur. Ibi etiam agitur de scientia *zaiergac*, sive divinationis specie, quae litterarum et vocum ope, quibusdam planetarum signorumve zodiaci characteribus notatarum, et circulis inscriptarum, exercetur; insertis novemdecim alcorani capitibus, nimirum a cap 2. ad cap. 20, quae a sortilegis mahometanis recitari debent. Auctoris nomen latet; desunt enim principium et finis codicis, quem ad decimum quartum Christi saeculum haud immerito referas.

DCCLXIII. (A. 159.)

Codex in fol. chartac. paginarum 231, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continetur.

Abu-Ali Hosain, *ben-Abdallah*, *ben-Sina*, vulgo *Avicennae*, *compendium medicinae*. Opus nondum typis vulgatum, nec latine redditum. Is codex descriptus fuit feria 2, die 23. maii, anno Christi 1718, ex codice exarato anno hegirae 781. (Christi 1379.) a Clemente Caracciolo, qui e secta mahometana ad christianam fidem conversus est anno Christi 1709, quemadmodum idem in calce adnotavit.

DCCLXIV. (A. 160.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 188, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Avicennae canon medicinalis*, principio et fine mutilus. Is codex decimo quarto Christi saeculo videtur exaratus.

DCCLXV. (A. 161.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 308, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Liber inscriptus *menhag*, i. e. *via patens*, sivo rerum omnium, quibus homines utuntur, expositio. Ibi autem ciborum, potionum, medicamentorum tam simplicium quam compositorum variae species, servato semper alphabetico ordine, recensentur atque explicantur; auctore *Iahia ben-Isa al-Kateb*, qui e christiano mahometanus factus, nomen *Ali*, *ben-Husain*, *ben-Giazalah*, *al-Tabib*, *al-Labib* assumpsit. Is codex ante annum hegirae 709. (Christi 1309.) exaratus fuit: eo enim anno notatum est sigillum antiqui eius possessoris, quod ad marginem variis in locis impressum occurrit.

DCCLXVI. (A. 162.)

Codex in 8. oblong. chartac. foliorum 100, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Tractatus alchimicus de corporum metallicorum regimine, eorumque in aurum et argentum conversione; inscriptus *liber quintus sapientiae*; ubi etiam varia remedia alchimica adversus quoscumque morbos traduntur. Is codex decimo septimo Christi saeculo videtur exaratus.

DCCLXVII. (A. 163.)

Codex in 8. oblong. chartac. foliorum 104, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedens codex manu exaratus, quo continetur.

Tractatus de confectione elixiriorum, ad sanitatem corporis humani servandam, inscriptus *liber sextus sapientiae*, in quo 890. secreta medica et alchimica exhibentur, quorum nonnulla in italicum sermonem versa.

DCCLXVIII. (A. 164.)

Codex in 8. chartac. foliorum 162, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continentur.

Secreta alia alchimica adversus varios morbos.

DCCLXIX. (A. 165.)

Codex in 8. chartac. foliorum 107, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continentur.

Secreta 95. alchimica, ex elixiriis composita, adversus varios morbos.

DCCLXX. (A. 166.)

Codex in 8. chartac. foliorum 279, arabicis litteris et sermone, eadem qua praecedentes duo codices manu exaratus; quo continetur.

Tractatus de conficiendo auro potabili, et lapidibus pretiosis, atque unionibus; de convertendo argento in aurum, et aliis metallis in argentum, et aurum; deque componendis variis balsamis; subiunctis pluribus secretis, et praescriptionibus medicis adversus varios morbos: quae omnia e suprascriptis *libris sapientiae* deprompta sunt.

DCCLXXI. (A. 167.)

Codex in fol. p. bombyc. foliorum 262, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continetur.

Abu-Mohammad al-Casem, *ben-Ali ben-Mohammad*, cognomento *al-Hariri*, liber consessuum seu orationes quinquaginta philologicae, in consessibus habitae, quae totius elegantiae et eruditionis arabicae specimen merito appellari possunt. Earum pleraeque e locis in quibus habitae sunt, *Sanaae* nempe, *Damiatae*, *Alexandriae*, *Cuphae*, etc. nomen sortiuntur. Is codex scriptus fuit ab Hasano, ben-Machluf, ben-Othman-Alausi, malechita, lectore alcorani in mesquita nova civitatis Hau, in Aegypto superiore, exeunte mense dilcadeh, anno hegirae 800. (Christi 1397) uti idem in calce adnotavit.

DCCLXXII. (A. 168.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 224, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Hariri*, libri consessuum, sive orationum quinquaginta philologicarum, aliud exemplar praecedente codice antiquius, si quidem nonnulla folia sub initium et finem recentiore elegantissima manu suppleta, excipias.

DCCLXXIII. (A. 169.)

Codex in fol. m. bombyc. foliorum 232, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continentur.

Abul-Abbas Ahmedis, *ben-Abdalmumen*, *ben-Mosis*, *ben-Isa*, *ben-Abdalmumen*, *al-Caisi*, *al-Sciorbasci*, commentarius amplissimus in librum

consessuum Hariri, in duos tomos divisus. Tomus I. complectitur priores viginti quatuor orationes. Textus maioribus litteris, commentarius vero minoribus exaratus est. Is codex descriptus fuit anno hegirae 757. (Christi 1356.) ex apographo exarato ab imamo Abu-Abdallah ben-Alsaiegh al-Andalsi; quemadmodum calligraphus anonymus in calce adnotavit.

DCCLXXIV. (A. 170.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 285, arabicis litteris et sermone exaratus, quo continetur.

Ahmedis ben-Mohammad, ben-Arabsciah, liber cui titulus *deliciae principum, et ioci hominum sollertium et facetorum*, in praefationem et decem capita distributus, quorum series praefationi adnectitur. Opus ad instar libri *colailah et damnah*, fabellis, apologis, et narrationibus lepidis constans; cui auctor summam manum imposuit, exeunto rabio priore, anno hegirae 858. (Christi 1454.) Is codex descriptus fuit ex autographo auctoris, die 24. gemmadi prioris, anno hegirae 984. (Christi 1576.) quemadmodum eius calligraphus anonymus in calce adnotavit.

DCCLXXV. (A. 171.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 122, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Scehabeddini Abul-Hasani Ahmedis, fil. Abrahami al-Asghari; liber inscriptus *medulla medullarum*, in decem capita divisus, quorum series praefationi adnectitur. Ibi prolatis variis narrationibus et apologis, de recta morum disciplina deque virtutibus ac vitiis disseritur. Is codex scriptus fuit sabbatho, die 4. mensis mobarrami, anno hegirae 997. (Christi 1588.) uti eius calligraphus anonymus in calce adnotavit.

DCCLXXVI. (A. 172.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 158, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Chalicani liber inscriptus *socrdan*, sive *al-socr fil. aledan*, i. e. *inebriatio in auribus*, in praefationem et septem capita divisus; in quibus de numeri septimi praestantia, de septimis climatibus, deque sultanorum eodem numero distinctorum laudibus, tum soluta tum ligata oratione insertis variis narrationibus et apologis, potissimum disseritur. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

DCCLXXVII. (A. 173.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 233, arabicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Imami Abulpharagii, *ben-Iahia*, *al-Tanuchi*, *al-Nasruani*, liber inscriptus *nuncius veridicus gaudii post afflictionem*; in praefationem et capita XIV. distributus, quorum series praefationi subiungitur. Ibi autem, memoratis variis auctoribus, qui libros eiusdem tituli et argumenti composuere, multa ex alcorano, illius interpretibus, historicisque monumentis excerpta, ad exhilarandum animum afflictum proferuntur. Accedit ad calcem alia manu carmen *ben-Rascedi alepini* de eodem argumento. Is codex descriptus fuit die 22. regebi, anno hegirae 1029. (Christi 1619.) a Mohammede ben-Mohammedis al-Hariri, dervis, sive asceta alepino, hanephita, qui illum se transcripsisse in fine testatur ex apographo exarato die 4. rabii prioris, anno hegirae 641. (Christi 1243.)

DCCLXXVIII. ad DCCLXXXI. (A. 174. ad 177.)

Codices quatuor in fol. chartac. arabicis litteris et sermone, una eademque manu eleganter exarati; quibus continetur.

Fabula romanensis, cui titulus *noctes mille et una*; quatuor tomis comprehensa; quorum primus constat foliis 182, secundus foliis 186, tertius foliis 96, quartus foliis 183.

DCCLXXXII. (A. 178.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 261, arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Eadem *fabula romanensis*, a nocte prima ad noctem ducentesimam octogesimam secundam. Deest initium prohoemii. Is codex decimo quinto Christi saeculo videtur exaratus. Ultimum folium supplevit Abraham al-Rammal alepinus, feria quarta, die 11. mensis sepheri, anno hegirae 1001. (Christi 1592.) uti ibidem a tergo adnotatur.

DCCLXXXIII. (A. 179.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 182, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continetur.

Sciamseddini Mohammad, *ben-Hasan*, *ben-Ali*, *al-Nouagi*, *sciapheitae*, liber inscriptus *pratulum capreolorum*, *de bonitate et pulchritudine iuvenum*; sive carmina in laudem bonorum, et in vituperationem malorum, in quinque capita distributa; pleraque ex praestantioribus Arabum poëtis excer-

pta, quorum nomina singulorum strophis praefixa sunt. Is codex exaratus fuit ab Omar ben-Ahmed al-Bahri, et ad autographum auctoris collatus, die 15. mensis moharrami, anno hegirae 1043. (Christi 1633.) uti in calce adnotatur.

DCCLXXXIV. (A. 180.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 277, arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continetur.

Abu-Ali-al-Uahedi commentarius in *divan*, seu collectionem carminum *al-Mothnabbi*, qui pleno nomine appellatur *Abultaieb Ahmed ben-Hosain, al-Mothnabbi*, in duos tomos distributus. Tomus secundus incipit a laudibus Sultani Saifad-dauleh Ali, ben-Abdallah, ben-Hamadan, cum Antiochiam ingressus est. Is codex exaratus fuit a Mohammad ben-Mohammad, ben-al-Hachim, alepino, feria 3, die 12. mensis regebi, anno hegirae 1044. (Christi 1634.) quemadmodum idem in calce adnotavit.

DCCLXXXV. (A. 181.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 63, arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continetur.

Argiuzeh fi altarik, i. e. poëma, hemistichiis, seu dimidiis versibus, elaboratum; in quo chronicon regum, et imamorum sive antistitum, moslemanorum, a Mahomete pseudo-propheta usque ad annum hegirae 641. (Christi 1243.) strophis 1428. exhibetur, auctore *Takieddino, ben-Ahmed, ben-Almobarach, al-Nasibi*. Is codex scriptus fuit a Mohammad, ben-Casem, ben-Ioseph, ben-Ali, feria 3, die 13. rabii posterioris, anno hegirae 688. (Christi 1289.) uti in calce adnotatur.

DCCLXXXVI. (A. 182.)

Volumen bombyc. longum pedes tres, latum pedes duos; quo continetur.

Tabula geographica Aegypti, cum figuris animalium, quae in ea generantur, Constantinopoli impressa.

DCCLXXXVII. (A. 183.)

Fragmentum codicis arabici oblongi bombyc. fol. 50, quo continentur variae arabicae sententiae et proverbia. Item aliud fragmentum codicis arabici fol. 16, quo continentur 1. nomina patriarcharum alexandrinorum. 2. nomina prophetarum. 3. nomina urbium Aegypto adiacentium. 4. tandem aliquot evangelica dicta.

SUPPLEMENTUM CODICIS ARABICI VATICANI CCCCLXIX. (*)

Pag. 53. Moritur Antonius [Autoninus] Caracalla, cui succedit in imperio Macrinus, qui post unum annum et duos menses interficitur: et post eum imperat alius Antonius. Pontianus papa. Pag. 53. a terg. Moritur Antonius Caesar, cui succedit Alexander, qui Christianis favebat. Heraclius patriarcha alexandrinus primus qui papae titulum sibi arrogavit. Antherus papa. Babylas patriarcha antiochenus, et Narcissus episcopus Hierosolymae. Alexander moritur, et post eum fit imperator Maximianus [Maximinus] sub quo fuit sexta persecutio Christianorum. Pag. 54. Flavianus [Fabianus] papa. Dionysius patriarcha alexandrinus. Moritur Sapor filius Ardsciri regis Persarum, cui succedit Hermes: et hoc defuncto, succedit ei Baharam eius filius. Moritur Maximianus Caesar, cui succedit Blabianus [Pupienus], qui tertio mense occiditur, eique substituitur Gordianus [Pius]. Baharam rex Persarum moritur, et post ipsum imperat alius Baharam eius filius. Manes persa pseudo-propheta, qui a Baharam in duas partes dissectus necatur. Pag. 54. Gordianus Caesar moritur, et post ipsum imperium obtinet Philippus, qui primus in Christum credidit. Gordianus episcopus Hierosolymae. Moritur Narcissus episcopus hierosolymitanus annos natus 116. Occiditur Philippus Caesar a Decio militiae eius duce, qui imperium usurpavit, innumerosque Christianos interfecit. Occiditur pariter Flavianus [Fabianus] papa. Septem dormientes, quorum nomina recensentur.

Pag. 55. Moritur Decius, cui succedunt in imperio Gellius et Iulianus [Gallus et Volusianus]. Cornelius papa. Moritur Iulianus, et post eum Gellius, in quorum locum succedit Gallienus dictus Valerianus Caesar. Maximus patriarcha alexandrinus. Lucius papa. Eustathius [S. Stephanus] papa. Xistus papa II. Domnus patriarcha antiochenus, et post eum Timotheus. Alexander episcopus hierosolymitanus. Pag. 55. a terg. Martyrium S. Cypriani martyris. Gallienus persequitur Christianos. Gallieni filius a rege Persarum interficitur, eaque causa fuit ut Christiani graviorem persecutionem paterentur. Moritur Baharam ben-Baharam, rex Persarum, cui succedit Sciahansciah quatuor mensibus: huic substituitur Narses ipsius frater. Hoc autem defuncto regnat Hermes filius Narsetis. Moritur Gallienus, cui succedit Claudius Caesar. Paulus patriarcha antiochenus, dictus samosatenus, eiusque haeresis, et condemnatio. Pag. 56. Moritur Claudius Caesar, et imperium obtinet Aurelius [Aurelianus]. Theonas patriarcha alexandrinus aedificat ecclesiam. Moritur Hermes

(*) In catalogi exemplari illo, quo nos ad editionem usi sumus, descriptionem huius codicis nonnisi usque ad pag. 53. produxerat Assemanus; reliqua ut proliziora omiserat. Verumtamen quum sero separata quaedam eiusdem Assemani scheda in manus nostras fortuito inciderit, in qua est plena codicis descriptio, noluimus hoc complemento editionem nostram carere.

rex Persarum sine liberis. Sequitur fabulosa narratio de eius successore. Moritur Aurelius, cui succedunt in imperio Tachestus et Coronius [Tacitus et Florianus]; et ambobus interfectis, imperium occupat Brunus Caesar [Probus]. Felix papa. Cyrillus patriarcha antiochenus. Moritur Brunus Caesar, cui substituuntur Carus et Numerianus. Pag. 56. a terg. Martyrium SS. Cosmae et Damiani fratrum.

Moriuntur Carus et Numerianus: succedit in imperio Diocletianus. A destructione templi hierosolymitani a Tito patrata, ad Diocletianum, anni 206. A nativitate Christi, 276. Ab Alexandro, 595. A captivitate babylonica, 838. A Davide, 1335. Ab exitu populi israelitici ex Aegypto, 1941. Ab Abraham ad Diocletianum, 2448. A Phaleg, 2789. a diluvio, 3520. Ab Adamo, 5776. Maximianus imperat cum Diocletiano, amboque persequuntur Christianos, qui martyrii coronam adsequuti sunt. Pag. 57. Martyrium S. Petri alexandrini. Eutychianus papa. Caius papa. Arius haeresiarcha. Diocletianus punitur a Deo adhuc vivens, consumptusque vermibus moritur. Pag. 57. a terg. Diocletiano Curius [Chlorus] et cum eo alius Maximianus, qui vocatur Galerius, ambo persecutores Christianorum. Constantinus magnus et S. Helena Christianis favent. Pag. 58. Preces Christianorum restituunt integram sanitatem Diocletiano imperatori, quia paenitentia ductus eos e carcere eduxerat et foverat; sed postea iterum eos persequutus est, et ab eo martyrio coronati sunt SS. Sergius et Bacchus cappadoces, et S. Barbara, et alii. Marcellinus papa. Pag. 58. Dialogus fabulosus inter Saporem Persarum regem, et Maximianum imperatorem. Pag. 59. a terg. Maxentius persequitur Romanos. Constantinus eum adoritur, videns signum crucis in caelo ex fulgentibus stellis compositum, in quo scriptum erat *in hoc signo vinces*. Maxentius deinde profligatus in aquis Tiberis mersus ad pontem Milvium periit cum exercitu suo. Pag. 60. Maximianus aegre ferens Constantini triumphum, bellum ei intulit; sed victus, nudus urbem reliquit, et alio aufugit.

Constantinus imperat toti orbi. Martyrium quadraginta martyrum cappadocum. Pag. 60. a terg. Constantinus exstruit ecclesias. Eusebius papa. Melchiades papa. Silvester papa. Concilium nicaenum. Nonnulli patriarchae atque episcopi hierosolymitani et antiocheni. Pag. 61. Alexander patriarcha alexandrinus, discipulus S. Petri martyris, damnat Arium, et ab ecclesia eiicit, et excommunicatum decernit, una cum Meletio episcopo eius assecla. Idem destruit fanum a Cleopatra idolis exstructum, et S. Michaëli archangelo dedicat. Pag. 61. a terg. Arius una cum duobus episcopis asseclis suam haeresim profitetur coram Constantino; nempe *pater fuit, quando filius non erat* etc. Convincitur Arius haereseos suae a S. Alexandro patriarcha alexandrino coram imperatore. Pag. 62. Improbatur haeresis Arii de mandato Constantini, et a concilio nicaeno excommunicatur Arius. Pag. 62. a terg. Silvester papa. Dies

paschatis determinatur. Pag. 63. Prohibentur episcopi ducere uxores. S. Helena quaerit sanctam crucem. Pag. 63. a terg. Inventio sanctae crucis, et quomodo agnita fuerit et distincta a crucibus duorum latronum. Pag. 64. a terg. Eumenius defendit Arium, dicens, eum inimicitiarum causa fuisse iniuste condemnatum. Sequitur responsio S. Athanasii ad Eumenium. Pag. 65. a terg. Iudaei Hierosolyma expelluntur; quare multi fidem amplexi sunt et baptizati. Prudens Constantini imperatoris responsum circa Iudaeorum conversionem. Pag. 66. Byzantium mutatur in Constantinopolim anno trigesimo regni Constantini imperatoris, qui moritur anno aetatis suae 65. Pag. 66. a terg. Marcus papa. Iulius papa. Liberius papa. Arius cum sua doctrina commendatur Constantino [Constantio] filio Constantini magni a suis asseclis, qui asserunt, patres concilii nicaeni a veritate omnino deseivisse. Hoc tempore crux iu monte Calvariae a terra usque ad caelum pertingens conspicitur; cuius splendore solis radii obscurantur, idque contigit praesentibus omnibus Hierosolymae incolis, et ipsomet Cyrillo eiusdem urbis episcopo, qui hoc nunciavit Constantino filio Constantini magni scribens: diebus patris tui apparuit crux in caelo, diebus vero tuis apparuit alia crux, quae splendore suo obscuravit solem. Pag. 67. Macedonii patriarchae constantinopolitani haeresis. Pag. 67. a terg. Ariani ecclesias catholicorum occupant, et divum Athanasium persequuntur.

Moritur Constantinus filius Constantini magni, cui successit in imperio Iulianus apostata, anno vigesimo primo regni Saporis regis Persarum. Pag. 68. Concilium II. constantinopolitanum. S. Athanasius patriarcha alexandrinus. Eudoxius patriarcha constantinopolitanus monothelita. Liberius papa. Basilius episcopus Caesareae Cappadociae, et Gregorius episcopus nazianzenus. Tempore Iuliani apostatae floruit S. Antonius abbas protomonachus, qui in in deserto Aegypti varia struxit monasteria. Pag. 68. a terg. Moritur Iulianus apostata interfectus a S. Mercurio; cui successit Iovianus; cui defuncto successit Valentinus [Valentinianus]. Damasus papa, cuius iussu congregatum fuit concilium II. constantinopolitanum. Pag. 69. S. Athanasius ad ecclesiam suam revertitur. Moritur Valentinus; cui successit in imperio eius frater Valens. S. Gregorius nazianzenus concilio II. constantinopolitano praeficitur. Pag. 69. a terg. Moritur Valens imperator, cui successit Valentinianus. Arius cum sua doctrina recipitur, et Macedonius. Pag. 70. Prodigiosa electio Theodosii imperatoris (quae fabulis scatet.) Pag. 72. Damasus papa constituit professionem fidei orthodoxae: fides in spiritum sanctum statuitur contra Macedonium, qui condemnatur. Pag. 72. a terg. Sabellius condemnatur et Apollinaris. Spiritus sancti divinitas confirmatur, qui a patre et filio procedit. Tres personae, tres notiones, tres proprietates: unitas in trinitate, et trinitas in unitate, una essentia in tribus personis, unus Deus, una substantia. Romanus pontifex declaratur primus inter patriarchas, secundus constantinopolitanus, tertius ale-

xandrinus, quartus antiochenus, quintus hierosolymitanus. A primo concilio 318. episcoporum Nicaeae congregatorum ad secundum constantinopolitanum 150. episcoporum, 58. anni effluxerunt. Pag. 74. a terg. nativitas Arcadii filii Theodosii. Pag. 75. Septem dormientium revelatio, tempore Theodosii senioris. Pag. 75. a terg. Siricius papa. Moritur Nectarius patriarcha constantinopolitanus, cui succedit S. Iohannes chrysostomus. Flavianus patriarcha antiochenus moritur, cui succedit Porphyrius. S. Epiphanius Cypri episcopus. Moritur Sapor rex Persarum, cui succedit Baharam. Moritur Theodosius senior.

Pag. 76. Arcadius imperator succedit in imperio patri Theodosio. Nascitur Arcadio filius nomine Theodosius. Moritur S. Arsenius monachus Arcadii praeceptor. Pag. 76. a terg. S. Iohannes chrysostomus in exilium pellitur ab Eudoxia imperatrice. Pag. 77. Moriuntur S. Epiphanius et S. Iohannes chrysostomus. Pag. 77. a terg. Anastasius papa, cui successit Innocentius. Arcadius moritur, cui successit in imperio Theodosius iunior eius filius. Zosimus papa, cui successit Bonifacius. Pag. 78. Concilium generale tertium, tempore Theodosii iunioris contra Nestorii haeresim. Cyrillus patriarcha alexandrinus. Concilium IV. generale chalcedonense celebratum contra Dioscorum. Nestorius patriarcha constantinopolitanus damnatur et expellitur, et haeresis ipsius describitur. Pag. 78. a terg. Caelestinus papa. Congregantur Ephesi 200. episcopi ad concilium: anathematizatur haeresis Nestorii. Pag. 79. Moritur Nestorius in Aegypto superiore, et post eius mortem renovatur eius haeresis a Barsauma nisibeno episcopo, tempore Iustiniani imperatoris, et dilatatur per varias orientis partes. Pag. 79. a terg. Refutatur haeresis Nestorii. Nestorius, Eutyches, Dioscorus, Severus, Iacobus Baradaeus, eorumque asseclae convincuntur haereseos. Pag. 89. Moritur Isdegerdes rex Persarum, cui succedit Baharam eius filius, tempore Theodosii iunioris. Pag. 90. a terg. Xixtus papa. Leo papa. Concilium generale chalcedonense IV. Flavianus patriarcha constantinopolitanus. Dioscorus haereticus patriarcha alexandrinus expulsus et damnatus. Eutyches monachus haeresiarca. Pag. 91. Concilium II. ephesinum.

Pag. 91. a terg. Moritur Theodosius minor, cui succedit Marcianus imperator. Pag. 92. In concilio chalcedonensi congregantur 630. episcopi. Eutyches excommunicatur, itemque Dioscorus. Pag. 92. a terg. Confirmantur tria concilia generalia nicaenum, constantinopolitanum, ephesinum; item chalcedonense. Pag. 93. S. Simeon stylita. Moritur Marcianus, cui succedit in imperio Leo cognomento magnus. Alexandrini patriarcham suum interficiunt, eiusque cadaver per ludibrium camelo eminente vehitur, et incenditur. Hilarius papa. Simplicius papa, qui anathematizavit Timotheum. Moritur Leo magnus imperator. Pag. 94. Leo minor imperat Zenonis filius, cui succedit in imperio Zeno eius pater. Terrae motus Constantinopoli, et obscurato sole in meridie apparent stellae. Pag. 95. Felix papa. Pag. 97. a terg. Moritur Zeno imperator, cui succedit in imperio Ana-

stasius. Pag. 98. Gelasius, Anastasius, Symmachus summi pontifices. Pag. 99. a terg. Moritur Symmachus papa, cui succedit Hormisdas papa, qui anathematizavit Severum patriarcham antiochenum eiusque asseclas. Origo haereseos Iacobitarum. Pag. 101. a terg. Iustinus imperator. Confirmatur concilium chalcedonense IV. 630. episcoporum. Iohannes papa. Felix papa. Iustinus imperator moritur, cui succedit Iustinianus. Pag. 102. a terg. Leo iunior et Anastasius imperatores iacobitae. Pag. 103. Iustinianus imperator aedificat Constantinopoli templum S. Sophiae magnis sumptibus. Mors S. Sabae abbatis. Pag. 103. a terg. Monachi montis Sinai confugiunt ad Iustinianum contra Arabes ismaëlitas destruentes eorum monasteria, et ingredientes in eorum ecclesias, et manducantes venerandam speciem ssmi Sacramenti. Aedificat Iustinianus ecclesiam et monasterium muro circumdatum in monte Sinai, ubi monachi incipiunt habitare legitimo claustro (cum antea diffugerent per montes et valles) prope rubetum in quo dominus Deus alloquutus fuerat Moysen.

Pag. 104. Initia Saracenismi per chalipham Abd-Almalech ben-Meruan. Pag. 104. Bonifacius II. papa. Iohannes II. papa. Agapitus papa. Silverius papa. Vigilius papa. Concilium V. generale. Damnantur Origenes et Theodoretus. Apparet stella tempore Iustiniani, quae visitur 40. diebus, et paulo post hasta ignea per multos dies. Pag. 105. Concilium V. in quo congregantur 164. episcopi, condemnanturque Origenis, Theodoreti, et Abiae episcoporum errores, et confirmantur quatuor praecedentia concilia. Pag. 106. a terg. Pelagius papa. Anastasius magnus patriarcha Antiochiae. Pag. 107. Obiit Iustinianus imperator, anno 39. sui imperii, cui succedit Iustinus. Benedictus papa. Pelagius II papa. Pag. 107. a terg. Moritur Iustinus imperator Graecorum, cui succedit Tiberius. Moritur Tiberius, cui succedit in imperio Mauritius. [In hac pagina asserit auctor, Maronem abbatem haereticum fuisse, et ab eo originem traxisse Maronitarum nationem. Quantum iste a vero aberret, clare patet ex gravissimis auctoribus. Vide cl. Assemanum tom. I. bibliothecae orientalis in notis ad vitam S. Iohannis Maronis; patres societatis Iesu Hieronymum Dandinum, et Iohannem Baptistam Aelianum visitatores apostolicos ad eamdem nationem a summis pontificibus Gregorio XIII. et Clemente VIII. missos, Pagium, Faustum Naironum, Antonium Possevinum, Theodoretum, qui sancti viri discipulos cognovit, et cum quibus frequenter conversatus est, uti apparet ex eius libro inscripto Philotheus; Heribertum Rosweidum in VI. libro vitae patrum; Iohannem Bollandum tom. IV. vitae sanctorum die 14. februarii; Maximum Cythereum Cypri episcopum; Tillemontium tom. XII. Tandem in graecis menaeis fit commemoratio S. Maronis abbatis etc. ex quibus clare apparet error auctoris.] Fuit magnus terrae motus Antiochiae, in Graecia, et Syria, imperante Mauritio. Pag. 108. Gregorius magnus papa. Sabinianus papa. Bonifacius papa. Pag.

110. Mauritius occiditur iussu Phocae, qui invadit imperium. Pag. 110. a terg. Interficiuntur filii Mauritii. Obsidetur Constantinopolis 14. annis. Pag. 111. Falsum est, Sergium patriarcham constantinopolitanum haereticum, fuisse maronitam. S. Iohannes eleemosynarius. Pag. 111. a terg. Adeodatus papa. Restauratio locorum sanctorum sanctissimi sepulchri D. N. I. Christi et aliarum ecclesiarum a Persis et Iudaeis destructarum. Mors S. Iohannis eleemosynarii. Pag. 112. Iudaei occidunt Christianos in urbe Tyro. Pag. 112. a terg. Heraclius interficit Phocam, et occupat imperium.

Incipit hegira pseudo-prophetae Mahometis. A Diocletiano ad hegiram elapsi sunt 338. anni; et a Christo domino, 624. anni. Pag. 114. a terg. Bonifacius V. papa. Heraclius imperator ex gente Maronitarum. [Hoc falsissimum est.] Pag. 115. a terg. Initium abstinentiae a carnibus diebus Mercurii et Veneris in qualibet hebdomada. Mors pseudo-prophetae Mahometis. Pag. 116. Succedit in chaliphatu Abu-Bakrus. Hinc primum schisma Turcarum post mortem Mahometis. Honorius papa. Pag. 118. Chaliphatus Homari ben-Alchetab. Hinc secundum schisma Mahometanorum post mortem Mahometis anno XIII. Heraclii imperatoris. Pag. 118. a terg. Falsum est, Cyrum patriarcham alexandrinum haereticum, fuisse maronitam. Pag. 119. Mahometani obsident Damascum, invaduntque Palaestinam. Pag. 127. Chaliphatus Hothomanis ben-Hoffan. Duo patriarchae antiocheni Georgius et Macarius dicuntur maronitae. Petrus patriarcha constantinopolitanus, et Petrus patriarcha alexandrinus, dicuntur pariter esse maronitae. Honorius papa moritur, qui Maronis opinionem amplexus fuerat; cui succedit in pontificatu Severinus papa. Huic autem succedit Iohannes papa. Pag. 128. a terg. Moritur Constantinus, et occiditur Heraclius ambo imperatores, quibus succedit Constantinus Constantini filius anno 8. Chaliphatus Hothomanis ben-Hoffan. Pag. 129. Theodorus papa, cui succedit in pontificatu Martinus papa. Pag. 130. Chaliphatus Ali ben-Abi-Thaleb.. Pag. 130. a terg. Chaliphatus Mohaviae ben-Abi-Sophian. Concilium VI. sub Martino papa. Pag. 131. Eugenius papa per errorem dictus *Agatho*. Pag. 132. a terg. Moritur Constantinus imperator cui succedit in imperio Iustinianus. Confirmantur concilium VI. et quinque praecedentia concilia. Pag. 133. Chaliphatus Iazid ben-Mohaviae Abi-Sophian. Pag. 133. a terg. Chaliphatus Meruan ben-Athechm, qui post novem menses moritur, eique succedit in chaliphatu Habd Almalech ben-Meruan.

Pag. 134. Moritur Iustinianus imperator, cui succedit Leo. Pag. 135. Chaliphatus Alualidi ben-Habd-Almalech ben-Meruan, qui deinde moritur quadragesimum tertium aetatis annum agens. Pag. 135. a terg. Chaliphatus Salomonis ben-Habd-Almalech, qui deinde moritur annos natus triginta novem, cui succedit in chaliphatu Homar ben-Habd-Alhaziz. Pag. 136. a terg. Chaliphatus Iazid ben-Habd-Almalech, qui post breve tempus moritur, annos natus 37, cui succedit in chaliphatu Hasciam ben-Habd-Al-

malech. Pag. 137. Moritur Hasciam ben-Halid-Almalech annos natus 53. Pag. 137. a terg. Chaliphatus Alualidi ben-Iazid, qui post breve tempus occiditur, cui succedit in chaliphatu Iazid ben-Alualidi. Quo defuncto, succedit ei in chaliphatu Meruan ben-Mohammed ben-Meruan, notus sub nomine Aggiahadi, armenus. Pag. 138. Occiditur Meruan ben-Mohammed ben-Meruan Aggiahadi, cui succedit Abi-Alhebbas in chaliphatu. Pag. 138. a terg. Moritur Abi-Alhebbas, cui succedit in chaliphatu Almansur. Pag. 139. Moritur Almansur, cui succedit in chaliphatu Almohodi. Pag. 139. a terg. Moritur Almohodi, cui succedit in chaliphatu Moyses Alhadi. Quo defuncto, succedit ei Aaron Arrascid. Pag. 140. a terg. Obscuratur sol, et apparent stellae, non sine ingenti populorum admiratione ac timore. Moritur Arrascid, cui succedit in chaliphatu Mohammed Alamin. Pag. 141. Mohammed Alamin interficitur, cui succedit in chaliphatu Almamun. Pag. 143. a terg. Moritur chalipha Almamun, anno hegirae 218. Pag. 144. Chaliphatus Almohtasem. Pag. 144. a terg. Moritur Constantinus Graecorum imperator, cui succedit Theophilus. Moritur chalipha Almohtasem anno hegirae 227. Pag. 145. Chaliphatus Aluatech Aaron ben-Almohtasem. Moritur Theophilus imperator, cui succedit filius Michaël. Moritur chalipha Aluatech anno hegirae 232. Pag. 145. a terg. Chaliphatus Giahfar Almettuacchel. Pag. 146. a terg. Moritur chalipha Almettuacchel, cui succedit in chaliphatu Almontaser Mohammed ben-Almettuacchel. Pag. 147. Moritur chalipha Almontaser, cui succedit in chaliphatu Almostahin Ballah, qui post breve tempus obiit. Pag. 147. a terg. Chaliphatus Almohtaz. Pag. 148. Moritur Almohtaz anno hegirae 255, cui succedit in chaliphatu Almohtadi: quo occiso, chaliphatum obtinet Almohtemed Ballah. Pag. 150. Moritur Almohtemed Ballah, cui succedit in chaliphatu Almohtedhed Ballah. Pag. 151. a terg. Moritur Almohtedhed Ballah, cui succedit in chaliphatu Almoctafi.

Is codex, principio et fine mutilus, ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

CODICES PERSICI
BIBLIOTHECAE VATICANAE.

CODEX I.

Codex in fol. seric. foliis constans 189, persicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continentur.

Evangelia quatuor, persice ex francico seu latino idiomate conversa. Quis autem versionis huius auctor fuerit, nos latet. Singula evangelia in varia capita distribuuntur, quorum tamen series diversa est ab ea, quae in vulgata evangeliorum latina editione conspicitur. *Evangelium Matthaei*, capitibus XXI. absolutum, incipit fol. 1. a tergo. *Evangelium Marci*, capp. XII, fol. 54. a terg. *Evangelium Lucae apostoli*, capp. XXI, fol. 88. a terg. *Evangelium Iohannis apostoli*, capp. XVIII, fol. 144. a terg. Is codex pertinuit olim ad equitem Robertum Strottium, a quo dono datus fuit Francisco Redio Florentiae anno 1663, et ab huius heredibus Benedicto XIV. P. M. oblatus, qui illum vaticanae bibliothecae addixit die 12. septembris, anno 1741, quemadmodum in eius fronte adnotatur.

II.

Codex in fol. seric. foliorum 113, persicis litteris et sermone nitidissime scriptus; quo continentur.

Evangelia quatuor, in regno Golcondae exarata, auroque et minio ornata, interprete anonymo. Capita evangeliorum iuxta vulgatae latinae editionis seriem recensentur: nomen *Iesu*, uti et pleraque nomina propria, Mahometanorum more ubique exhibentur. *Evangelium Matthaei* incipit fol. 1. a terg. *Evangelium Marci*, fol. 33. *Evangelium Iohannis*, ex inscitia bibliopegi ante evangelium Lucae compactum, incipit fol. 54. *Evangelium Lucae*, fol. 78. Is codex, quem ad decimum sextum Christi saeculum haud immerito referas, pertinuit olim ad Hadrianum Relandum, uti in fronte adnotatur.

III.

Codex in 4. chartac. foliorum 60, persicis litteris et sermone exaratus, inter codices persicos vaticanos olim secundus; quo continetur.

Evangelium Matthaei, eiusdem versionis persicae, quam Waltonus tom.

V. bibl. poligl. londin. inseruit. Is codex scriptus fuit Alepi anno Christi 1592, uti fol. 60. in calce adnotatur; pertinuitque olim ad Leonardum Abel episcopum sidoniensem.

IV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 80, persicis litteris et sermone exaratus, inter codices persicos vaticanos olim primus, inter latinos vero vaticanos olim 3774; quo continetur.

Evangelium Matthaei, cuius persicae versionis auctor ignoratur. Haec autem versio concordat cum illa praecedentis codicis. Is codex descriptus fuit a *Mashud filio Abrahimi die 1. mensis regebi*, *anno hegirae* 712. (Christi 1312.) quemadmodum fol. 78. in calce adnotatur. Eum Iohannes Baptista Vecchiettus hisce verbis fol. 80. italice describit. *Questo è l' evangelo di S. Matteo in lingua persiana, riconosciuto e confrontato da Giambattista Vecchietti fiorentino in Roma. Di che antichità sia, si vedrà dalle parole persiane, che stanno nella prima* (anzi ultima) *facciata, contrasegnate di una mano che accenna, le quali ho tradotte per intelligenza e soddisfazione di chi leggerà.* Videlicet. *E' venuto a fine con la benedizione, l' evangelo del benedetto apostolo S. Matteo, che in lingua ebrea lo compose nel paese di Palestina. E' di ventotto capitoli. Nel computo del primo mese di regeb, nell' anno settecento dodici. Questo conto credo, che sia secondo i Maomettani, perchè lo scrittore, essendo in que' paesi, parlò all' usanza loro: e questo me lo dà ad intendere il mese di regeb, che è uno de loro mesi; di maniera che correndo il loro computo 1006. in quest' anno della nostra salute 1598, il libro viene ad essere stato scritto già sono anni 294.*

V.

Codex in 4. bombyc. foliorum 85, persicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim quadragesimus nonus; quo continetur.

Doctrina christiana, per modum interrogationis et responsionis, secundum breviorem doctrinam christianam a ven. cardinali Roberto Bellarmino compositam, disposita. Is codex scriptus fuit ab *antistite Mohammede filio antistitis Mirza Ali ispahanensi*, *die 29. mensis ramadhani*, *anno hegirae* 1029. (Christi 1618.) quemadmodum fol. 85. in calce adnotatur.

VI.

Codex in fol. bombyc. paginarum 279, persicis et italicis litteris ac sermone exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim quadragesimus octavus; quo continetur.

Lexicon persico-italicum, e catechismo in urbe Lahor, Iesuitarum opera, vulgato collectum ab alumnis collegii SS. Petri et Pauli in urbe Ispahan Carmelitarum excalceatorum, et italice explicatum; uti isthaec docet epigraphe italica initio praefixa. *Vocabolario persiano e toscano di tutte le parole che si contengono nella dottrina cristiana, che gli anni passati in Lahor per opera de' padri Gesuiti in lingua persiana fu scritta: a publica utilità dei curiosi di questa lingua messo insieme dagli studenti del collegio di S. Pietro e S. Paolo, che nella città di Spahan capo e reggia di tutto l'impero persiano, dai padri Carmelitani scalzi ultimamente è stato eretto.* Praeit praefatio italica in praedictum lexicon, quae incipit pag. 1. *Gli studenti del collegio di S. Pietro e S. Paolo di Spahan ai lettori. Acciocchè chiunque avrà desiderio di apprendere la lingua persiana non sia arrestato nel principio* ecc. Consequitur lexicon iuxta ordinem alphabeti persici dispositum; apposito ad calcem indice italico verborum, quae in eodem lexico exhibentur. Init. pag. 6.

VII.

Codex in 4. bombyc. paginarum 34, persicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim quinquagesimus; quo continetur.

Petri de Valle mocdasi (i. e. peregrinatione hierosolymitana functi) *patricii romani, ad dominum emirum* (ducem) *Mohammedem Abdaluahabium*, ispahanensem, *epistola de quibusdam christianae religionis rebus*, sive mysteriis, tribus capitibus absoluta.

VIII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 110, persicis et turcicis litteris ac sermone varia manu exarátus; quo continentur.

Codices tres olim seorsim, nunc vero una simul compacti. Primus codex, inter codices orientales Petri de Valle olim quinquagesimus primus, a fol. 1. ad 39. exhibet eiusdem *Petri de Valle ad emirum Mohammedem Abdaluahabium ispahanensem* epistolam de quibusdam christianae religionis mysteriis, cuius in praecedente codice aliud exemplar est. Secundus codex, elegante ma-

nu descriptus, inter codices eiusdem Petri de Valle, olim quinquagesimus tertius, a fol. 40. ad 49, complectitur *ephemeridem persicam anni hegirae* 1031, Christi vero 1622, ad meridiem civitatis Sciraz seu Persepoleos; auctore *Mulla Mirza gianeidita, imami Kulichan Sciraz civitatis totiusque Persidis provinciae praefecti astrologo*. Init. fol. 40. a tergo. Tertius libellus, inter praedicti Petri de Valle codices orientales olim quadragesimus septimus, a fol. 60. ad fol. 110, continet tractatum turcicum, alia manu exaratum, *de fundamentis legis mahometicae*, i. e. de unitate Dei, de prophetia, de successione, et de resurrectione; sine auctoris nomine. Init. fol. 60. a terg.

IX.

Codex in fol. chartac. foliorum 20, persicis et italicis litteris ac sermone exaratus, inter codices orientales Petri de Valle, olim quinquagesimus sextus; quo continetur.

Compendium tractatus patris Christophori Borri iesuitae de nova mundi constitutione, iuxta systema Tichonis Brahae, aliorumque recentiorum mathematicorum; e lingua latina in persicam translatum a Petro de Valle in urbe Goa regia Lusitanorum in India, anno Christi 1624, et ab eodem nuncupatum *Zaineddino Lari astronomo*; apposita e regione italica interpretatione, quam idem Petrus de Valle Romae confecit anno 1631. Init. fol. 1. a terg. *Glorioso tra i savi ed i dotti del paese di Agam il nostro Mulla Zaineddin Lari l' astrologo, alla presenza del protettore della scienza, possessore di onore e prosperità* ecc.

X.

Codex in fol. chartac. foliorum 27, persicis et italicis litteris ac sermone exaratus, inter codices persicos vaticanos olim tertius; quo continetur.

Compendii tractatus P. Christophori Borri iesuitae de nova constitutione mundi aliud exemplar ex praecedente autographo codice descriptum. Titulus italicus persico subiectus, est, uti in praecedente codice, qui sequitur. *Compendio di un trattato del padre Cristoforo Borro gesuita, della nuova costituzione del mondo, secondo Tichone Brahe, e gli altri astrologi moderni, tradotto di latino in persiano da Pietro della Valle il pellegrino, patrizio romano nella città di Goa, che è reggia dei Portoghesi in India, l' anno* 1624. *di Cristo; aggiuntavi l' interpretazione italiana in Roma* 1631.

XI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 194, persicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim quinquagesimus secundus; quo continetur.

Liber splendorum dominicorum, *ad confutationem religionis christianae*, *auctore Mohammede Bakr*, *filio Malek-Ali*, *ispahanensi*, a quo hocce opusculum coeptum mense moharramo, anno hegirae 1031. (Christi 1621.) mense autem ramadhano, eodem hegirae anno, absolutum; quemadmodum in praefatione, et fol. 194. in calce auctor ipse adnotavit. Is codex autographus esse videtur.

XII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 79, persicis litteris et sermone varia manu exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim sexagesimus primus; quo continetur.

1. *Musaeum regium*, i. e. de regibus illustribus tractatus in capita XV. distributus, omnia ad morum disciplinam spectantia; ubi de officiis regum in subditos, et vicissim subditorum in reges, agitur; auctore anonymo. 2. *Musaeum iustorum*, i. e. de piis religiosisque apud Mahometanos viris tractatus praefatione et XI. capitibus absolutus, diversa tamen a superiore manu descriptus; sine auctoris nomine. Init. fol. 52. a tergo. 3. *Thacuim*, i. e. *directio*, seu de lunationibus et kalendario tractatus in XXIV. sectiones distributus, insertis quatuor tabulis. Auctoris nomen ignoratur. Init. fol. 64. a terg. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

XIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 110, persicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim quinquagesimus octavus; quo continetur.

Kelestan, i. e. *rosarium*; *auctore seniore Mosleheddino Saadi scirazensi* (persepolitano.) Opus morale, partim soluta partim ligata oratione compositum anno hegirae 656. (Christi 1258.) Dividitur in octo capita, in quibus praeposita praefatione, agitur 1. de indole et consuetudinibus regum. 2. de moribus religiosorum. 3. de praestantia cultus divini, et de temperantia. 4. de utilitatibus silentii. 5. de amore et iuventute. 6. de senectute et decrepita aetate. 7. de efficacia educationis et institutionis. 8. de statutis conversationis.

Rosarium hoc politico-morale latina versione a Georgio Gentio donatum, prodiit Amstelodami typis Iohannis Blaeu anno 1651. Noster autem codex ad decimum quintum Christi saeculum videtur referendus.

XIV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 123, persicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim quinquagesimus nonus; quo continetur.

Bostan, i. e. *hortus*, *senioris Mosleheddini Saadi scirazensis*. Opus metricum morale, *Atabeko Abu-Bakro ben-Saadi Persarum regi*, *eiusque filio* nuncupatum, in praefationem et capita X. distributum. In praefatione haec sunt. 1. laudes Mahometis Mustaphae, domini rerum et gloriosi principis creaturarum. 2. laudes item selectorum quatuor Mahometis amicorum. 3. causa conscribendi huius libri. 4. laudatio regis Islamitarum Atadeki Abu-Bakri ben-Saadi. 5. laudatio principis regii Mohammedis, filii Abu-Bakri. 6. conclusio et complementum praefationis. Porro caput I. de iustitia, aequitate, et laudabili mundi regimine, quomodo scilicet populus a principe benigne sit tractandus, princepsque vicissim exacta obedientia colendus. Ibi agitur 1. quomodo Nuseirnan celeberrimus rex morti proximus Hermetem successorem suum admonuerit. 2. quale Chosru seu Chosroës filio suo consilium dederit. 3. de antiquorum erga famulos benignitate. 4. de consiliis regum, et de lenitate in condendis imperii decretis. 5. sermo de miseratione erga pauperes subditos. 6. narratio de misericordia erga subditos. 7. sermo, quomodo reges amicos ab inimicis discernere queant. 8. sermo, quod reges deceat mentem advertere ad miserabilem oppressorum subditorum conditionem 9. collocutio cuiusdam religiosi cum rege, ei utiliter consulentis. 10. consilium de benigna tractatione et observantia pauperum. 11. sermo de misericordia antiquorum regum erga calamitosos. 12. narratio de Atabeko, filio Zenki. 13. historia cuiusdam Graecorum regis, et viri litterati. 14. historia iniqui cuiusdam regis, et sapientis religiosi. 15. historia cuiusdam probi religiosi, et regis iniqui. 16. historia circa sententiam, quod dies nostri sunt breves. 17. tacendum esse, et non consulendum ei qui consilia aequo animo non recipit. 18. de consiliis et deliberationibus, ac de regulis statutisque ob imperium iusto regimine moderandum. 19. consilium a patre filio suo datum. 20. consilium de observantia et misericordia erga inopes. 21. historia cuiusdam aegroti regis, cui probus religiosus medelam fecit. 22. de mutatione et vicissitudine temporum, ac translatione regnorum. 23. historia Megnuni, qui regi Chosroi consilium dedit. 24. narratio de Aleb-Arslan, cuius regnum filius proprius obtinuit. 25. historia regis Tehamae, et cuiusdam rustici. 26. Sermo de iustitia eiusque fructibus, et narratio de clementia eiusque effectibus. 27. historia

de duobus fratribus, quorum alter iustus, alter iniquus, et de amborum vitae fine. 28. historia Abdulnassi, eiusque casus cum hortulano. 29. Sermo de felici fine hominis, qui vivens bona opera egerit. 30. historia viri homines exagitantis, cui propriae actiones laqueum iniecerunt. 31. de honore virorum rerum experientia clarorum. 32. De fovendis viris eruditis, qui sunt columnae imperii. 33. ab inimicis sibi esse cavendum. 34. quomodo inimici consilio et prudentia tolli possint. 35. de dissimulatione cum inimicis. 36. de praecavendis inimicorum insidiis. 37. de comparanda sibi circa res inimici notitia, et celandis propriis secretis.

Cap. II. de beneficentia et liberalitate. Tractantur in eo haec. 1. de fovendis et benigne tractandis orbis. 2. Sermo de beneficentia erga probos et improbos. 3. historia de patre parco, et filio liberali. 4. exemplum circa illam sententiam, quae docet: ridentis fortunae tempore cogitandum esse de adversis casibus. 5. cunctis hominibus esse benefaciendum. 6. sermo de revolutionibus temporum. 7. historia de commiseratione, et meditatione finis hominis. 8. historia de religioso avaro. 9. historia de summa liberalitate Chatemi regis. 10. historia de filia Chatemi. 11. historia de clementia regum. 12. historia de infaustis eventibus avaritiae. 13. historia de patre tenaci, et filio incurioso. 14. historia in illud dictum, quod modicum beneficium insignes referat fructus. 15. de moribus regum, et de illa sententia: quod beneficium improbis conferre, sit probos iniuria afficere. Cap. III. de amore et qualitate illorum, qui sanctioris vitae semitam terunt. In eo haec exhibentur. 1. de amore profano, eiusque potentia. 2. de enixa sedulitate amantium. 3. historia de extasi et potentia amoris. 4. historia de illa sententia: amor non cogitat de excelsis. 5. historia de patienti tolerantia molestiarum illius, qui intra patientiae cancellos se continere nequit. 6. narratio de potentia amoris contra mentem. 7. historia Meguni, eiusque sinceri amoris. 8. historia sultani Mahmudi et Aiazae. 9. historia de Pyruane, et de sinceritate amoris eius. Cap. IV. de humilitate. Tractantur in eo haec 1. historia de humilitate religiosorum. 2. historia de Baiezide, eiusque humilitate. 3. de infausto fine ambitionis et superbiae. 4. historia de religioso sapiente, et iudice arrogante. 5. narratio de importunitate pauperum, et de tolerantia regum. 6. historia de religioso et fure. 7. historia de Locniano, eiusque patientia. 8. historia de quodam viro devoto, et de citharoedo. 9. historia de viris, qui molestias importunorum patiente animo tulerunt. 10. historia de Omaro ben-Alchatabi, eiusque humilitate.

Cap. V. aequiescendum esse divinae providentiae. Habentur in eo 1. variae de hoc argumento historiae. 2. fabula de medico, et lupo. 3. de sincera voluntatis submissione, et de benedictione quae inde in hominem redundat. 4. de infante, qui multo tempore absque nutrimento superstes, Deo providente, fuit. 5. historia religiosi Salussi. Cap. VI. de animi tranquillitate et tempe-

rantia In eo haec tractantur: 1. variae ad hoc propositum facientes historiae. 2. historia de quodam viro ad humilia nato, et femina ad sublimia anhelante. 3. de patientia in impotentia, spe melioris sortis. 4. de facilitate ex ipsa difficultate nata. Cap. VII. de bona disciplina et educatione. Tractantur in eo haec. 1. sermo de taciturnitate. 2. historia de occultandis secretis. 3. de prosperitate taciturnitatis, et aerumnis loquacitatis. 4. de utilitate silentii, et damno iactantiae. 5. historia de fure, et oleario. 6. historia de quodam sycophanta, eiusque infamia. 7. historia de Feriduns rege, eiusque consiliario. 8. sermo de educatione feminarum, et de praestantia earum fidelitatis. 9. de educatoribus filiorum. 10. de ambitiosis mendacibus. 11. historia de quodam religioso paupere. 12. descriptio hodierni temporis, de vita nobilium et ignobilium. Cap. VIII. de gratiarum actione ob beneficia ex Deo accepta. Ibi 1. descriptio operum Dei excelsi. 2. parcendum esse impotentibus ab iis qui possunt. 3. historia sultani Togruli, et vigiliarum praefecti. 4. sermo de illo rerum statu, quando consilia humana non concordant cum praedestinatione divina. 6. historia de itinere in Indiam suscepto, et de errore idololatrarum. Cap. IX. de paenitentia et resipiscentia a peccatis. Tractantur in eo haec. 1. historia de viro sene, quomodo eum memoria praeteritae iuventutis maestum fecerit. 2. quomodo iuventute fruendum sit ante senectutem. 3. diversae historiae de hoc argumento. Cap. X. et ultimum de precibus ad Deum fundendis, et epilogus libri. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

XV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 168, persicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continentur.

Giamch-Abbasi, h. e. pandectae, sive systema iuris canonici et civilis Mahometanorum, iussu *Sciah-Abbas* Persarum regis compositum. Dividitur in viginti portas seu capita, quorum series praefationi subiicitur; ubi agitur de lustrationibus, precibus, iciuniis etc. iuxta placita doctorum persarum, qui Alim ben-Abi-Thaleb, Mahometis pseudo-prophetae patruelem et generum, sectantur. Is codex scriptus fuit ab *antistite Abdal-Hosa* ad usum *emiri Abdal-Ola thauranensis*, mense ramadhano, anno hegirae 1045. (Christi 1635.) uti fol. 168. in calce adnotatur; pertinuitque olim ab Hadrianum Relandum.

XVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 233, persicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim quadragesimus primus; quo continetur.

Liber cui titulus *lobb al-thevarich*, i. e. *medulla chronicorum*, a creatione mundi ad annum usque hegirae 948. (Christi 1541.) deducta; *auctore Iahia ben-Abdullatif cazuinensi*, a quo hocce opus, regnante Ismaële ben-Haidar, primo postremae dynastiae regum persarum, anno hegirae 940. (Christi 1533.) coeptum, annoque eiusdem hegirae 948. (Christi 1541.) absolutum fuit. Dividitur in quatuor partes, variis sectionibus constantes, quarum series praefationi adnectitur. Pars prima *de Mahomete* pseudo-propheta, *deque duodecim imamis*, seu antistitibus, qui ei succedere debebant; sectiones 2. Secunda *de regibus* ante exortam Moslemanorum sive Mahometatorum sectam, sectt. 4. Tertia in tres dissertationes et septem portas subdivisa, *de iis qui Mahomete mortuo imperium usurparunt*, Abu-Bakro nempe, Omaro, Osmano, Ommiadis, et Abbassidis: deque dynastiis Tabaritarum, Soffaridarum, Samanidarum, Gauridarum, Boviadarum, Selgiuchidarum, Kouaresmiorum, Atabekorum, Ismaelitarum, Gingiscanidarum, Timunidarum quorum auctor Tamerlanus, et Turcomannorum. Quarta pars *de regibus sofitis*, qui hodie in Perside rerum potiuntur. Is codex scriptus fuit mense gemmadi priore, anno hegirae 986. (Christi 1578) quemadmodum fol. 233. in calce adnotatur.

XVII.

Codex in 12. bombyc. foliorum 94, persico-turcico sermone et litteris exaratus; quo continentur.

De Mahomete pseudo-propheta, eiusque sodalibus narrationes futiles; ubi varia quoque eorum dicta, ex alcorano potissimum ac traditionibus mahometicis excerpta, proferuntur: auctore *Nasreddino Hasan Ali ben-Mohammedis*. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

XVIII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 19, persicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim quinquagesimus quartus; quo continentur.

Tabulae quinque astronomicae, apposita e regione latina interpretatione ignoti auctoris. Earum prima fol. 1. a terg. tabula cognitionis electionum lunae in signis duodecim zodiaci. Secunda fol. 3. a terg. tabula ascendentis Turcarum, et prospectus lunationum. Tertia fol. 4. a terg. tabula cognitionis ascendentis anni mundi, et prospectus lunationum. Quarta fol. 17. a terg. tabula cognitionis sideris octo stellarum. Quinta fol. 18. a terg. tabula coniunctionis, i. e. aspectuum lunae cum stellis sex. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

XIX.

Codex in 4 bombyc. foliorum 121, persico-arabico-turcico sermone et litteris varia manu exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim trigesimus tertius; quo continentur.

1. *Scholia* de prophetia, et de angelis, arabice, auctore *Senan Abul-Seudi, ben-Abdallah, ben-Omar, bidhauensi*, qui iudicis in urbe Sciraz munere functus, obiit anno hegirae 692. (Christi 1292.) Init. fol. 1. a terg. 2. *De sphaera* tractatus persicus cum figuris astronomicis, absque auctoris nomine diversa a superiore manu descriptus. Init. fol. 9. a terg. 3. *Chlasat al-hicht*, id est *butyrum sincerum*, seu purior meliorque astronomiae pars; *auctore Seied Ali Gelebi al-Rumi*; ubi de sphaera potissimum agitur, insertis variis figuris et tabulis astronomicis. Est hic tractatus turcicus, diversa a superioribus manu exaratus. Init. fol. 55. a terg. Desinit fol. 112. a terg. in hanc adnotationem *Complevit auctor hunc librum in urbe Alepo a Deo custodita, exeunte mense dilhegge, anno hegirae propheticae nongentesimo quinquagesimo quinto* (Christi 1548.) Consequitur haec alia calligraphi adnotatio. *Accidit autem complementum exscriptionis huius libri feria secunda, tempore pomeridiano, mense rabio posteriore, anno hegirae nongentesimo octogesimo secundo* (Christi 1574.) 4. *De vocibus* tractatus dialecticus arabicus, auctore anonymo, quem calligraphus in prohoemio vocat *antistitem maximum, fontem sapientiae, priorum et posteriorum praestantissimum, gentis et fidei moslemanicae brachium.* Accedunt ad marginem et inter lineas scholia incerti auctoris, diversa et quidem recentiore, manu exarata. Init. fol. 113. 5. Fragmentum tractatus anonymi *de physica et mathematica*, arabice. Init. fol. 117. 6. *Abu-Abdallae Mohammedis, cognomento Abil-Hossain ansarensis andalutii, expositio in poësim arabicam, et prosodiae regulas*; cum scholiis incerti auctoris, arabice. Init. fol. 120. a tergo.

XX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 56, persicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim sexagesimus; quo continetur.

Liber de magia, ex indico sermone in persicum translatus, auctore et interprete anonymis. Is codex scriptus fuit *mense regebo, anno hegirae* 1031. (Christi 1622.) quemadmodum eius calligraphus *molla* (seu antistes) *Gemaleddinus ben-Mohammedis Behram Iezidi, ex urbe Lar oriundus*, fol. 56. in calce adnotavit.

XXI.

Codex in fol. bombyc. foliorum 315, persicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Lexicon persicum, in quo vocum persicarum origines et significationes variae traduntur, alphabetico ordine dispositum; sine auctoris nomine. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus: pertinuitque olim ad Hadrianum Relandum, qui illum sibi a Cornelio Muttero testamento legatum fuisse in fronte scribit.

XXII.

Codex in fol. p. bombyc. foliorum 70, persicis litteris et sermone eleganter exaratus; ubi continetur.

Lexicon persicum a sapiente Esedi, filio sororis sapientis Abul-Kasem Mansor Firdewssi, tusensi, compositum. Duplex epigraphe italica initio praefigitur. Prima a *Francisco Redio*, ad quem hic codex pertinuit, anno 1660. exarata, hisce cum verbis describit. *Questo libro è un vocabolario persiano, il quale fa menzione solamente delle voci usitate nelle provincie di Balkh, di Transoxana, e di Corasan, le quali voci sono usate dalli poëti persiani, i versi de' quali sono citati ad ogni voce. Questo vocabolario segue l' ordine delle ultime lettere delle parole, e non delle prime, conforme usiamo in Europa ne' vocabolari; anzi segue quasi la maniera del rimario. Fu composto dal sapiente Esedi figliuolo della sorella del sapiente Abulkasem Mansur Firdewssi, nativo della città di Tus nella provincia di Corasan. Fu scritto questo libro la feria prima, a' 9. del mese di moharram, l' anno 733. dell' egira, da Abdarrahman ben-Ahmed Abdel Omar ben-Agaren Etthair.* Altera epigraphe antiquiore manu scripta, haec habet *Lughat Asadi. Questo è un vocabolario persiano composto da Esedi zio* (anzi *nipote.* Non est autem legendum in ms. *Andizio*, sed *Asadi zio*) *di Firdewssi nel 400. incirca del computo de' Maomettani. E' stato scritto questo libro nel 733. del detto computo. Fu comprato da . . . . . in Hormuz l' anno 1602. della nostra salute. Di maniera che la scrittura sola, come si vede dal detto di sopra, arriva a* 280 *anni. Questo libro è stato in una libreria di re, come si vede dal sigillo dorato, che è posto nella prima carta. Alcuni mi hanno detto, che il re era emir Zalfusein re di Corasan, il quale fu molto amico de' poeti, in particolare di Giami, che fiorì nel suo tempo.*

Is codex scriptus fuit dominica, die 9. mensis moharrami, anno hegirae 733. (Christi 1332.) ab Abdal-Omar, ben-Agaren, al-Dabir, uti ostendit ad-

notatio calligraphi eiusdem , fol. 70. ad calcem posita , quae in priore epigraphe italice reddita legitur. Pertinuit olim ad Francisci Redii heredes, qui illum die 12. septembris anno Christi 1741. Benedicto XIV. P. M. dono dederunt , a quo fuit bibliothecae vaticanae addictus.

XXIII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 464 , arabico et persico sermone litterisque elegantissime exaratus , inter codices orientales Petri de Valle olim trigesimus ; quo continetur.

Thesaurus linguae , sive lexicon arabico persicum amplissimum , auctore *Mohammede fil. Abdal-Chalec , ben-Maaruf.* Avulso ultimo folio , desideratur finis. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur descriptus.

XXIV.

Codex in 4. foliorum 89, persicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales ecchellenses olim vigesimus octavus ; quo continetur.

Ianua grammaticae linguae persicae , a Iohanne Baptista Raymundo composita , et latino atque arabico sermone exposita ; collecta et in epitomen redacta a Flaminio Clementino amerino , Romae anno salutis 1615. *in aedibus sancti Laurentii in Lucina.* Dividitur in quatuor tractatus praeposita praefatione collectoris, cuius init. fol. 2. *Flaminius* etc. *Cum linguae persicae desiderio flagrarem, tum ob ipsius linguae pulchritudinem* etc. Tractatus I. *Rudimenta grammaticae linguae persicae , sermone arabico a Ioh. Baptista Raymundo conscripta* (et a collectore ad latinam linguam redacta.) Init. fol. 3. *Scias grammaticos arabes constituisse dictionem , et quod derivantur ab ea* etc. *exemplaria varia.* Tractatus II. *de harph , tertia orationis persicae parte* ; nempe adverbio , coniunctione , praepositione , et interiectione ,fol. 13. *Cum iam exposuerimus duas orationis partes , scilicet verbum et nomen , tertia superest* etc. Tractatus III. *de declinationibus masdarorum cum praesenti* , fol. 25. *Aedificare* etc. Tractatus IV. *de prosodia* ; avulso uno folio , deest initium; consequens autem folium 89. incipit ab his verbis: *conditio iustitiae* etc. *Ut autem possis animadvertere regulas traditas* etc. Is codex autographus est.

XXV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 29 , persicis litteris et sermone nitidis-

sime exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim quinquagesimus septimus; quo continetur.

Liber inscriptus *Leileh ve Megenun*, auctore *Maulana Iaphi*; sive fabula romanensis metrica, de amoribus *Leileh et Megenun*, quatuor laterculis disposita, et figuris undecim minio pictis, quae eorum gesta repraesentant, exornata; de qua vide Herbelotium bibl. oriental. voce *Leileh*. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

XXVI.

Codex in 3. bombyc. foliorum 207, persicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim sexagesimus quartus; quo continetur.

Poëma inscriptum *Chosreu ve Scirin*, sive de amoribus *Chosrois*, Hormisdae filii, vigesimi tertii Sassanidarum dynastiae regis, et mulieris *Scirinae*; quem librum *Baiazides, Mustaphae filius, sultano Amurado huius nominis secundo* nuncupavit, et in persicam linguam ex turcica nescio quis convertit. Is codex ad sultani Amuradi II, qui othomanicum imperium obtinuit ab anno Christi 1421. ad 1451, aetatem videtur referendus.

XXVII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 218, persicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim sexagesimus quintus; quo continetur.

Chosreu ve Scirin, sive poëma de amoribus *Chosrois*, filii Hormisdae Persarum regis, et mulieris *Scirinae*, duobus laterculis dispositum; auctore *seniore Nadhameddino*, poëta apud Persas celeberrimo. Haud parum hocce poëma differt ab eo, quod in praecedente codice recensuimus. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

XXVIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 152, persicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim sexagesimus secundus; quo continetur.

Divan, sive collectio poëmatum amatoriorum, seu odarum CCCXCII. quae versus 4495. complectuntur; auctore *Haphedho*, celebri apud Persas poëta, qui anno hegirae 797. (Christi 1394.) obiit. Eius integrum nomen est *Sciem-*

seddin Mohammad ben-Haphedh. Is codex ad decimum quintum Christi saeculum videtur referendus.

XXIX.

Codex in 8. oblongo foliorum 70, persicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim sexagesimus tertius; quo continentur.

Carmina persica, in laudem Dei, Mahometis pseudo-prophetae, eiusque sodalium, item Solymani, aliorumque consequentium othomanorum imperatorum usque ad Selimum; inserto poëmate turcico amatorio. Auctoris nomen, et carminum tituli desiderantur. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur conscriptus.

XXX.

Codex in 12. oblongo bombyc. foliorum 34, persicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim sexagesimus sextus; quo continetur.

De proeliis Kiscem (qui est unus ex heroibus τοῦ Sciahname) fragmentum poëmatis compositi ab anonymo, descripti autem anno hegirae 1032. (Christi 1622.) quemadmodum fol. 34. in calce adnotatur. [Hunc codicem perrarum existimat ill. Hammerus bibl. ital. 1827. inl. p. 17.]

XXXI.

Volumen sericum, inauratum, foliis chartaceis conglutinatum, longum pedes quinque, latum pedes tres, persicis litteris et sermone elegantissime exaratum; quo continetur.

Husseini Persarum regis epistola ad Innocentium XII. pontificem maximum, cum legato regio et donis missa: ubi eundem Pontificem summis laudibus ac titulis splendidissimis exornat, utque perpetuum secum foedus inire velit, enixe rogat. In regio epistolae signo Husseinus Salomonis regnorum se heredem, atque regem oecumenicum inscribit. Adnectitur seorsim folium unum chartaceum, in quo italica eiusdem epistolae interpretatio exhibetur. [Haec epistola desiderari nunc videtur; nisi forte in archio pontificio est.]

XXXII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 18, persicis litteris minutissimis et ser-

mone elegantissime exaratus; quo continetur.

Liber moralis metricus, absque titulo et auctoris nomine, in varia distributus capita, quatuor laterculis auro ornatis dispositus. Priora tria capita, et quaedam posteriora desiderantur. In iis, quae supersunt, agitur de regis erga subditos cura ac tutela; de humanitate; de rerum discrepantia; de pretio rerum creatarum; de creatione; de signis interituri mundi; de inferis, et caelo; deprecatio regis Fachreddini; de elegantia sermonis, ac utilitate inde percipienda etc. Singulis capitibus insertae sunt narratiunculae variae, pleraeque commentitiae. Fol. 15. a terg. minio picta occurrit tabula repraesentans quosdam reos variis suppliciis et morti addictos. Is codex ad decimum quartum Christi saeculum videtur referendus.

XXXIII.

Fasciculus complectens varias epistolas, relationes, et instrumenta publica, ad negotiationem Batavorum in Perside et Indiis spectantia; nec non decalogum persice ex latino redditum. Omnia ab Hadriano Relando collecta, et ex eius hereditate, una cum compluribus codicibus arabicis, turcicis, persicis, et indicis, a card. Passionaeo S. R. E. bibliothecario, ad incrementum bibliothecae vaticanae, anno 1763. comparata.

XXXIV.

Codex bombyc. in 12. foliorum 140, persice conscriptus; quo continentur.

Laudes alcorani, eiusque sectatorum. Item variae preces, et narrationes asceticae ut plurimum fabulosae, et superstitione refertae, cum professione fidei Mahometanorum. Is codex scriptus fuit anno hegirae 1044. (Christi 1634.) ut in calce pag. 128. a terg. in margine adnotatur. Nonnulla vero folia scripta sunt anno hegirae, ut in calce pag. 140. a terg. legitur.

XXXV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 211. persice nitide conscriptus; quo continentur.

Variae Persarum preces, et ascetica praecepta; ut pag. 38. linea 9. et pag. 143. a terg. linea ultima apparet. (Immo est hic Hafis persicorum lyricorum princeps. Praecedit notitia pretiosa de collectione poëmatum pers. anno hegirae 791, Christi 1388, curata.) Is codex exaratus fuit anno hegirae 975 (Christi 1567) ut in calce adnotatur.

XXXVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 113, persicis litteris et sermone conscriptus; in quo agitur.

1. De vita regum. 2. de moribus religiosorum. 3. de virtute frugalitatis. 4. de utilitate silentii. 5. de amore impudico. 6. de infirmitate senectutis. 7. de effectibus educationis. 8. de disciplina conversationis. Is codex exaratus est mense rabio priore, anno hegirae 1066. (Christi 1655.) ut in calce legitur.

XXXVII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 148, medio et fine mutilus, persicis litteris et sermone venustissime conscriptus, cum lemmatibus armeniacis; quo continentur.

Psalmi Davidis regis et prophetae. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

XXXVIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 131, persice nitide conscriptus; quo continentur.

Modi, causae, et signa medicinae. Is codex exaratus fuit anno hegirae 963. (Christi 1555.) ut in calce adnotatur.

XXXIX.

Codex in 8. chartac. foliorum 117, persicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Miscellanea varia. 1. Pag. 1. epitome grammaticae arabicae persice explicatae. 2. Pag. 23. logica, cum versione latina interlineari in nonnullis foliis. 3. Pag. 55. nonnullae controversiae christianae religionis. 4. Pag. 72. de modo addiscendi elegantiorem linguam arabicam etc. Is codex varia manu exaratus est, et in pluribus locis mutilus.

XL.

Codex in 8. bombyc. foliorum 255, persicis litteris et sermone nitidissima aeque et accuratissima manu conscriptus; quo continetur.

Liber boni, seu *religionis*, in quo varii sermones ascetici et morales continentur; auctore Mohammed ben-Mohammed ben-Alhosen Altusi, uti ex fine paginae 2. a terg. cognoscitur. Is codex pertinuit olim ad excelsum emirum

Asil-Addin, ut legitur in schemate initio codicis depicto, auro minioque fucato: exaratus vero fuit anno hegirae 869. (Christi 1464.) ut in epigraphe ad calcem posita adnotatur.

XLI.

Codex in 12. bombyc. foliorum 90, persice conscriptus; quo continentur.

Varii sermones ascetici, ut ex pag. 34, versiculo 13, eruitur, ubi de Christo sermo habetur hisce verbis: *Iesus*, *cui sit pax* etc. Is codex ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

XLII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 117, persicis litteris et sermone nitida manu conscriptus; quo continentur.

Psalmi Davidis regis et prophetae. Praeit praefatio arabico idiomate conscripta. Is codex ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

XLIII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 78, persicis litteris et sermone nitidissime conscriptus; quo continetur.

Kelestan, hoc est *rosarium*, in quo varii sermones tam soluta quam ligata oratione exponuntur. Is codex ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

XLIV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 348, persice conscriptus; quo continetur.

Iesu Christi fides et doctrina. Habetur etiam comparatio doctrinae Christi cum illa Mahometis. Is codex varia manu conscriptus, ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

XLV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 169, persice conscriptus; quo continetur.

Vita et historia Iesu Christi, cum eiusdem miraculis; ut constat ex ipsa praefatione, et ex singulis capitibus. Is codex ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

XLVI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 109, persice conscriptus; quo continentur.

Sermones de somniis, de fortitudine, de liberalitate, de laudibus pietatis et fidei, de conservando secreto, de segregatione a consortio impiorum etc. ut eruitur ex indice capitum arabice descripto. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

XLVII.

Codex in 8. chartac. foliorum 129, persicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Speculum veri sermonis, in quo varii sermones ascetici proponuntur, ut patet ex pag. 64. a terg., ubi sermo est de essentia sancta, de Maria, de Abrahamo, et Davide: item pag. 76. de Iesu Christi evangelio; et pag. 128. de Iesu Christo etc. Is codex ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

XLVIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 136, persice conscriptus, principio et variis in locis mutilus; quo continetur.

Historia domini nostri Iesu Christi, ut pag. 31. a tergo, versiculo 5, adnotatur. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

XLIX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 114, persicis litteris et sermone nitidissima manu conscriptus; quo continetur.

Expositio dogmatum catholicae fidei regi Persarum Sciah-Abbas ab anonymo catholico persa oblata, ut in fronte rubris litteris declaratur. Is codex ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

L.

Codex in 8. bombyc. foliorum 165, persicis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

1. Dei tituli et attributa. 2. Mahometis, Abu-Bakri, Omari, Abi-Thalebi, Selah-Addini, et aliorum celebriorum Mahometanorum laudes. Is codex scriptus fuit manu Mahometis ben-Ahmed apamensis, mense ramadhano, anno hegirae 1007. (Christi 1598,) ut in calce adnotatur.

LI.

Codex in fol. bombyc. paginarum 680, latinis litteris persico vero idiomate conscriptus; quo continetur.

Alcoranus Mahometis. Is codex ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

LII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 125, persicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Expositio doctrinae christianae, cum nonnullis evangeliorum capitibus. Is codex scriptus fuit anno Christi 1588.

LIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 179, persice conscriptus, principio et fine mutilus, varias narrationes plerumque fabulosas, partim soluta partim ligata oratione, complectens; qui ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

LIV.

Codex in 12. bombyc. foliorum 93, persice conscriptus; quo continetur.

Compendium grammaticse persicae, cum lexico secundum alphabeti litteras disposito. Is codex ad saeculum Christi XV. videtur referendus.

LV.

Codex in 8. bombyc. paginarum 1126, persice nitide conscriptus; quo continetur.

Persica alcorani versio. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

LVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 217, persice conscriptus; quo continentur.

Quatuor domini nostri Iesu Christi evangelia. Pag. 1. a terg. evang. S. Matthaei. Pag. 62. evang. S. Marci. Pag. 101. a terg. evang. S. Lucae. Pag. 168. evang. S. Iohannis. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

LVII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 371, persicis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Domini nostri Iesu Christi vita ab anonymo persa descripta. Is codex ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

LVIII.

Codex in 12. bombyc. foliorum 108, persice conscriptus; quo continetur.

Kelestan, seu *rosarium*, complectens sermones morales partim soluta, partim ligata oratione. Is codex, principio mutilus, exaratus fuit ab Ali Chamra anno hegirae 901. (Christi 1495.) ut in calce legitur.

LIX.

Codex in fol. bombyc. foliorum 583, persicis litteris nitidissime conscriptus; quo continetur.

D. Thomae aquinatis summa contra gentes, ex latino persice versa a patre Petro a Matre Dei, ex ordine fratrum excalceatorum B. V. Mariae de monte Carmelo, sub titulo S. Pauli. Is codex absolutus fuit kalendis augusti 1664, ut ex latina praefatione, quae codici praeponitur, cognoscere licet.

LX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 46, persico sermone et litteris nitidissime exaratus, lineis aureis circum paginas ornatus, inter codices turcicos (mendose) vaticanos olim decimus; quo continetur.

Poëma persicum *spari et mallei.* Is codex ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

LXI.

Codex in fol. p. bombyc. foliorum 364, hebraicis totus litteris, sed hebraico et persico sermone, conscriptus; quo continetur.

Pentateuchus Mosis, in quo singulis hebraici textus versibus totidem persicae interpretationis, litteris tamen hebraicis, versus subiiciuntur. De hoc praestantissimo codice multum se locuturum in persicorum codd. catalogo promiserat Assemanus (codd. hebr. vat. p. 455.) deque discrimine, quod inter ipsum et persicam Iacobi Tavusii interpretationem, a Waltono in bibliis polyglotti londinensibus editam, intercedit. Verum postea Assemanus nihil de hoc codice scripsit. Initio codicis prostat haec italica epigraphe. *Compero da me Gioan Vecchietti fiorentino, l' anno 1606. nel mese di maggio. Perduto meco in Tunisi, e venuto in mano de' corsari quando fui fatto schiavo. E ricompero un' altra volta per due zecchini d' oro dal Cacam degli Ebrei, in mano del quale era pervenuto. Fu compero la prima volta in Persia nella città di Lar.* Deinde sequitur manu recentiore. *SS. D. N Benedictus PP. XIV. bibliothecae vaticanae, die* 12. *septembris* 1741. *D. D.*

LXII. (ASSEMANIANUS 1.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 185, persice elegantissime exaratus; quo continetur.

Saadi scirazensis liber inscriptus *kelestan*, i. e. *rosarium*; opus politicum et morale, in capita octo distributum; in quibus partim soluta partim ligata oratione agitur 1. de indole et consuetudinibus regum. 2. de moribus et disciplina religiosorum. 3. de praestantia cultus divini, et de temperantia. 4. de silentio. 5. de amore, et de iuventute. 6. de senectute et de decrepita aetate. 7. de vi educationis et institutionis. 8. de regulis et constitutionibus conversationis. Deperditis nonnullis foliis, deest pars prior praefationis, et in fine postrema pars capitis octavi. Is codex ad decimum quintum Christi saeculum videtur referendus. (Confer codd. pers. XIII. XXXVI. LVIII. LXIII.)

LXIII. (A. 2.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 97, eleganter exaratus; quo continentur.

1. *Sciahedi*, liber metricus de etymologia nominum persicorum, deque ratione componendorum carminum, sultano Gemaleddino nuncupatus. 2. *Saadi scirazensis kelestan*, i. e. *rosarium* politico-morale, fine mutilum; de quo in praecedente codice. Is codex scriptus fuit anno hegirae 875. (Christi 1470.) quemadmodum in calce libri *al-Sciahedi* adnotatur.

LXIV. (A. 3.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 80, elegantissime exaratus, lineisque aureis circum ornatus; quo continentur.

Laudes in nonnullos sultanos et emiros, sive reges et duces mahometanos, bellica arte et sapientia ceteris praestantiores, partim soluta partim ligata oratione, in duplici laterculo conscriptae. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

LXV. (A. 4.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 54, persice nitidissime exaratus, et lineis aureis circum exornatus; quo continentur.

Hasain Agha, laudes in sultanos othomanos, partim soluta partim ligata oratione elucubratae. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

ADNOTATIO.

Cunctos fere hos codices arabicos, persicos, turcicos, ad fidem catalogi ms. assemaniani descripsi; ubi vero hic cessabat, supplementa, inventis schedis consultisve amicis, addidi. Sed tamen cum postea nactus aliquod otium, codices ipsos manu retractarem, deprehendi ut par erat consuetos obrepere longo labori vel defectus vel errores. Nam et foliorum in codicibus numerus a catalogo ms. interdum dissidebat; v. gr. cod. arab. LXIX. dicendum erat fol. 177. non 117; cod. XCI. fol. 332. non 180; CCXXXI. fol. 429. non 495; CCXLI. fol. 160. non 360; CCLXXXVIII. fol. 137. non 173; CCCI. fol. 81. non 41; CCCCXX. scribe fol. 35. DCXXIV. fol. 105. non 115. In cod. DCLXXVIII. in catalogo ms. est *Paulus episcopus Monaphausue*, at in scheda *Paulus episcopus monophysita*. Praeterea codices nonnulli (quamquam oppido pauci) desiderantur in utraque serie vaticana et assemaniana; id quod in tantis horum codicum casibus, tum veterum tum nostrae memoriae temporum, via ego miror: praesertim cum nulla codicum collectio aut bibliotheca defectibus sit immunis. Nonnulli denique codices extra ordinem positi erant, qui error facile emendatus est. Interdum alii substituti fuerant, quorum materia a descriptione catalogi dissidebat. Exempli causa, loco codicis desiderati arab. DCXLIX. (seu asseman. 45.) alius inventus in sede est, cuius haec materia. *Codex in 8. bombyc. foliorum 40, arabicis litteris et sermone nitidissime conscriptus, quo continetur compendium praecipuorum fundamentorum sectae mahometicae, secundum ritum Sciaffeiorum; auctore Ahmed ben-Hussan persa ispahanensi. Codex exaratus anno hegirae 930.* (Christi 1523.) *ut in fronte pag. 2. adnotatur.* EDITOR.

CODICES TURCICI
BIBLIOTHECAE VATICANAE.

CODEX I.

Codex in 12. bombyc. foliorum 167, turcice ut plurimum conscriptus; quo continetur.

1. Praefatio arabica cum laudibus Mahometis. 2. Epitome singulorum capitum alcorani turcice conscripta. 3. Computus mensium turcicorum. 4. Schemata seu circuli superstitionem redolentes. 5. Variae preces Turcarum partim arabicae partim turcicae. 6. Carmina aliquot turcica. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus.

II.

Codex in 8. bombyc. foliorum 125, turcicis litteris et sermone varia manu exaratus; quo continentur.

Miscellanea complectentia nonnullas preces a Mahometanis aliquod opus aggressuris recitandas: item poëmata quaedam amatoria et futilia: et circa finem fragmentum tractatus anonymi de astrologia et de motu lunari. Omnia inordinata et perperam compacta, luxatis plerisque foliis. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

III.

Codex in 12. bombyc. foliorum 70, arabico-turcicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos vaticanos olim centesimus trigesimus nonus: quo continetur.

Liber precum et laudum, ad usum Mahometanorum, cum variis arabico-turcicis amuletis superstitiosis; principio mutilus. Is codex a praesule de Corbara ad cardinalem Scipionem Burghesium S. R. E. bibliothecarium ex meliteusi insula allatus fuit, et ab eodem cardinali vaticanae bibliothecae additus. Eius vero aetas ad decimum sextum Christi saeculum videtur referenda.

IV.

Codex in 12. bombyc. foliorum 159, arabico-turcicis litteris et sermo-

ne elegantissime exaratus, inter codices turcicos vaticanos olim decimus quartus; quo continentur.

Preces ad Deum, et *laudes* Mahometis pseudo-prophetae, turcice et arabice, cum aliquot expositionibus; ultimo folio mutilae. Accedunt amuleta varia, cum figura sigilli Salomonis, eiusque inscriptionibus; quibus mala depelli, bona obtineri Mahometani nimium creduli ac superstitiosi sibi persuadent. Is codex a praesule de Corbara ad cardinalem Scipionem Burghesium, ut in bibliotheca vaticana collocaretur, ex melitensi insula allatus fuit; uti in eius fronte italice adnotatur. Illius autem aetas decimum sextum Christi saeculum haud excedit.

V.

Codex in 16. chartac. foliorum 138, arabico-turcicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices turcicos vaticanos olim decimus quartus; quo continentur.

Preces turcicae et arabicae, ad usum Mahometanorum; insertis a fol. 13. ad 51. tribus alcorani capitibus, quae inter orandum recitari solent. Videlicet cap. *Ias*, alcorani XXXVI; cap. *misericordis*, alcorani LV; cap. *nuncii*, alcorani LXXVIII. Is codex scriptus fuit *mense scewal*, *anno hegirae* 988. (Christi 1580.) quemadmodum fol. 51. a terg. in clausula capitis *nuncii*, eadem qua totus codex manu scribitur.

VI.

Codex in 16. chartac. foliorum 108, arabico-turcicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices turcicos vaticanos olim duodecimus; quo continentur.

Preces Mahometanorum, turcice et arabice scriptae. Dimidium folii primi excidit. Is autem codex, quem ad decimum sextum Christi saeculum haud immerito referas, a praesule de Corbara ad card. Scipionem Burghesium ex melitensi insula allatus fuit, et ab eodem cardinali vaticanae bibliothecae addictus, ut in margine folii secundi italice adnotatur.

VII.

Codex in 16. bombyc. foliorum 67, arabico-turcico sermone et litteris exaratus, inter arabicos vaticanos olim 138; quo continetur.

Libellus precum arabicarum et turcicarum ad usum Mahometanorum; praepositis tribus alcorani capitibus; nimirum 1. cap. *Ias*; 2. cap. *regni*; 3. cap.

76 *

nuncii. Preces autem incipiunt fol. 23. a terg. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

VIII.

Codex in 16. bombyc. foliorum 53, turcico sermone et litteris varia manu descriptus; quo continentur.

Preces ad usum Turcarum; subiectis nonnullis orationibus superstitiosis, una cum amuletis, quae arcanis notis exarata sunt. Deest initium. Is codex pertinuit ad cardinalem sancti Georgii, nempe Cynthium Aldobrandinum, ad quem e melitensi insula dono fuit missus die 2. martii, anno Christi 1500, quemadmodum fol. 1. italice adnotatur.

IX.

Codex in 16. chartac. foliorum 32, turcico-arabico sermone et litteris exaratus; quo continentur.

Preces ad Deum, cum laudibus Mahometis pseudo-prophetae, partim turcice partim arabice. Is codex decimo septimo Christi saeculo videtur exaratus.

X.

Codex in 16. bombyc. foliorum 83, turcico sermone et litteris exaratus, inter codices turcicos vaticanos, olim decimus octavus; quo continentur.

Preces, ad usum Turcarum, pleraeque superstitiosae, principio mutilae. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

XI.

Codex in 16. bombyc. foliorum 76. coloribus variis fucatorum, turcicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices turcicos vaticanos olim vigesimus quintus; quo continentur.

Preces Turcarum, quae quotidie persolvi, ob repellenda mala et bona obtinenda, solent; invocationibus nominum Dei insertis, quae arabico sermone scribuntur. Is codex, quem ad decimum sextum Christi saeculum haud immerito referas, vaticanae bibliothecae fuit dono oblatus a Fr. Georgio Trebnit ord. Praedicatorum, qui eius fronti hanc epigraphen praefixit. *Ex manubiis belli turcici, quod felicissimis auspiciis in Valachia gessit Sigismundus III. Poloniae et Sveciae rex, anno Domini 1521, caesis CCXVII. millibus Turcarum, castris direptis, multis proceribus et bassis captis, imperatore Turcarum profligato, et ad pacem pe-*

tendam coacto; *Fr. Georgius Trebnit provincialis Poloniae ord. Praedicatorum bibliothecae vaticanae D. D.*

XII.

Codex in 16. bombyc. foliorum 148, turcicis litteris et sermone varia manu scriptus, inter codices turcicos vaticanos olim decimus sextus; quo continentur.

Preces variae Turcarum, quarum nonnullae superstitionem sapiunt. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

XIII.

Codex in 16. bombyc. foliorum 60, turcicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices turcicos vaticanos olim undecimus; quo continentur.

Preces variae ad usum Turcarum; adiectis nonnullarum ex illis, nec non nominum et epithetorum, quae Mahometi ab eius asseclis tribui solent, expositionibus. Praeit *caput* primum alcorani, *prohoemium* sive *apertio libri* inscriptum, a quo orationes suas Mahometani anspicantur. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

XIV.

Codex in 16. bombyc. foliorum 132, arabico-turcico sermone et litteris exaratus; quo continentur.

Preces turcicae et arabicae, quarum nonnullae superstitiosae. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

XV.

Codex in 16. bombyc. foliorum 235, arabico-turcicis litteris et sermone elegantissime scriptus, inter codices turcicos vaticanos olim decimus septimus; quo continentur.

Preces Mahometanorum partim arabice partim turcice scriptae; quarum nonnullae arcanis notis exaratae, subiectis variis amuletis superstitionem prae se ferentibus. Is codex scriptus fuit mense rabio posteriore, anno hegirae 959. (Christi 1551.) quemadmodum fol. 235. in calce adnotatur.

XVI.

Codex in fol. bombyc. foliorum 240, turcicis litteris et sermone elegantissime exaratus inter codices turcicos vaticanos olim primus; quo continetur.

Liber inscriptus *lumina cupientium*, sive *amantium*, congestus atque expositus ab Ahmede Bigeau ebu-al-Kateb gallipolitano, imperante Mohammede, qui Constantinopolim expugnavit anno hegirae 855. (Christi 1452.) uti in clausula eiusdem codicis adnotatur. Dividitur in praefationem, et quinque portas, seu capita, variis sectionibus constantia, ubi de Mahometis eiusque sociorum praestantia, deque dogmatibus islamiticae legis, ex alcorano et traditionibus Mahometis potissimum, agitur. Porta I. de rebus existentibus, et earum ordine, fol. 4. Porta II. de colloquiis Dei cum prophetis magnis, fol. 14. a terg. Porta III. de angelis, et verbis Mahometis prophetae quae angelis a Deo revelata sunt; fine mutila; fol. 127. a terg. Porta IV. de colloquiis Dei in die resurrectionis, sive de iudicio universali; deest initium. Porta V. de verbis Dei excelsi ad homines dignitate et gradu sublimiores, sive de iis in quibus Mahometani ceteris gentibus se antecellere ex Dei ipsius oraculis existimant, fol. 219. Octo folia circa finem libri quarti et initium quinti nescio quae manus avulsit. Is autem codex scriptus fuit ab *Abrahimo ben-Abdallah, die 1. gemmadi posterioris, anno hegirae nongentesimo sexagesimo quarto* (Christi 1556.) quemadmodum fol. 240. in calce adnotatur.

XVII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 102, turcicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Mahometis prophetae raptus, sive ascensus in caelum, ex arabica lingua in turcicam conversus, et stricta oratione compositus. Huic libro parem ferme atque alcorano auctoritatem Mahometani tribuunt; estque veluti apocalypsis illius impostoris; ubi voluptates et delicias in altero saeculo asseclis suis promissas describit. Raptum autem illum accidisse credunt die 28. mensis regebi, quem proinde unoquoque anno sollemniter concelebrant. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus; pertinuitque olim ad cardinalem sancti Georgii, ut in fronte adnotatur.

XVIII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 221, turcicis litteris et sermone exaratus, inter codices turcicos vaticanos olim sextus; quo continetur.

Cotbeddini ben-Mohammedis, expositio articulorum fidei ismaëliticae,

nempe mahometicae; quorum praecipui unitas Dei, et fides in eius apostolum prophetamque Mahometem, in angelos, scripturas, et extremum diem seu iudicium universale; de quibus variae interrogationes et responsiones inseruntur, subiectis praedictionibus de iis, quae in fine mundi eventura sunt. Is codex absolutus fuit a *Mohammede ben-Iacobi*, *die* 1. *mensis regebi*, *anno nongentesimo quadragesimo quarto hegirae* (Christi 1537.) uti fol. 210. adnotatur.

XIX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 123, arabico-turcicis litteris et sermone eleganter exaratus, quo continetur.

1. Liber inscriptus *utilitas iurisconsultorum*, in quinque et octoginta portas seu capita distributus, quorum series praefationi inserta; ubi de utroque iure mahometico, canonico scilicet et civili, breviter disseritur; auctore *Abu-Mansore Nasser ben-Sarbah*, *iudice et antistite Turcarum*. Praefatio incipit fol. 1. a terg. Caput. I. *Expetitio scientiae*, fol. 3. a terg. Caput LXXXV. *Ius viri in mulierem*, fol. 87. 2. Paraeneses XXXI. auctore eodem *Abu-Mansore*, de colendo Deo uno, et Mahomete invocando, deque recte et sancte secundum legem mahometicam vivendo. Paraenesis I. incipit fol. 87. a terg. Paraenesis XXXI. et ultima fol. 11. a terg. 3. *Liber dictorum seu narrationum Mahometi ab angelo Gabriele revelatarum*. Init. fol. 110. a terg. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus; pertinuitque olim ad bibliothecam ottobonianam.

XX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 62, turcicis litteris minutissimis, lectu difficilibus, et sermone exaratus; quo continetur.

Liber de doctrina morum et de observantia religionis, titulo et auctoris nomine carens, carminibus variis, et selectissimis arabicis persicisque sententiis exornatus, sed putidis fabulis refertus. Inter cetera narratur, Mahometem pseudo-prophetam, post peractas in delubro meccano preces, summum religionis antistitem ab angelo Gabriele fuisse constitutum. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

XXI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 255, turcicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices turcicos vaticanos olim secundus; quo continetur.

Abul-Hassani Ismaelis, fil. Abrahimi, fil. Baiazidis, fil. Adeli, liber de

scientia constitutionum legis mahometicae , nempe de oratione eiusque ritu ab omnibus Moslemanis servando. Dividitur in septnaginta octo portas seu capita, quorum tituli rubro atramento in corpore distincti sunt. Videlicet cap. 1. de praeceptis Mahometis prophetae circa modum orandi, et de laudibus orationis. 2. de horis orationis, seu precum, deque iis quae inanem et irritam reddunt orationem. 3. de conditionibus orationis. 4. de concione. 5. de iis quae immundum reddunt hominem, quum ea manibus tetigerit aut pedibus calcaverit. 6. de purificatione, eiusque virtutibus. 7. de modo purificandi verenda. 8. de purificatione manuum. 9. de legibus ablutionis. 10. de lotione per arenam, si aquae defectus fuerit. 11. de modo sese abstergendi. 12. de pollutione nocturna. 13. de modo sese ab ea purificandi. 14. de gravitate maculae pollutionis nocturnae. 15. de sordibus, quibus contaminantur mulieres parientes, aut menstruis laborantes. 16. de temporibus orationis. 17. de modo praecinendi, seu ad orationem convocandi. 18. de modo genu flectendi in oratione, et de iis quae ad caerimonias in oratione observandas spectant. 19. de convertenda facie ad meridiem orationis tempore. 20. de intentione ab orantibus habenda. 21. de invocatione nominis Dei in principio orationis. 22. de qualitate orationis. 23. de precibus in oratione persolvendis. 24. de mendis, quae orationem infirmant. 25. de qualitate adorationis in precibus. 26. de pausis in oratione interponendis. 27. de oratione quae mente fit, seu meditatione. 28. de regulis eiusdem meditationis. 29. de caerimoniis in eadem meditatione servandis. 30. de rebus laudabilibus in eadem meditatione peragendis. 31. de oratione extra mesquitas seu delubra, domi aliove privato in loco, facienda. 32. de aberratione mentis tempore orationis. 33. quomodo se gerere debeat, qui dubitat an aliquam praetermiserit precationem aut genu flexionem in oratione imperatam. 34. de iis, quae orationem contaminant; ut, puta, pollutio involuntaria, sanguinis e naribus fluxio, cicatrices, vulnera, hisque similia. 35. de rebus in oratione execrandis. 36. de praeceptis negativis. 37. an liceat orationis tempore aliquod animal occidere? Quaenam autem occidi possint. 38. orationis tempore non licere aliquem alloqui; unum enim dumtaxat verbum voluntarie prolatum eam irritam facit. 39. de modo concionandi post orationem. 40. vestigiis priorum antistitum inhaerendum. 41. ordo eorum, qui orationi intersunt: ubi primus locus imamo seu antistiti adsignatur, tum optimatibus, deinde plebeiis, iuxta uniuscuiusque gradum. 42. de precibus ad singulas genu flexiones recitandis. 43. de iis, quae orationi praeponi debent. 44. de oratione aegrotantium. 45. de oratione iter agentium. 46. de statutis orationis temporibus, deque eiusdem necessitate et utilitatibus. 47. de differentia inter legem et mandatum. 48. de cultu feriae sextae. 49. de caerimoniis in feria sexta observandis. 50. de precibus in maioribus anni solemnitatibus persolvendis. 51. de eleemosynis in fine ieiunii in pauperes erogandis. 52. de sacrificio agni. 53. de praestantia nominis Dei magnificandi. 54. de ritibus in oratione ie-

iunii tempore observandis. 55. de praecepto ieiunii. 56. de peculiari deprecatione, ad tertiam noctis horam, tempore ieiunii, recitsnds. 57. de orationis utilitatibus, quss doctores ex alcorano et trsditionibus mahometicis enumersnt. 58. oratio in defectu solis et lunae recitands. 59. orstio pro hydropicis. 60. orstio ad sepulchrum Mahometis dicenda. 61. de legibus prsedictae orstionis. 62. oratio pro timore perculsis. 63. de msrtyrio seu professione fidei, eiusque conditionibus. 64. de exequiis defunctorum, earumque ritibus. 65. de voto. 66. de orstionibus, et piis laudibus. 67. de eleemosyna pro bonis propriis eroganda. 68. cuinsm eleemosyna danda, et quanta esse debest. 69. eleemosyns pro camelo erogsnda. 70. eleemosyna pro vacca. 71. eleemosyna pro ovibus. 72. de decimis. 73. de discrimine inter decimss, et voluntariss eleemosynas. 74. de ieiunio. 75. de satisfactione debitorum. 76. de debito coniugsli, eiusque sstisfsctione. 77. de peregrinatione meccans. 78. de vsriis pollutionis speciebus. Adnectuntur variae precum formulae, cum earumdem expositionibus. Init. fol. 4. a terg.

Is codex scriptus fuit anno Christi 1301, quemadmodum haec ostendunt calligraphi verba, quae fol. 355. in calce leguntur. *Accidit autem complementum descriptionis huius libri die tertia mensis dilhegge per manum imbecilli, pauperis, sperantis misericordiam Dei excelsi, Mustaphae ben-Mosis. Utrique Deus ignoscat (amen, amen, o Domine saeculorum) et omnibus Moslemanis, viris ac mulieribus, per misericordiam tuam, o clementissime inter clementes. Anno septingentesimo primo hegirae* (Christi 1301.)

XXII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 282, srabico-turcicis litteris, et sermone exaratus, inter codices turcicos vaticanos olim vigesimus quartus; quo continetur.

Liber iuris mshometici, tam canonici quam civilis sccurstissimus, iuxta communes utriusque iuris titulos dispositus, fine tamen mutilus. Textus, qui ex alcorsno et iuris prudentibus proferuntur, arsbice exsrati sunt lineisque rubris subsignsti; commentarii vero in eosdem textus, turcice sine auctoris nomine conscripti. Dividitur opus in quadraginta tres libros seu titulos, qui in varia capita et sectiones abeunt. Videlicet tit. 1. de purificstione. 2. de orstione. 3. de decimis. 4. de ieiunio. 5. de peregrinatione meccana. 6. de sacrificio. 7. de venatione. 8. de immolatione. 9. de militia. 10. de cultu terrae desertae. 11. de licito et illicito. 12. de matrimonio. 13. de puerorum educatione. 14. de divortio. 15. de manumissione. 16. de pretio pacto pro manumissione. 17. de conssnguinitate et affinitate. 18. de iureiursndo. 19. de poenis. 20. de furto. 21. de homicidio. 22. de fuga servorum. 23. de rebus deperditis. 24. de filiis proiec-

tis seu nothis. 25. de legato. 26. de contractibus. 27. de emphyteusi. 28. de donatione. 29. de conductione. 30. de commodato et mutuo. 31. de pignore. 32. de vi et violentia. 33. de raptu. 34. de statu minoris seu pupilli. 35. de tutela. 36. de fideiussione. 37. de translatione iuris. 38. de societate. 39. de foenore. 40. de societate in irriguis. 41. de societate in satis, 42. de causis. 43. de testamentis. Init. fol 3. a tergo. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

XXIII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 579, turcicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continetur.

Corona chronicorum, sive historia dynastiae Sultanorum othomanorum, a primo eiusdem fundatore Othmano, qui anno hegirae 615. (Christi 1218.) in lucem editus est, usque ad sultanum Selimum Arabiae et Aegypti expugnatorem, qui anno hegirae 926. (Christi 1520.) mortem obiit; ubi insuper ad singulorum Sultanorum vitas, virorum doctrina ac pietate clarorum, qui illis regnantibus floruernnt, catalogus texitur; auctore *Saadeddino ben-Hassan, cognomento Chogia efendi*, sultani Amuratis, huius nominis tertii, qui anno hegirae 1008. (Christi 1599.) interiit, praeceptore. Opus maximi apud Turcas pretii, cum ob accuratam rerum tractationem, tum ob singularem stili elegantiam. Dividitur in duos tomos. Tomus I. a iactis imperii fundamentis usque ad Mahometem tertium, qui obiit anno hegirae 886. (Christi 1481.) Incipit a praefatione generali, fol. 1. a tergo.

Primo, et quidem a fol. 1. a terg. usque ad fol. 25. Descriptio ortus et auspicii felicissimae stellae familiae othomanicae. Descriptio genealogiae et auspicii augustae domus Othmani Begherois. Expugnatio arcium Inethkol, et Bilgek. Proelium imperatoris Othman cum nonnullis principibus commissum. Clades illorum principum profligatorum. Occiditur princeps Chestilae; et expugnatur Keta. Obsidio, et expugnatio munitissimae arcis civitatis Bursiae in Bithynia ab Othmano heroë; et exstructio duarum arcium, ob custodiendas circumiacentes regiones, et detinendos captivos. Victoriosa expeditio celeberrimi Othmani contra Mekigie, Cheive, Loblebugi, Giadirlu, et Acuissar. Incursio Tartarorum in nundinas Carage Hissar, et victoria celeberrimi Orchani contra illam abiectam gentem relata. Profectio fortissimi Orchani ad expugnationem provinciarum Kogiali et Aciazu. Obitus Othmani imperatoris. Viri autem doctrina clari, qui sub Othmano imperatore floruerunt sunt sequentes: sceich, seu senior doctor, Edebali; Dursum iurisperitus; elmeula, i. e. antistes, Chattab; sceich Muchlis Baba; sceich Ascic pascia; et Ulvan Tscelebi.

Secundo, a fol. 25. a terg. usque ad fol. 54. Fortunatissima inauguratio

Orchani in imperatorem imperii othomanici. Expugnatio arcis Aidos. Expugnatio arcis Izuikmid, sive Nicomediae, et latio quarundam legum. Principium cudendae monetae, et inventionis pileorum vel vittarum militarium. Principium institutionis ianissariorum. Profectio Sultani ad expugnationem arcis Iznich. Koinuk, Tarakgi, et Mathurni deditione occupantur. Expugnatio urbis Kemliuk. Exstructio novi templi ex mandato sultani Orchani. Expugnatio provinciae Karassi. Expugnatio Anachor, Emrudili, et aliquot aliarum arcium. Historia occupationis Romaniae. Expugnatio Gallipoleos, et arcis Coker. Descriptio expugnationis Ms'gharae. Expugnatio Ipsalae civitatis. Obitus filii regii Suleiman pascia. Obitus imperatoris Orchani Chan. Viri autem doctrina et sanctitate clari, qui sub Orchano imperatore floruerunt sunt sequentes: elmeula, i. e. antistes, Daud caesareensis; elmeula Tsgeddin curdus; elmeula Alaeddin cognomento Esued, i. e. niger; elmeula Chalil genderelensis; elmeula Muhsen caesareensis; sceich, i. e. doctor, Gheiklu Baba; sceich Achyuran; sceich Ibdal Mussa; sceich Ibdal Murad; sceich Doghlu Baba.

Tertio, a fol. 54. a terg. ad fol. 104. Inauguratio in imperatorem sultani Murad Amuratis, herois, iustitiae amantis. Expugnatio civitatis Anguriae, et subiectio illius improbae et inimicae gentis. Profectio et expeditio bellica Sultani contra Romaniam. Descriptio devastationis arcis Tschorlu. Expugnatio Dimetokae, et Hadrianopoleos. Expugnatio arcium Vardari et Gumleginae. Institutio deportationis quintae partis spoliorum in fiscum regium; et occupatio Zaghsrae arcis. Expugnatio Philippopoleos, et adiacientium terrarum. Incursio infidelium Servianorum. Expugnatio Beighae, et reditus imperatoris Bursiam. Circumcisio filiorum regiorum, et institutio piarum fundationum. Profectio Sultani ad expugnationem Romaniae. Expugnatio Ianboli, et depraedatio Ichtiman a Samaco. Romania a Sultano occupata. Sultani Bursiam reditus. Expeditio bellica Sultani contra Kestendil. Altera profectio imperatoris in Romaniam. Profectio Sultani ad subigendam Serviam. Nuptiae filii regii Ildirim Chan. Expugnatio Monastiri, et regionis Perlepae. Summa vastatio Albaniae, Bosniae, et Hersegovinae. Rebellio filii regii Saugi Beg. Descriptio expugnationis civitatis Sophiae. Defectio praefecti Caramaniae. Maxima militaris expeditio Sultani contra Lazarum despotam Serviae. Expugnatio arcium Paravadi, Scihumni, Nicopoleos, Silistriae, et circumiacientium regionum. Ingens proelium cum exercitu Christianorum commissum in campo cossoveusi, et caedes dolosa imperatoris Islemanorum. Viri autem doctrina clari, qui sub eius imperio floruere sunt: kadhi, i. e. iudex, Mahmud; sceich Gemaleddin acsiraiensis; elmeula Burhaneddin, qui Tokati et Siuassi rex fuerat; sceich Hagi Bektasc; sceich Muhammed kuscitirensis.

Quarto, et quidem a fol. 105. a terg. usque ad fol. 194. Inauguratio in imperatorem Baiezidis Chan, Ildirim sive fulmen cognominati. Occupationes va-

77 *

riorum locorum. Piae institutiones Timurtasci pasciae praefecti Romaniae; et expugnatio Caratovae. Vidinum a Firuz Beg regitur. Excursiones in illos fines, et in Valachiam. Profectio Sultani in Caramaniam, et expugnatio Coniae. Expeditio militaris contra Valachiam. Expugnatio Caramaniae, et caedes Caraman Ogli Ali Beg. Expugnatio Tocati, Siuassi, aliorumque locorum; et status rerum iudicis Burhaneddini. Excidium Koturum Baiezidis. Expugnatio Thessalonicae, et Larissae. Proelium Sultani cum rege Hungariae commissum, et Nicopolis ab infidelibus occupata. Aedificatio templi, Chaniie nuncupati, in urbe Bursia. Profectio Sultani Constantinopolim, et exstructio ibidem templi mahometici, quum urbs a Christianis adhuc possideretur. Inclytae victoriae sultani Ildirim Chan. Expugnatio Peloponnesi, Tirhale, Kianghari, Atheuarum, Malathiae, et Darandae. Cara Iusef, et Ahmed Gelair confugiunt ad aulam sultani Iildirim Chan. Profectio Sultani ad proelium contra Ibn-Cubad. Occiditur Enil Oghli. Profligatio Kopuk Oghli. Profectio Sultani ab expugnationem Ergengian. Proelium Sultani cum Timur Kurkan. Descriptio variorum casuum post pugnam. Caedes Cara Deulet Sciah. Obitus imperatoris Baiezidis Iildirim Chan. Viri vero doctrina clari, qui sub imperio sultani Baiezidis Iildirim floruerunt sunt. Scemseddin fenarensis; Haphedheddin Muhammed auctor libri *bezzaziie* inscripti; sceich Scehabeddin siuassensis; elmeula Hasan pascia; sceich Kutbeddin iznikensis; sceich Muhammed gezerensis; elmeula Ahmed filius Muhammed gezerensis; elmeula doctor praestantissimus Bedreddin, iudex Semaunae; elmeula Hagi pascia; elmeula Abdullatif, vir celebris, cognomento Firiscite Oghli; sceich Hamid caesareensis; sceich emir Sultan; sceich Hagi Beiram Sultan; sceich Abdulrahaman erzengianensis.

Quinto, a fol. 195. usque ad fol. 273. Discordiae fratrum post mortem sultani Baiezidis. Profectio sultani Muhammed Bursiam versus. Arces Iznic, et Bursiae a sultano Muhammed expugnatae, et patris defuncti cadaver ab ipso sepultum. Pugnae Sultani cum fratre suo Issa Tscelebi. Incursio emiri Suleiman in regiones Sultani. Plena imperii possessio sultani Muhammed. Foedera violantur a Caraman Oghli. Poena fratrum Sultani. Profectio Sultani in Valachiam. Exstructio arcis Iergogi in Valachia ad ripam Danubii. Expeditio Sultani contra Smyrnam. Dhulcadr Oghli adventus ad aulam Sultani in Romania. Regnum Graeciae a Sultano plena potestate occupatum. Princeps Caramaniae pacta violat. Expeditio Sultani contra Caramaniam. Sultani profectio contra Valachiam et Hungariam. Sultani profectio ad compescendas seditiones in regno Graeciae. Expeditio Sultani ad expugnandum Samsunum. Expugnatio quorumdam locorum, ob dotandum ex illorum proventibus templum recens aedificatum. Incursio sceich Bedreddini, eiusque repulsio. Obitus sultani Muhammed. Viri vero doctrina conspicui, qui sub imperio Muhammedis floruerunt sunt: elmeula Iuseph balensis; elmeula Fachreddin persa; elmeula Cara Iacub; el-

meula Baiezid Sophi; elmeula Muhammed Kafiegi; sceich Abdullatif; sceich Abdulrahman merzifunensis; sceich Abdulmuti.

Sexto, a fol. 273. a terg. ad fol. 374. Inauguratio sultani Murad filii Muhammed Chan in imperatorem; et victoria ficti Mustaphae. Filii regii Mustaphae Tscelebi incursio, eiusque excidium. Profectio Sultani ad proelium contra Isfendiar. Incursio infidelium Valachorum. Ornos Begzadae in Albaniam excursio. Nuptiae imperatoris cum filia Isfendiari. Descriptio expugnationis regionis Smyrnae. Caedes Tekke Oghli. Caedes praefecti Caramaniae. Descriptio excidii latronum. Expugnatio arcis Cogiakiassi. Arcis Gianik expugnatio. Sultani Hadrianopolim profectio, et pontis erkinensis, centum septuaginta quatuor arcubus fornicibusque innitentis, exstructio. Expugnatio aliquot arcium regni Serviae. Urbis munitae Thessalonicae expugnatio. Memorabiles aliquot casus, qui imperatore Hadrianopoli degente contigerunt. Sultani in Caramaniam profectio. Motus Sultani Hungariam versus. Ingens exercitus a Sultano Albaniam versus expeditus. Munita arx Novaberda a Sultano expugnata. Circumcisio filii regii sultani Muhammed. Semandria a Sultano expugnata. Exercitus islamiticus in Valachia fugatus, et dux eius Mezid Beg in pugna occisus. Imperium a sultano Murad depositum. Exercitus islamiticus iterum fugatus. Praefecti Caramaniae seditio, eiusque paenitentia. Coniuratio infidelium, et ad proelium profectio. Insignis victoria ad Varnam patrata. Sultanus Murad iterum imperium occupat. Expugnatio Peloponnesi et Kermae. Expugnatio arcis Actsae, et victoria cossovensis. Nuptiae filii regii sultani Muhammed Chan. Pium aedificium imperatoris Murad. Historiae sultani Murad conclusio. Viri litterati, qui sub imperio sultani Murad floruere, hi sunt: elmeula Iekan; elmeula Crimensis; elmeula Hedr Beg alepinus; elmeula Chatib Zade; elmeula Hedhr Sciah; elmeula Ali tusensis; sceich Muhammed Iazigi, Zadae seu scribae filius nuncupatus; sceich Ahmed Bigian; sceich Musleddin; sceich Piri Chalife, et alii.

Septimo, a fol. 374. a terg. ad fol. 579. Inauguratio sultani Muhammed Chan in imperatorem. Principium historiae punitionis Caraman Oghli, et Mentesce Oghli. Exstructio duorum castellorum in Bosphoro thracico. Expugnatio Constantinopoleos. Descriptio urbis constantinopolitanae. De fundatoribus Constantinopoleos, et templi sanctae Sophiae. Expugnatio variorum locorum et regionum Constantinopoli conterminarum. Expeditio contra Albam graecam suscepta, et reditus infecta expugnatione. Festi dies in circumcisione filiorum regiorum. Expugnatio arcium Peloponnesi. Reditus Mahmud pasciae ad hiberna Uscopiam, post expugnationem aliquot arcium Serviae. Expugnatio Semandriae. Expugnatio Sinubi, et Castamoniae. Expugnatio Trapezuntis, et arci Coniunli. Adventus matris Uzun Hassani. Fuga Kyzil Ahmedis. Ismail Beg solitariam vitam amplectitur. Expeditio Sultani contra Valachiam. Expugnatio arcis mitylenensis. Rex Bosniae

captivus mandato Sultani interficitur. Expugnatio regionum Couag et Bauli. Occupatio provinciae Herzegovinae. Obitus Caraman Oghli, et status filiorum eius. Profectio Sultani ad repellendos Francos seu Italos. Secunda expeditio Sultani contra Bosniam. Sultani ad subigendam Albaniam profectio. Occupatio provinciae Albaniae. Exstructio arcis Ilbissan in Albania. Profectio Sultani in Caramaniam. Praefectura illius provinciae filio regio sultano Mustaphae traditur; et Mahmud pascia a provincia removetur. Expugnatio Euboeae. Expeditio copiarum in Caramaniam. Allaibae et Sulfkae expugnatio. Causae belli cum Uzun Hassan Beg. Proelium cum Uzun Hassan Beg, eiusque clades. Bellum caramanicum. Expugnatio arcium Ermenk, Minian, Cara Hissar; et obitus filii regii sultani Mustaphae. Occiditur Mahmud pascia. Kaffae, Azac, et Iabuermae expugnatio. Menkub arcis expugnatio. Bellum moldavicum. Expugnatio arcis ligneae a Moldavis exstructae. Expugnatio Alexandriae. Clades exercitus islamitici in Valachia. Obsidio arcis Rhodi, et reditus copiarum, re infecta. Coronis operum sultani Muhammed Chan, et compendiosa dotium eius descriptio. Viri doctrina clari, qui sub eius imperio floruere sunt: elmeula Chesreu; elmeula Chaireddin; elmeula Zeirek; elmeula Chogia Zade; elmeula Muslyhaddin castalensis; elmeula Chatib Zade; elmeula Alaëddin arabs; elmeula Abdulkerim; elmeula Aias; elmeula Chaieddin, praeceptor imperatoris; elmeula Sinan Rascia, filius Hyzr Beg halebensis; elmeula Alaëddin filius Feuari; Ahmed pascia filius Velieddin; sceich Scemseddin; sceich Uefa etc.

Is codex, quem ad decimum sextum Christi saeculum haud immerito referas, pertinuit olim ad bibliothecam Christinae Alexandrae Svecorum reginae, in cuius vetere catalogo num. 322. erat olim notatus.

XXIV.

Codex in fol. bombyc. foliorum 351, turcicis litteris et sermone, eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Saadeddini ben-Hassan*, cognomento *Chogia efendi*, *coronae chronicorum*, sive historiae dynastiae Sultanorum othomanorum tomus alter, a Baiezide II, qui anno hegirae 886. (Christi 1481.) Turcarum imperator creatus fuit, ad postrema usque tempora Selimi I, qui obiit anno hegirae 926. (Christi 1520.) hocce continuato ordine.

Octavo, et quidem a fol. 1. ad fol. 20. Inauguratio sultani Baiezidis Chan in imperatorem. Profectio imperatoris ad conflictum contra Gem sultanum, fratrem suum. Res et peregrinationes Gem sultani. Eiusdem sultani Gem finis. Expeditio militaris in Romaniam; et munitio arcium Peloponnesi. Expugnatio Kiliae et Akghirmani. Seditio Moldaviae, eiusque sedatio. Causa belli, quod inter Turcas et Arabes gestum est. Ingens terrae motus. Bellum albanense, et expugnatio

Uluniae. Iskender pasciae contra partes Italiae excursio. Expugnatio Lepanti, Modohi, Coroni, et Navarini. Profectio Sultani Caramaniam versus. Clades infidelium in Mitylene insula. Expugnatio Dyrrachii, vulgo Durazzo. Reliquarum arcium Peloponnesi expugnatio. Incursio inimicorum religionis muhammedicae in Mitylenem. Descriptio expugnationis arcis Lofzae. Expeditio Persarum contra confinia Graeciae. Captura Caradurmis ex mandato Sultani. Profectio filii regii Curcud in Aegyptum. Profectio filii regii sultani Suleiman ad obeundam praefecturam Kaffae. Varii casus sultani Selimi, eiusque cum patre suo conflictus. Incursio Sciah-Culi, eiusque innumerae seditiones et motus. Caedes Ali pasciae in proelio adversus Sciah-Culum. Finis eventuum Sciah-Culi. Expeditio filii regii Ahmed contra Chalcedonem, eiusque infecta re discessus. Adventus filii regii Curcud ad occupandam Constantinopolim, eiusque moliminis frustratio. Epilogus rerum sultani Baiezidis Chan. Descriptio eiusdem praeclarorum facinorum, et piorum aedificiorum. Descriptio gloriosorum filiorum ipsius. Enumeratio consiliariorum et vizirorum imperii ipsius. Viri doctrina clari, qui sub eius imperio floruere, hi sunt: elmeula Muhammed niksarensis; frater eius Iusuf tocatensis; Chatib Kassem amasenus; Sinaneddin Iusuf; elmeula Lutfullah tocatensis; elmeula Ali halebensis, filius Muhammedis; elmeula Mueidzade; elmeula Nureddin; elmeula Fazlzade; elmeula Seid-Abrahim; elmeula Giafer halebensis Tagizade; sceich Rustem Chalife; sceich Muhammed bedachsensis; sceich Ahmed bocharensis; sceich Sunbul Sinan; sceich Gemaleddin acseraiensis; sceich Daud medrenensis; sceich Baba Iusuf; et alii.

Nono, et quidem a fol. 208. a tergo, usque ad finem huius codicis. Inauguratio sultani Selimi Chan in imperatorem. Nova seditio filii regii Ahmedis. Profectio Sultani ad repellendum Corduch Chan. Occiditur filius regius Ahmed. Descriptio expeditionis sultani Selimi ad puniendos ignavos Persas. Litterae sultani Selimi ad regem Persidis Sciah Ismaëlem. Exemplar secundarum litterarum sultani Selimi ad regem Persarum. Tertiae litterae eiusdem ad eundem. Ingens proelium sultani Selimi cum rege Ismaële commissum. Profectio sultani Tabrizium. Reditus Sultani ad hiberna. Profectio Sultani ad expugnandam arcem Kumach. Indignatio Sultani contra nonnullos nobiles ministros. Deditio ac subiectio Curdorum, et expugnatio arcis Amid. Arx Amid rursus a Persis obsessa. Expeditio exercitus ad expugnandam Mesopotamiam. Adventus exercitus Sultani, et pugna cum Cara Chan. Exemplar mandati imperatoris ad Menla Idris. Descriptio expugnationis regnorum Arabiae, et proelii cum Cansghurio commissi. Expugnatio urbis Alepi. Sultani ad expugnandam Damascum profectio. Debellatio Ghazali circassi. Profectio Sultani ad inviseudum templum hierosolymitanum. Expugnatio Mempheos metropoleos Aegypti, et pugna cum Circassis. Exemplar litterarum imperialium, expugnationem Aegypti nunciantium, quibus mandatum fuit, ut in universo Imperio othomanico ob relatam tam eximiam vic-

toriam festi dies publice celebrarentur, et ad significandam laetitiam ubique locorum tormenta bellica exploderentur. Sultanus occupat Aegypti thronum. Deditio et obedientia Gianbardi, et regia clementia ipsi exhibita. Captura Tumanbai regis Aegypti. Profectio Sultani Alexandriam. Incrementum salarii militum. Chairbaus regendae Aegypto praeficitur. Imperatoris reditus Damascum versus. Accurata regni Arabiae descriptio. Instauratio nobilis sepulchri Sceihiekber. Reditus Sultani ad regiam Constantinopolim. Occiditur Ibn Hanesci. Gelali hostilis in Anatoliam excursio. Belli contra Rhodum suscepti interruptio. Prolixa descriptio obitus sultani Selimi. Viri doctrina clari, qui sub hoc imperatore floruerunt, heic non inveniuntur descripti, sicut alibi. Hic codex pertinuit olim ad bibliothecam Christinae Alexandrae reginae Svecorum, in cuius vetere catalogo num. 323. erat notatus.

XXV.

Codex in fol. bombyc. foliorum 438, turcicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continentur.

Classes doctorum et sanctorum, sive historia virorum doctrina et religione clarorum, ubi etiam eorum opera atque prodigia; nec non aliquot mulierum, quas Mahometani in sanctorum suorum album referunt, vitae describuntur. Auctoris nomen latet. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus; pertinuitque olim ad bibliothecam Christinae Alexandrae Svecorum reginae, in cuius vetere catalogo num. 324. erat notatus.

XXVI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 259, turcicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices turcicos vaticanos olim septimus; quo continetur.

Historia chalipharum, seu Mahometis pseudo-prophetae successorum, variarumque eorum dynastiarum; absque titulo, et auctoris nomine. Is codex, quem ad decimum sextum Christi saeculum haud immerito referas, a praesule de Corbara ex insula melitensi ad card. Burghesium fuit allatus, et ab eodem cardinali vaticanae bibliothecae addictus; uti in fronte adnotatur.

XXVII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 160, turcicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim quadragesimus secundus; quo continetur.

Chronicon dynastiae othomanicae , auctore *Abul-Phadl Mohammede daftarensi.* Dividitur in duas partes, quarum prima complectitur epitomen chronologiae ab orbe condito, usque ad Mahometem pseudo-prophetam, eiusque in imperio moslemanico successores chaliphas ; altera res gestas othomanorum imperatorum, usque ad Solymanum Selimi filium, h. e. usque ad annum hegirae 974. (Christi 1566.) Is codex autographus esse videtur.

XXVIII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 183, turcicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices turcicos vaticanos olim quintus; quo continetur.

Liber Solymani , sive historia rerum a rege Salomone Davidis filio gestarum; ubi et de vita Adae, Seth, Enos, Cainan, et aliorum veteris testamenti patrum ; deque anulo Salomonis , et sortilegiis atque amuletis per eum anulum a daemone traditis ; scriptum anilium fabularum ex alcorano et traditionibus mahometicis decerptarum plenum ; auctore *Sciamseddino Ahmede* , *ben-Mohammedis* , *siuassensi*, qui hocce opusculum sub auspiciis Amuratis II. Turcarum imperatoris, quem circa finem laudibus extollit, composuit. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur descriptus.

XXIX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 227, turcicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim trigesimus nonus; quo continetur.

Mohammedis antistitis delubri solymaei , *historia Alexandri macedonis* plerumque fabulosa. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

XXX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 307, turcicis litteris et sermone nitidissime exaratus; quo continetur.

Historia dynastiae othomanicae in compendium redacta, a iactis imperii fundamentis usque ad Baiazidem eius nominis secundum, octavum imperatorem ; auctore *Ahmede ben-Iahia*, *ben-Solyman* , cognomento *ben-Aascik pascia.* Is codex scriptus fuit a *Mustapha romaeo* (graeco) *in Islambul* , i. e. civitate Moslemanorum (sic Constantinopolim hodie vocant) *mense rabio priore* , *anno hegirae nongentesimo vigesimo septimo* (Christi 1520.)

78

quemadmodum fol. 150, et 311. in calce adnotatur. Pertinuit olim ad bibliothecam Christinae Alexandrae Svecorum reginae (*).

XXXI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 49, turcicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices turcicos vaticanos olim nonus; quo continetur.

Liber de sorte hominum, et de indole et qualitatibus gentium, absque auctoris nomine. Is codex, quem ad decimum sextum Christi saeculum haud immerito referas, ex melitensi insula a praesule de Corbara Romam allatus, a cardinali Scipione Burghesio vaticanae bibliothecae fuit addictus; uti in fronte italice adnotatur.

XXXII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 89, turcicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim trigesimus sextus; quo continetur.

Tractatus geographicus, insertis tabulis septem climatum, cum descrip-

(*) De hoc opere iuvat recitare ill. Hammeri iudicium (bibl. ital. an. 1827. april. p. 34.) qui hunc rarissimum codicem in bibliotheca vaticana observavit. *Storia ottomana d' Aascik, opera preziosissima, essendo essa la più antica di tutte le storie dell' impero ottomano, e non trovandosi in veruna biblioteca europea e neppure in quella di Costantinopoli. Il mio sospetto che falsa fosse la notizia del catalogo della biblioteca di Parigi, dove questa storia si vede citata, venne pienamente confermato dalla risposta del chiarissimo mio amico il barone de Sacy, la cui lettera mi assicurò non esser quella la storia di* Aascik, *ma bensì il divano spirituale di* Aascik pascià, *bisavolo dello storiografo. Vane riuscirono tutte le mie ricerche praticate per ben dieci anni onde trovarla sul mercato o alle aste di Costantinopoli; e quindi mi sono sommamente rallegrato d' incontrare questo tesoretto tra i codici turchi passati alla Vaticana dalla bibliotheca della regina Cristina. L' ho letto e compendiata per farne uso nella mia storia ottomana: e benchè poche cose vi abbia trovate che non siano ripetute dagli storiografi posteriori, ciò non ostante di grandissima autorità sono alcuni suoi passi, perchè appoggiati alle asserzioni di testimoni oculari. Tale, per esempio, è la favola della gabbia di ferro, la quale ritrovasi essere stata una sedia alla foggia di grato, in cui* Bayesid *era portato marcianda nell' esercito di* Timur: *anfibologia chiarissima per chiunque sa che la parola* kafes *significa gabbia o grata, e si usa anche oggidì in Costantinopoli per denotare gli appartamenti delle donne e dei principi figli del Sultano. L' autore* derviscio *di professione si chiama* Ahmed Aascik (*cioè* l' amante), *figlio di sceich* Yahya, *figlio di sceich* Suleiman, *figlio di* Aascik pascia *poeta mistico. Comincia dalla fondazione della dinastia ottomana, e continua sino all' anno dell' egira* 908. (1502). *A lui contemporanei erano* Neseri *ed* Edris, *i quali vissero amendue sotto* Baiazed II, *e le storie dei quali, benchè rarissime, vi si trovano ancora a luto. Lo stile è rozzo, ed assai simile a quello delle cronache nostre dei bassi tempi.* Idem ill. Hammerus (lib. cit. p. 39) nos monuit, codicem quoque asseman. 157. habendum inter praestantissimos, propterea quod illae astronomicae tabulae Europaeis adhuc ignotae sunt. Idem denique Hammerus, inter cetera sua iudicia (bibl. ital 1829. april. p. 24.) secus existimavit de Stephani Evodii Assemani peritia in persicis turcicisque codicibus recensendis, quorum catalogum tam vaticanum quam mediceum mendis laborare dicit. Neque id valde miror: etenim nativa Assemanorum lingua arabica est, cuius prae ceteris linguis fuerunt scientissimi. Adeo a teneris consuescere multum est! EDITOR.

tione altitudinis poli praecipuarum Asiae urbium; auctore *Abul-Hassan Saëd ben-Ali georgiano.* Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

XXXIII.

Codex in 4. chartac. foliorum 93, turcicis litteris et sermone exaratus, inter codices turcicos vaticanos olim vigesimus tertius; quo continetur.

Anonymi *de medicina*, *et de astrologia* quam iudiciariam vocant, tractatus ex dictis sapientium decerptus. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

XXXIV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 32, turcicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim trigesimus septimus; quo continetur.

Hassani, *ben-Hossaini*, *ben-Saied Ahmedis*, *ben-Afani*, *liber de scientia astrorum* in viginti octo sectiones distributus. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

XXXV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 14, turcicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Tractatus de kalendario, ad cognoscendas praesertim lunationes Mahometanorum, auctore anonymo. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus, pertinuitque olim ad Philippum Stoschium.

XXXVI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 17, turcicis litteris et sermone elegantissime exaratus; quo continetur.

Kalendarium Turcarum in XIX. tabulas divisum; insertis variis observationibus et prognosticis astronomicis, quorum initium fol. 8. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

XXXVII.

Codex in 4. p. bombyc. foliorum 49, turcicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

1. *Tractatus de signis zodiaci*, auctore anonymo. Init. fol. 1. a terg.
2. *Liber de divinatione per arenam*, sive sortilegium arenarium, quo futura et occulta revelantur. Opus metricum Mahometanis superstitiosis probatissimum, quod primum ab Ali ben-Abu-Thaleb, Mahometis pseudo-prophetae genero, delineatum fuisse ferunt in arena; atque ideo *arenarum liber* nuncupatur. Init. fol. 38. a terg. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus, pertinuitque olim ad Philippum Stoschium.

XXXVIII.

Codex in 4. p. bombyc. foliorum 83, turcicis litteris et sermone varia manu exaratus, inter codices beroeenses olim undecimus; quo continentur.

Miscellanea complectentia nonnullas arithmeticae regulas, formulas iudiciales et epistolares, aliaque nullius momenti inordinata, quae a scribis mahometanis, ineunte mense sepher, anno hegirae 1035. (Christi 1625.) exarata sunt, quemadmodum in eorum clausula fol. 83. a terg. adnotatur.

XXXIX.

Codex in 4. bombyc. foliorum 24, turcicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim quadragesimus tertius, quo continetur.

Formularium epistolarum decretorum et libellorum supplicum, in sexdecim formulas distributum. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

XL.

Codex in fol. chartac. foliorum 149, turcicis et italicis litteris ac sermone eleganter exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim trigesimus quintus; quo continetur.

Petri de Valle grammatica linguae turcicae, italico sermone composita, et in libros septem divisa. Praeeunt 1. *Valentini Petronii* epistola ad praedictum Petrum de Valle, data Romae ipso sacro epiphaniae die an. 1649. in laudem ipsius grammaticae. 2. *D. Francisci Mariae Magii clerici regularis*, censoris electi a S. Congregatione de propaganda fide die 10. augusti 1643 iudicium de eadem grammatica ad utilitatem missionariorum typis mandanda fol. 1. a terg. 3. *Petri de Valle* epistola, qua nuncupat eandem grammaticam praedictae S. Congregationi de propaganda fide, fol. 2. 4. *Eiusdem* praefatio ad studiosos lectores, fol. 3. Liber autem primus, *delle lettere e del modo del leggere*, incipit

fol. 9. *Prima che io dica cosa alcuna del modo del leggere, avvertisco il lettore.* Lib. 2. *delle parti della orazione*, fol. 19. *Le parti della orazione appresso i Turchi, come appunto appresso i Latini.* Lib. 3. *del pronome*, fol. 56. a terg. *De' pronomi, lasciando alcune altre distinzioni, che hanno del superfluo, diremo solo.* Lib. 4. *del verbo*, fol. 68. *I verbi della lingua turca o sono semplici, come sono quasi tutti, o composti.* Lib. 5. *de' verbi semplici derivativi*, fol. 94. a terg. *Da ogni verbo primitivo, o semplice, o composto che sia, come dissi di sopra, si possono formare.* Lib. 6. *degli avverbi*, fol. 112. *Gli avverbi possono essere di molte sorti, ma non molti nella lingua turca se ne trovano.* Lib. 7. *della costruzione in generale*, fol. 128. *La frase della lingua turca, come altrove ho accennato, è similissima a quella della lingua latina.* Desinit fol. 147. in hanc auctoris adnotationem. *Fine, lode a Dio, a' 10. di settembre del 1620, poco innanzi mezzo giorno, in Ispahan, nella casa che si chiama del Cazi Saadi, dove io abitava, nelle contrade che sono dette Meidan i Emir.* Adnectuntur duo eiusdem Petri de Valle additamenta, in quorum primo laudat grammaticam linguae turcicae latine compositam abs *Hieronymo Megisero* Electoris Saxoniae historico, et Lipsiae impressam, quam anno 1621. in urbe Ispahan Henricus de Poser eques silesianus ipsi legendam dedit. In altero autem additamento commendat rudimenta grammatices linguae turcicae *Andreae de Ryer*, edita Parisiis anno 1633, quae die 6. martii 1635, antequam hanc suam grammaticam proelo mandaret, Romae se inspexisse affirmat. Ceterum utrum haec Petri de Valle grammatica typis in lucem prodierit nec ne, prorsus me latet; nullum enim eiusdem grammaticae exemplar impressum, vel in ipsa bibliotheca S. Congregationis de propaganda fide, cui praedicta grammatica ab auctore dicata fuit, invenire licuit.

XLI.

Codex in 4. chartac. foliorum 61, turcicis litteris et sermone exaratus, inter codices turcicos vaticanos olim vigesimus secundus; quo continetur.

Grammatica linguae turcicae, ad usum et methodum Latinorum ab anonymo composita. Subest latina interpretatio nominum et verborum. Is codex decimo sexto Christi saeculo videtur exaratus.

XLII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 574, turcicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim trigesimus quartus; quo continetur.

Thesaurus linguae turcicae, auctore anonymo, qui in praefatione laudat varios lexicorum scriptores, e quibus hunc suum thesaurum concinnavit, sub auspiciis Abul-Modhaffar Abbas Persarum regis. Is codex scriptus fuit anno Christi 1621, quemadmodum haec docent amanuensis verba, quae in eius calce, fol. 574. leguntur. *Absolutum est hocce illustre exemplar feria prima, die 12. sepher unius ex mensibus anni millesimi trigesimi primi hegirae propheticae*, nempe Mahometis pseudo-prophetae.

XLIII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 263, arabico-turcicis litteris et sermone varia manu exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim trigesimus secundus; quo continetur.

1. *Lexicon turcico-arabicum*, sine auctoris nomine, fine mutilum. Init. fol. 1. 2. *Statuta Moslemanorum* circa fidem et ritus, ab anonymo exposita, turcice. Init. fol. 24. a terg. 3. *Mohammedis ben-Mahmud, ben-Mohammedis samarcandi hamdanensis, poëma amplissimum de bonitate et utilitate prohoemii*, i. e. primi capitis alcorani, sive de recta alcorani lectione; cum scholiis *antistitis Nasareddini Abilcasemi samarcandi*; arabicum, absolutum *feria quinta, die* 13. *mensis moharrami, anno hegirae* 758. (Christi 1357.) elegantissime vero descriptum ab *Abdallah ben-Abi-Bakr, feria secunda, die* 13. *sciaabani, anno hegirae* 766. (Christi 1364.) quemadmodum ostendit epigraphe initio praefixa. Incipit fol. 39. a terg. 4. Eiusdem *Mohammedis samarcandi hamdanensis liber distributus in lectiones septem*, nitidissime exaratus; ubi de recta capitum alcorani lectione agitur. Dividitur in quatuor partes. Pars I. turcice, capitibus triginta absoluta, incipit fol. 1. a terg. Pars II. arabice, in capita viginti quatuor distributa, fol. 74. a terg. Pars III. item arabice, fol. 86. a terg. Pars IV. item arabice, fol. 88. Desinit fol. 119. in hanc calligraphi adnotationem. *Accidit complementum descriptionis huius libri feria quinta, die* 21. *gemmadi posterioris, anno hegirae septingentesimo quinquagesimo quarto* (Christi 1353.) *per manum servi pauperis, humilis Ali ben-Mohammad, ben-Abi-al-Radha iazidensis* etc. 5. Anonymi *praefatio* arabica in librum de laudibus et utilitate alcorani, fine mutila, fol. 120. a terg. 6. *poëmata* XLII. turcica, pleraque moralia sine auctoris nomine. Incipiunt fol. 122. a terg. Desinunt fol. 198, in haec calligraphi verba. *Absolutus est liber, ope regis largitoris, die* 23. *mensis rabii prioris, anno hegirae* 1003. (Christi 1594.) 7. *Isagoge in dialecticam*, turcice, alia manu descripta, *mense gemmadi posteriore, anno hegirae* 1004 (Christi 1595, uti in eius clausula adnotatur. Auctoris nomen latet. Init. fol. 202. a terg.

XLIV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 33, turcicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim quadragesimus quartus; quo continetur.

Lexicon metricum in XXXIV. classes divisum, quo arabicae voces turcice exponuntur; auctore *Sciahedi*, qui anno hegirae 920. (Christi 1514.) imperante Selimo huius nominis primo, claruit. Is codex ad auctoris aetatem videtur referendus.

XLV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 57, turcicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim trigesimus primus; quo continetur.

Lexicon arabico-turcicum, iuxta alphabeti arabico-turcici seriem dispositum, subiectis nonnullis carminibus, alia tamen manu exaratis, absque auctorum nominibus. Is codex scriptus fuit anno hegirae 954. (Christi 1547.) quemadmodum fol. 52. in clausula lexici adnotatur.

XLVI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 192, arabico-turcicis litteris et sermone varia manu exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim vigesimus octavus; quo continetur.

1. *Ali filii Abu-Thaleb*, Mahometis pseudo-prophetae generi, *carmen* arabicum, versibus constans 113, cum paraphrasi metrica turcica inter lineas, elegantissime exaratum. Init. fol. 2. a terg. 2. *Annales regum Persarum* usque ad initium imperii chalipharum, seu Mahometis successorum; necnon *chalipharum*, ab Omaro ben-Alkettab usque ad Mohammedem Motasemum Billah, octavum dynastiae Abbassidarum chalipham; turcice. Auctoris nomen desideratur. Init. fol. 16. a terg. Is codex exaratus fuit *mense rabio posteriore, anno hegirae* 1010. (Christi 1601.) uti fol. 192. in calce adnotatur.

XLVII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 90, turcicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codices orientales Petri de Valle olim quadragesimus sextus; quo continetur.

Divan, sive collectio poëmatum, *Phadhuli*, cuius integrum nomen *Mohammad fil. Solymani al-Phadhuli bagdadensis.* Is codex scriptus fuit anno

Christi 1595, uti haec ostendunt amanuensis verba, quae fol. 89. in calce leguntur. *Explicit divan Phadhuli, cuius Deus misereatur, exeunte mense gemmadi posteriore, per manum imbecilli, gracilis, Aslani ben-Nadah, dadianensis, anno hegirae millesimo quarto.*

XLVIII.

Codex in 4. m. bombyc. foliorum 166, turcico-persicis litteris et sermone nitidissime exaratus, lineisque aureis circum paginas et latercula ductis, exornatus; quo continetur.

Divan, seu collectio poëmatum turcicorum et persicorum, varii argumenti, sine auctoris nomine. Is codex exaratus fuit *mense rabio posteriore, anno hegirae nongentesimo sexagesimo septimo* (Christi 1559.) quemadmodum fol. 166. a terg. adnotatur.

XLIX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 108, arabico-turcicis litteris et sermone varia manu exaratus, inter codices ecchelleuses olim vigesimus quartus; quo continentur.

Carmina turcica et arabica, aliaque miscellanea inordinata, nullius pretii, absque titulis et auctorum nominibus; pleraque exarata anno hegirae 1003. (Christi 1594.) qui annus in clausula carminum indicatur.

L.

Codex in 16. oblongo bombyc. foliorum 129, variis coloribus fucatorum, turcicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices turcicos vaticanos olim decimus nonus; quo continetur.

Divan, seu collectio poëmatum varii argumenti, titulis et auctoris nomine destituta. Is codex ad decimum quintum Christi saeculum videtur referendus.

LI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 138, turcicis litteris et sermone elegantissime exaratus, lineisque aureis circum paginas et latercula ornatus, inter codices orientales Petri de Valle olim quadragesimus; quo continetur.

Historia Iosephi et Zelichae, sive fabula romanensis, versibus scripta, de Iosephi patriarchae et Zelichae uxoris Putipharis amoribus, auctore *Sciam-*

seddino Ahmede, *ben-Solimani*, cognomento *ben-Kemal pascia*, qui anno hegirae 940. (Christi 1533.) mortem obiit. Is codex ad auctoris aetatem videtur referendus.

LII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 163, turcicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices turcicos vaticanos olim quartus; quo continetur.

Liber *de Giamseb*, filio Danielis prophetae, quae est fabula romanensis, stricta oratione composita ab auctore anonymo. Adnectitur alia manu compendium artis divinandi per arenam, cuius auctor *Ali ben-Abu-Thaleb*; exaratum *ab Elia filio Abdallae*, *anno hegirae* 931. (Christi 1524.) quemadmodum fol. 163. adnotatur.

LIII.

Codex in 12. bombyc. foliorum 47, arabico-turcicis litteris et sermone varia manu exaratus; quo continentur.

Auguria et sortilegia Giafar fil. Ali, cognomento *Saddic*, i. e. *iusti*, ex litteris et dictis alcorani composita. Desinit fol. 33. a terg. in hanc calligraphi adnotationem. *Explicit ope Dei*, *eiusque providentiae bonitate*, *exeunte mense sepher*, *anno hegirae* 998. (Christi 1589.) Consequitur alia manu, 1. tabula mensium lunarium cum mutatione horarum iuxta anni tempestates. 2. tabula alia exhibens nomina dierum hebdomadae et planetarum. 3. demum in fine series imperatorum Turcarum, ab Othmano ad Amuratem III, subiecta aera hegirae, cum annis quibus iidem regnarunt; nimirum ab anno 643. ad 984. (h. e. ab anno Christi 1245. ad 1576.)

LIV.

Volumen bombycinum longum pedes sex, et quatuor pollices, turcico sermone et litteris plerisque aureis elegantissime exaratum; quo continetur.

Mohammadis quarti, *filii Abrahimi*, *Turcarum imperatoris*, diploma datum Constantinopoli *mense sciaabano*, *anno hegirae* 1070. (Christi 1659.) in gratiam cuiusdam *Hosain*, quem laudat et constituit generalem vectigalium exactorem in provinciis Olumagg, Manram, aliisque locis adiacentibus in regno algerino, quorum summa trecentorum millium nummorum illius regionis; nec non coactorem militum ob bella et quaslibet necessitates. Adnectitur seorsim folium unum, in quo italica praedicti diplomatis interpretatio exhibetur.

LV.

Codex in 4. bombyc. foliorum 201, turcicis litteris et sermone conscriptus, quo continentur Matthaei, Marci, Lucae, et Iohannis evangelia.

LVI.

Codex in 4. chartac. foliorum 36, arabico-turcicus; quo continetur.

1. Collectio nonnullorum nominum, arabice et turcice. 2. Agitur de nominibus contrariis, ut *bonus* et *malus*, p. 34. Scripsit hunc codicem Mustapha quidam anno hegirae 965. (Christi 1557.) ut in fronte adnotatur.

LVII.

Codex in fol. p. chartac. foliorum 144, quo continetur lexicon latino-turcicum.

LVIII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 70, quo continentur carmina turcica varii argumenti.

LIX. (ASSEMANIANUS 1.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 233, elegantissime exaratus; quo continentur.

Quatuor domini nostri Iesu Christi evangelia, abs hierosolymitano syrorum Iacobitarum metropolita, turcice ex syriaco reddita, et ad arabicam editionem collata. Is codex manu eiusdem Iosuae metropolitae hierosolymitani scriptus fuit, anno Christi 1683, quemadmodum idem in calce adnotavit.

LX. (A. 2.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 230, nitidissime exaratus; quo continetur.

Mohammedis ben-Mohammedis, cognomento *Kateb-Zadeh*, aegyptii, liber inscriptus *pratum illustre historiae emirorum othomanicorum Aegypti*; nempe chronicon ducum, vulgo *bassarum* et *beyerorum*, sive principum, qui sub imperatoribus othomanicis Aegypto eiusque provinciis praefuere; ab anno hegirae 932. ad annum 1136. (Christi 1525 ad 1723.) Is co-

dex manu ipsius auctoris exaratus fuit, atque absolutus, anno hegirae 1136. (Christi 1723.) uti idem in calce adnotavit.

LXI. (A. 3.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 141, elegantissime exaratus; quo continetur.

Chronologia universalis tripartita, variis in margine scholiis illustrata, cuius auctor *Niociendsis*, cognomento *parvus*. Pars I. ab Adamo ad Christum. Pars II. a Mahomete pseudo-propheta ad Solymannm othomannm imperatorem, nempe ab anno hegirae 1. ad an. 966. (Christi 622. ad 1558.) Pars III. Chronicon regum Persarum et Graecorum. Is codex scriptus fuit Constantinopoli, exeunte mense rabio priore, feria 6, anno hegirae 984. (Christi 1576.) quemadmodum in calce, eadem qua totus codex manu exaratus est, adnotatur.

LXII. (A. 4.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 60, nitidissime exaratus; quo continetur.

Fabulae romanensis, inscriptae *noctes mille et una*, pars exhibens postremas viginti quatuor noctes, ex arabica lingua in turcicam conversas; quarum prima initio mutila. Is codex ad decimum quintum Christi saeculum videtur referendus.

LXIII. (A. 5.)

Codex in 8. oblongo bombyc. foliorum 83, eleganter exaratus; quo continetur.

Divan, seu collectio carminnm moralium, itemque generis amatorii. Is codex ad decimum sextum Christi saeculum videtur referendus.

LXIV. (A. 6.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 85, eleganter exaratus; quo continetnr.

Anonymi liber inscriptus *beian al-cafich*, i. e. demonstratio postremae syllabae versus in toto carmiue similiter desinentis; sive tractatus de prosodia,

turcice et arabice; auctoris nomine et fine mutilus. Is codex decimo quinto Christi saeculo videtur exaratus. (*)

(*) Sequitur in catalogo assemaniano descriptio voluminum (rotulorum) septem turcicorum, quae omnia in vaticana bibliotheca desiderantur: quaeque immo in praedictam bibliothecam numquam invecta opinor, tum quia catalogus quo in his utimur Assemanorum, bibliothecam ipsorum domesticam, non vaticanam, diserte describit; tum vero praesertim quia in scripto authentico apud nos superstite, quo codices assemaniani, definito a peritis pretio, Pontifici M. emendi offeruntur, nonnisi quinque turcici codices appellantur.

Ad adnotationem pag. 651. scriptam, hoc habeo quod addam. In serie arabicorum asseman. sub num. LXXX, nunc extat codex cum antiqua schedula, et quidem assemaniana, his verbis. *Codex in 16. chartac. foliorum 114. carsciunice conscriptus, quo continentur variae preces per singulos mensis dies distributae; item pro infirmis, peregrinantibus, tentatis, et fidelibus defunctis dicendae. Insuper monita ad confessarios et ad paenitentes. Is codex ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.* Ibidem sub num. LXXXII. est *codex in 8. bombyc. foliorum 169. quo continentur variae preces Turcarum, arabice et turcice.* Denique ibidem sub num. LXXXVIII. est *codex in 12. chartac. foliorum 39. arabicis litteris et sermone conscriptus, quo continentur diversa exempla et miracula a nonnullis sanctis hominibus patrata: qui codex ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.*

Pag. 219. v. ult. lege *quorum vaticinia*, ubi non est emendatum. Pag. 252. adn. lege *incubuerunt*, sicubi non est emendatum. Ibidem ad adn. Stephanum Evodium Assemanum, plerumque solum codicum arabicorum, persicorum, et turcicorum catalogum confecisse cognoscimus ex compluribus catalogi ipsius locis. Pag. 280. v. 19. et v. 37. lege *ad annum*. Pag. 518. v. 3. lege *Georgii* pro *a Georgii*, nisi iam est emendatum. Pag. 598. v. 14. lege *presb.*; et v. 16. lege *exaratus*. Pag. 616. v. penult. lege *parvum*.

INDEX ALPHABETICUS

CODICUM ARABICORUM CHRISTIANORUM

BIBLIOTHECAE VATICANAE.

Numerus romanus codicem, arabicus paginam denotat.

A

B

C

D

E

F

H

I

K

L

N

O

P

V

X

Z

INDEX ALPHABETICUS
CODICUM MAHOMETANORUM
BIBLIOTHECAE VATICANAE.

Numerus romanus codicem, arabicus paginam denotat.

A

F

G

H

N

O

INDEX

CODICUM PERSICORUM BIBLIOTHECAE VATICANAE.

Numerus romanus codicem, arabicus paginam denotat.

A

B

C

D

E

F

G

H

I

L

M

N

P

INDEX

CODICUM TURCICORUM BIBLIOTHECAE VATICANAE.

Numerus romanus codicem, arabicus paginam denotat.

DEI POPOLI CRISTIANI

DELL'ANTICO PATRIARCATO ANTIOCHENO

FRAMMENTO STORICO

DI

GIUSEPPE SIMONIO ASSEMANI. (*)

Nel patriarcato antiocheno fondato dal gloriosissimo Principe degli apostoli, sotto il quale si comprendono le provincie della Siria, Fenicia, Mesopotamia, Caldea, Armenia, e Cilicia, stanno al presente cinque nazioni cristiane; tre di *rito siriaco*, che sono i Maroniti, i Giacobiti, ed i Nestoriani; una di *rito greco*, che è quella de' Melchiti; ed una *di rito armeno*, che sono gli Armeni. Tutte e cinque le sudette nazioni, benchè di linguaggi differenti, erano anticamente del medesimo rito, e sotto l ubbidianza d'un solo patriarca, che risiedeva in Antiochia metropoli della Siria o Soria: ma dopo l'anno 430. di Cristo si sono cominciate a separare a poco a poco l'una dall'altra per diverse eresie, sin'a tanto, che d'un solo patriarcato e d'una sola nazione, si fecero cinque patriarcati e cinque nazioni. I primi a separarsi dal corpo del patriarcato antiocheno e dalla chiesa cattolica furono *i Nestoriani di rito e lingua siriaca* (1), i quali seguitando gli errori dell'empio Nestorio condannato nel concilio efesino l'anno 431, dell'arcivescovato di Seleucia e Ctesifonte si fecero un patriarcato, che essi chiamano *d'oriente*, e poi s'intitolò *di Babilonia*, sottomettendosi alla di lui ubbidienza tutti i seguaci della medesima eresia nestoriana, che dimoravano nella Mesopotamia, Caldea, Assiria, Persia, ed India. Negli ultimi tempi nacque scisma fra i medesimi, e si divise il patriarcato in due, de' quali uno risiede in Mosul di Mesopotamia vicino all'antica Ninive, col titolo di *Elia patriarca d'oriente*, o *di Babilonia*; e l'altro in Ormi di Persia sotto il dominio de' Curdi, col titolo di *Simeone patriarca d'oriente*: ambedue sono nestoriani, e dell'istesso rito siriaco. Quelli poi della medesima nazione nestoriana, che si sono fatti o si fanno cattolici, rigettando il nome di *nestoriano*, che denota eresia, prendono quello di *Caldei*: e di questi, che in qualche numero si trovano in Mesopotamia, massimamente in Diarbechir, per decreto della S. Congregazione di propaganda nel 1681. si è fatto un terzo patriarca col titolo di *patriarca de' Caldei*, che risiede in Diarbechir col nome di *Giuseppe*.

Dopo i Nestoriani si separarono dalla chiesa cattolica e dal patriarcato antiocheno i *Giacobiti*, e gli *Armeni* (2); i primi di rito e lingua siriaca, ed i se-

(*) Al compimento di questo foglio del mio volome mancando alcune pagine, ho voluto supplirle con due eruditi frammenti di relazioni degli affari orientali scritte dal celebre Assemani. [L'editore.]

(1) Naironi evoplia p. 3—24. Asseman. bibl. orient. T. I. p. 346—358. T. II. p. 402—460. T. III. e IV. per disteso. P. Tommaso di Gesù de convers. omn. gent. lib. VII. part. I. cap. 2. 3. 4.

(2) P. Tommaso di Gesù op. cit. lib. VII. part. I. cap. 14. Naironi evopl. p. 24—54. Asseman. bibl. orient. nella dissert. *de monophysitis*. Galani *de conciliatione* eccl. arm. cum rom. T. I.

tondi di rito e lingua armena. Gli uni e gli altri dopo l'anno 451. per opera de' seguaci di Dioscoro, e di Eutichete, confessando una sola natura in Cristo, si chiamarono *Monofisiti*. Ma sì per la diversità della lingua, come per qualche differenza d'errore, non si poterono indurre a vivere sotto un medesimo capo: pertanto si fecero due patriarchi, de' quali l'armeno risiede nell'Armenia maggiore col titolo di *cattolico*, o *patriarca degli Armeni*; ed il giacobita risiede in Mesopotamia col titolo di *patriarca antiocheno de' Giacobiti*. Dispergendosi poi gli Armeni in altre parti di levante, si fecero due altri patriarchi, l'uno de' quali risiede in *Sis della Cilicia*, e l'altro in *Costantinopoli*. Similmente i Giacobiti si trovano ora divisi in due fazioni, l'una delle quali ha per patriarca quello che risiede nel monastero di *Zafaran* vicino a Mardin nella Mesopotamia; dell'altra è patriarca quello che risiede in *Turabdin*. Ambedue però i patriarchi sono dell'istesso errore, rito, e lingua. De' Giacobiti chi si fa cattolico, rigetta il nome di *giacobita*, e prende quello di *soriano* o *siro*.

I Melchiti ed i Maroniti rimasero uniti sotto il patriarca antiocheno dopo la separazione de' Nestoriani, Giacobiti, ed Armeni, sino all'anno 680 (1); nel quale infestando i Saraceni la Soria e la Fenicia, e non impetrando quei Cristiani dagli imperatori greci di Costantinopoli l'aiuto che dimandavano contro i barbari, scossero il giogo de' Greci, e facendosi un capo indipendente dagli imperatori di Costantinopoli, discacciarono i Saraceni dal monte Libano e da tutte quelle provincie mediterranee di Siria e Fenicia. Allora furono chiamati *Mardaiti*, cioè *ribelli*, e poco dopo *Maroniti*, per essere stato il primo loro patriarca cognominato *Marone*. Quelli poi, che rimasero ubbidienti all'imperatore di Costantinopoli nelle città principali di Siria, come Antiochia, Damasco, Tiro, Sidone, presero il nome di *Melchiti*, che vuol dire *imperiali*. La lingua degli uni e degli altri fu la *siriaca* universalmente sino al secolo decimo; e nelle città maritime della Fenicia, ufficiarono quasi sempre in lingua *greca*. Ma qualche tempo dopo la loro separazione, i *Maroniti* non usarono più la lingua greca, ma la sola *siriaca*; ed i Melchiti nelle città maritime con la *greca* unirono *l'arabica*, e nelle città mediterranee la *siriaca*. Presentemente però i Melchiti in ogni luogo si servono della lingua arabica, dicendo solamente alcuni canti et alcune orazioni secrete in lingua *greca*. Tanto il patriarca de' Maroniti, come quello de' Melchiti s'intitola *patriarca antiocheno*: ma i Maroniti sono di *rito siriaco*, ed i Melchiti di *rito greco*.

Niuna delle suddette cinque nazioni conviene totalmente nel rito con l'altra. I Maroniti e gli Armeni consacrano in *azimo*, come i Latini. I Melchiti, i Giacobiti, ed i Nestoriani consacrano in *fermentato*, come i Greci. I Giacobiti ed i Nestoriani innanzi che si separassero dalla chiesa cattolica, ed anche qualche secolo dopo la loro separazione, consacravano in *azimo*, come i Maroniti: così attesta Dionisio patriarca de' Giacobiti (2), che visse nel secolo ottavo. Ma col processo del tempo, alle loro eresie aggiunsero anche la mutazione del rito, servendosi del *fermentato* in vece dell'*azimo*. Per altro i Giacobiti, i Maroniti, ed i Nestoriani usano la medesima lingua siriaca; ed i primi due non differiscono punto

(1) P. Tommaso di Gesù lib. VII. part. I. cap. 22. Naironi evopl. p. 54—96. Asseman. bibl. orient. p. 501. 503. 507. 508. 509.

(2) Asseman. bibl. orient. T. I. p. 409.

nel rito, ma solamente nell'azimo e fermentato; mentre i Melchiti e gli Armeni non solo differiscono in tutto il rito fra loro, ma anche dalle sudette tre nazioni siriache. Di nazione sono *soriani* tanto i Giacobiti, come i Maroniti, Melchiti, e Nestoriani; perchè tutti e quattro sono della Soria, ed il loro antico linguaggio fu siriaco: ma più propriamente sono *soriani* i Maroniti, Giacobiti, e Nestoriani, che al presente si servono della lingua siriaca negli uffici divini. Di rito sono *soriani* i medesimi Maroniti, Giacobiti, e Nestoriani; ma i primi due convengono fra loro in tutto e per tutto, eccetto l'azimo ed il fermentato; i Nestoriani poi hanno un rito totalmente differente da' Maroniti e Giacobiti, e con questi ultimi non convengono in altro che nel fermentato.

I particolari giacobiti, sì ecclesiastici come secolari, che dall'eresia si convertirono per lo passato alla fede cattolica, si aggregarono sempre ai Maroniti. Onde moltissime famiglie maronite sì nel monte Libano, che nelle città di Aleppo, Damasco, e Tripoli di Soria, sono state oriunde giacobite. Il primo che de' Giacobiti convertiti fece un corpo separato e da' Maroniti cattolici, e da' Giacobiti eretici, e lo chiamò col nome di *Soriani*, fu monsig. Andrea Archigian. Questi nato giacobita, abiurò l'eresia nella sua gioventù nelle mani di Giuseppe patriarca de' Maroniti nel monte Libano, e fu dal medesimo mandato a Roma a studiare nel collegio de' Maroniti. Ritornato poi in Soria, da Stefano patriarca della medesima nazione maronita fu ordinato vescovo di Aleppo, dove avendo convertiti molti Giacobiti, dalla S. Congregazione di propaganda fu nominato patriarca de' medesimi col titolo di *patriarca antiocheno de' Soriani*. A lui successe il patriarca Pietro, il quale per le persecuzioni de' Giacobiti eretici si ritirò per un anno insieme con tre suoi vescovi nel monte Libano appesso il patriarca de' Maroniti, e di là recossi a Roma, ove dal viaggio delle Indie occidentali era ritornato monsig. Anastasio Safar vescovo soriano di Mardin, con grossa somma di denaro acquistato per la sua nazione. Avendo pertanto il patriarca Pietro procurato che la S. Congregazione impiegasse il detto danaro per compera dell'ospizio di S. Efrem per la nazione *soriana*, da Roma passò a Vienna, e col favore di S. M. Cesarea ritornò alla sua chiesa in Aleppo; dalla quale dopo poco tempo per nuova persecuzione discacciato morì. De' vescovi suoi aderenti alcuni si ricoverarono a Roma, ed abitarono nell'ospizio di S. Efrem. Morti tutti questi vescovi, non rimase allora alcun prelato cattolico di quella nazione.

ALTRO FRAMMENTO

DEL MEDESIMO ASSEMANI

INTORNO AI LIBRI ERETICI DEGLI ORIENTALI E LORO CONFUTAZIONI.

Di due classi sono i libri perniciosi sparsi dagli eretici in levante, per mezzo de' quali que' Cristiani o vengono confermati negli errori della propria setta, e s'imbrattano ancora delle eresie de' moderni occidentali. La prima classe è de' *libri dottrinali* composti contro le verità cattoliche dagli orientali antichi e moderni, ed anche dagli eretici occidentali. Questi ultimi nel secolo decimo settimo incominciarono a spargere le loro pestilenti eresie nel dominio ottomano, intrudendo per questo fine nel patriarcato di Costantinopoli Cirillo Lucari, già imbevoto de'loro errori, e disseminandovi diversi libri anticattolici, come raccouta diffusamente Leone Allacci de *perpetua consensione* etc. lib. III. cap. 11. dal num. 1. al 7. I Greci antichi che scrissero contro la fede cattolica sono, incominciando da Fozio, parimenti annoverati dall' Allacci nel libro III. e IV. della citata opera, dove tutti li confuta. Fra i moderni si possono annoverare l'epistola sinodica dello pseudosinodo di Costantinopoli; la storia della santa città scritta da Dositeo e Crisanto patriarchi di Gerusalemme; e l'opera di Gabriele Filadelfiese contro il primato (1). Contro l' epistola sinodica si ha l'opera di Abdalla Zacher melchita, e del P. Doroteo cappuccino. Contro quella del Filadelfiese, si ha parimenti la confutazione del predetto Zacher (2). In Roma fu stampata in arabo l'opera intitolata *concordia utriusque ecclesiae*, nella quale si trovano i principali punti controversi con i Greci, che anche a molti orientali sono comuni. Diverse altre opere specialmente in arabo, contro le orientali eresie si leggono nei codici vaticani (3). Gli Armeni che scrissero contro i dommi cattolici, si possono conoscere nella confutazione che ne ha fatta il Galano. Coloro che scrissero in favore della eresia nestoriana, greci e siri, sono nominati nel tomo III. della biblioteca orientale. Contro la detta eresia vi sono ancora due opere moderne di autori caldei; la 1. di Adamo archimandrita e poi vescovo di Amida, che fu il mezzano della riconciliazione di Elia patriarca de'Nestoriani sotto Paolo V., come narra negli atti sinodali de'Caldei monsig. Strozza, che fu segretario de'brevi dell'istesso Paolo V. La seconda è di Giuseppe II. patriarca de'Caldei intitolata

(1) Si aggiunga l'opera di Nettario patriarca di Gerusalemme, contro cui ha scritto il Lequien la sua eccellente panoplia, e l'opuscolo di Meleaio patriarca alessandrino, che ricanta le medesimo obiezioni de' più antichi. (L'editore.)

(2) Esistono amendue queste opere nei codici arabici vaticani. E.

(3) Sarebbe utile e lodevolissima impresa lo stampare una serie di polemici e di apologisti contro gli errori greci e orientali, incominciando dalle classiche opere dell'Allacci, del Naironi, e del *Lequien*. E volendosi compendiare questa estesissima apologia, si potrebbe scriverne un corpo di dommatica teologia che tutte difendesse le verità cattoliche contro gli errori specialmente degli orientali; e questo divolgare nella lingue greca ed araba, che sono le proprie de' popoli del levante. E.

specchio puro, di cui si dà l'estratto nel III. tomo della biblioteca orientale a p. 605. Gli autori che difesero l'eresia de'Giacobiti si possono vedere nel secondo tomo della detta biblioteca orientale. Finalmente a favore della eresia dei Copti scrissero in arabo Pietro Meliga, Abulbarcato Cabari, ed Isaac Benassali, oltre le epistole sinodiche de' patriarchi copti, raccolte nel pernicioso libro intitolato *fides patrum*. Tutte le predette opere di scrittori eretici vanno per le mani di que'Cristiani di levante rispettivamente.

La seconda classe de'libri perniciosi presso gli orientali, è *de'rituali, pontificali, ed altri libri ecclesiastici* di ciascuna delle sopra riferite nazioni; i quali per essere corrotti dagli eretici, abbondano di errori contro la fede cattolica, ed anche di favole e d'inezie: e tanto più riescono perniciosi, quanto sono necessarii per gli uffizi divini e per l'amministrazione de'sacramenti. Per rimediare a quest' ultimo disordine, cioè alla corruttela de' libri ecclesiastici, s'istituì in Roma una permanente Congregazione per la correzione de'libri ecclesiastici di quelle genti: istituto eccellente e di somma necessità; dal quale si deve proseguire sino all'ultima correzione di tutti i riti erronei delle dette nazioni: imperocchè accade giornalmente che molti sacerdoti e vescovi di quelle regioni si fanno cattolici per opera de'missionarii; ma poi, avendo il loro rito infetto di errori, che non sono sovente avvertiti dai missionarii poco pratichi delle antiche lingue, i convertiti confessano negli uffici divini quelle eresie che hanno detestato nella professione di fede.

EMENDATIONES VOLUMINIS.

P. 64. adnotatio * reformanda est secundum ea quae de auctore catalogi arabici diximus in praefatione.

P. 94. v. 9. a fin. *martyrum* corr. *martyrium*.

P. 152. not. lege *incub*.

P. 205. v. 10. a fin. *singulorum* corr. *singularum*.

P. 206. v. 3. cor. *miscellanea*.

P. 280. v. 19. et 37. corr. *ad annum*.

P. 386. scribendum est 336, et sic deinceps minuendum 50; quae fuit typothetae insignis socordia.

P. 437. v. 11. corr. *cognoscendorum*.

P. 471. v. 8. a fin. *et Abu* corr. *Abu*.

P. 497. v. 20. *partem* corr. *partim*.

P. 522. v. 16. Nomen *Sceik* etc. legatur ad normam codicis CCCXI.

P. 532. v. 4. *Alessali* corr. *Assali*.

P. 550. v. 6. *trinitate* corr. *unitate*.

P. 608. v. 1. Immo *tagel moluch* est titulus ipsius historiae. Denique Eutychius, qui non semel in his codd. appellatur, dici non debet (ut fit in ms. catalogo) *patricida* quasi patronymicum nomen, sed *Patricii filius*. Videsis cod. CXLI. p. 267. et Asseman. bibl. or. T. I. praef. cap. XIII.